- 38 Mulierem quæ à viro aufugit propter eius stultitiam, tenetur vir etiam absentem alere.
- 39 Vxor quæ diuertit à viro propter eius stultitiam, non tenetur redire ad virum, nisi ille cauerit de non offendendo eam. & num. 42.
- 40 Maritus vxorẽ expellẽs sine causa, tenetur ei cõsignare dotẽ.
- 41 Maritus expellens vxorem sine causa, indignus est, qui lucratur dotem, quam alias ex statuto lucraretur.
- 43 Vxoris cades detestabilior est quouis alio homicidio.
- 44 Veneno aliquem aggressus, puniendus est, tametsi non moriatur, qui venenum sumpsit.
- 45 Maritus quandoque expellit vxorem causa dotis non soluta.
- 46 Vxorem se accepturum si quis simpliciter iurauerit intelligitur mediante dote congrua.
- 47 Dotis causa possit ne coram iudice ecclesiastico agitari.
- 48 Incestum ex matrimonio nonnunquam contingere.
- 49 Adulterio nati aliquando excludunt legitimos à successione eis debita.
- 50 Matri non creditur afferenti se ex adultero filium suscepisse.
- 51 Filius in matrimonio natus, præsumit potius legitimus quàm ex adulterio natus.


Sacer

- 52 Sacerdotum multitudo eos contemptibiles reddit.
 53 Rara quæque pretiosa sunt.
 54 Fortus facilius concipitur concurrente utriusque semine, quam ex solius maris semine.
 55 Probatio admittitur contra filium quod non sit legitimus, quamvis constante matrimonio sit natus.
 56 Parentum assertio de filij quid operetur.
 57 Fratres ex diverso semine natos, ferè semper esse discordes.
 58 Filius à patre delatus ob delictum morte expiandum, mitius puniendus est, quam si ab alio accusaretur.
 59 Patri parcitur qui non patefecerit conspirationem filij contra principem.
 60 Pater ituprans filiam indignus est nomine patris: quemadmodum filius manus inferens patri indignus est nomine filij.
 61 Parricidij legem quare Solon non tulerit.
 62 Poena mortis ob crimen debita quibus causis possit vitari, aut in longius tempus trahi.
 63 Confessus in tortura, non præcedentibus indicijs sufficientibus ad torturam, non est condemnandus.
 64 Confessio eius qui iniuste incarceratus est, non est sufficiens ad eum condemnandum.
 65 Confessio extorta in quaestione nullis præcedentibus indicijs habita, non potest reddi valida ex indicijs post quaestionem superuenientibus.
 66 Probationem, qua reus crimen à se diluere conatur, non oportet semper esse apertam, ut is absolvatur.
 67 Confessus se occidisse, sed ad defensionem suam, an sit condemnandus si non probet defensionis causam occidisse.
 68 Hominem flagitiosum non est licitum defendere.
 69 Hominem nequam occidere interdum grauius est, quam hominem innocentem.
 70 Iudices proniores esse debent ad absolvendum, quam ad condemnandum.
 71 Delicta esse punienda.
 72 Index non propterea crudelis existimandus est, quod flagitiosos puniat.
 73 Poenæ delinquentium medicinx appellandæ sunt.
 74 Flagitiosis hominibus parcens, bonis nocet.
 75 Venia facilitas malos ad peccandum proniores reddit.
 76 Fœmina à multis maribus appetita, discordiarum vehemens causa est.
 77 Agnatorum vnum offendens, totam agnationem lædit.
 78 Iniuria vni de familia facta totam familiam lædit.
 79 Adulterum posse impune occidi, cur statutum sit.
 80 Index potest cuius præcipere ne iter faciat ante domum inimici ob suspicionem dissidij.
 81 Index potest præcipere litigantibus de possessione fundi ne eum fundum ingrediantur, metu scilicet futuri inter eos dissidij.
 82 Duellum regulariter est prohibitum.

Mari

- 83 Maritus occidens adulterum an sit puniendus. & num. 85. & 93.
 84 Marito an liceat in foro conscientie adulterum occidere.
 86 Præceptum, Non occides, declaratur per Ius civile.
 87 Homicidium posse permitti à lege civili ex causa.
 88 Exempla declarant regulam, non etiam restringunt.
 89 Adulterium poena capitali puniendum est.
 90 Adulterium apud Gallos non esse crimen capitale.
 91 Castitas semel amissa recuperari non potest.
 92 Honorem suum cuius defendere permittitur.
 94 Peccans per iracundiam mitius est puniendus.
 95 Occidens alium se defendendo, quamvis modum inculpate tutelæ excedat, mitius tamen puniendus est.
 96 Homicidium iam dudum commissum leuius puniendum est. Poena mortis nemo plebendus est ex solis coniecturis quantumvis urgentibus.
 97 Occidens aliquem in ludo mitius est puniendus, quam qui dolose occidit.
 98 Marito an liceat conuocare amicos ad occidendum adulterum.
 99 Iniuriam patienti qui non fert opem si potest, censetur fouere cum qui iniuriam facit.
 100 Clericum adulterum occidens, aut etiam aliàs iniuria afficiens, an sit excommunicatus.
 101 Statutum quo continetur quemcumque homicidam capite plebendum esse, quam interpretationem recipiat.
 102 Maritus qua forma denuntiare possit ei, quem suspicatur esse adulterum vxoris suæ, ne cum ea colloquatur.
 103 Maritus adulterum cum vxore reperi in loco suspecto post frinam denuntiationem ei rite factam, potest impune occidere.
 104 Maritus quauis sit adulter, potest tamen adulterum cum vxore reperi post tres denuntiationes rite factas, occidere.
 105 Denuntiationes à marito faciendæ ei, quem suspicatur esse adulterum vxoris suæ, debent fieri cum intervallo, nõ vno eodemque die.
 106 ~~Adulterum occidens non potest esse legitimus~~
 107 Vxorem adulteram dimittens, an possit aliam ducere. & num. 119. & 123. & 140. & 144.
 108 Mullerem castigans, operam ludit.
 109 Amoris vis quanta sit.
 110 Amor immoderatus nonnunquam vertitur in insaniam.
 111 Mulieres quare sint molles.
 112 Monachi claustra egressi, omnium hominum nequissimi sunt.
 113 Homo non facile mutat mores.
 114 Clericus nõ est cogendus iurare se nõ rediturum ad concubinam.
 115 Nubere melius est, quam vri.
 116 Continentia persuaderi potest, imperari non potest.
 117 Continentie esse impossibile est homini absque Dei auxilio.
 118 Incontinentiæ remedia.
 120 Impossibile, & difficile, æquiparari.

Impo



- 120 Impossibilia, aut quæ sunt maximè difficilia, ea non sunt in potestate hominis.
- 121 Impossibile nihil est nobis à Deo præceptum.
- 122 Impossibile neminem obligat.
- 124 Continentiæ perpetuæ poenâ nemini est temerè iniungenda.
- 125 Sperma retentum efficitur venenum.
- 126 Delicta non egrediuntur suos auctores.
- 127 Maritus uxorem adulteram cognoscens, etiam post peccatâ ab ea penitentiam, quibus incommodis afficiatur.
- 128 Literæ sacræ non egent supplementationibus.
- 129 Concubini nomine clerici acquirentes, dicuntur fraudare Ecclesiam.
- 130 Clericos raro de frigiditate cõqueri, atque inibi quibus vaccinationibus soleant curari frigidi homines.
- 131 Clericos practicos Papiensis varijs in locis infestatur.
- 132 Dautes damnatus post mortem vt hæreticus, & quam ob causam.
- 133 Iura variari circumstantijs temporum & moribus hominũ variantibus, non est inconueniens.
- 134 ~~Non potest fieri ut in unum hominem ad idem tempus duo rationes habeantur, scilicet in conscientia Papæ & in conscientia laicorum.~~
- 135 Laicos meliores esse quàm clericos, Ecclesiam Dei destruit.
- 136 ~~Henricus octavus in facie dicitur occisus, quod ei non potest fieri.~~
- 137 Avaritia imitatoribus seu ministris Christi non convenit.
- 138 Ecclesia benignius exigere solet, ne videatur lucris temporalibus inhære.
- Ecclesia non quod sibi, sed quod vniuersæ reipub. Christianæ expedit, inspicere solet:
- 139 Laici si boni sint, dicuntur ecclesiastici.
- 141 Ecclesia errare non potest.
- 142 Interpretationi sanctorum inhærendum est.
- 143 Regulis Iuriconsultorũ non subiacent quæ spiritu Dei acta sunt.
- 145 Meretrix ea dicenda est, quæ se duobus aut tribus quæstus causa commisceat.
- 146 Neptunum frustra accusat qui iterum naufragium facit.
- 147 Virijs in mores transeuntibus remedium nullum adhiberi potest.
- 148 Futura ex præteritis colliguntur.
- 149 Clericus incorrigibilis tradendus est Curie seculari. Periuero amplius non creditur.
- 150 Iteratio auget delictum.
- 151 Impetrans secundo indulgentiam à principe, debet facere mentionem de priore.
- 152 Papa an possit dispensare super matrimonio. & num. 161.
- 153 Monitus nolens se corrigere, habendus est pro Ethnico & Publicano.
- 154 Papa potest dispensare cum coniugato vt beneficium simplex tenere possit.

Papa

- 155 Papæ factum Dei factum reputari.
- 156 Maritus potest post consummatum matrimonium ingredi religionem propter manifestum adulterium vxoris.
- 157 Episcopus tantum astringitur Ecclesiæ suæ, quantum: maritus vxori.
- 158 Mulier ob adulteriũ perdit omne ius quod habet in marito.
- 159 Regula, Quos Deus coniunxit &c. patitur limitationem.
- 160 Traianum imperatorem eductum fuisse ex inferis.
- 162 Mulierum malitia notatur.
- 163 Mulierum proprietates.
- 164 Mulieres in plerisque deterioris esse conditionis quàm viros, & in plerisque melioris conditionis.
- 165 Mulierum imperfectiones notantur.
- 166 Mulieres prohibentur ingredi quasdam capellas ecclesiarũ.
- 167 Vxores viris seruire debent ex præcepto Dei.
- Mulier regno præfici non debet.
- 168 Lex Salica in Gallia.
- 169 Fœminas nõ succedere existētibus masculis, iuris diuini est.
- 170 Definitiones, & declarationes terminorum initio cuiusque descriptione explicandas esse.
- 171 Iuriconsulto vbi leges diligenter sunt ponderanda.
- 172 Definitio quid sit.
- 173 ~~Definitio in iure potest fieri &c.~~
- 174 Definitio, vt sit bona, quæ sint necessaria. & num. 176. & 178.
- 175 Definitionem debere conuerti cum suo definito, quomodo intelligendum.
- 177 Rei vnus vna definitio est.
- 179 Definitio à descriptione quid differat.
- 180 Verba in definitionibus propriè accipi debent.
- 181 Causa non debet per effectum definir.
- 182 Argumentum vnde dicatur.
- 183 Argumentum quid sit. & num. seq.
- 185 Argumentum ab vna re ad aliam quando valeat in iure.
- 186 Determinatio duo determinabilia respiciens debet ea determinare æqualiter.
- 187 Dispositio vna non debet diuerso iure censer.
- 188 Verba vno & eodem contextu comprehensa sunt pariformiter intelligenda.
- 189 Statutum in vno eorum quæ paribus passibus ambulant, statui debet & in altero.
- 190 Circumstantiæ aliquot enumeratæ pro quarum differentia facile dissoluantur argumenta in iure.
- 191 Solutiones ad argumenta quales soleant ab imperitis dari.
- 192 Argumentum ab euitando absurdo validum est in iure.
- 193 Absurditas & iniquitas in interpretandis legibus summo pre vitanda.
- 194 Verba nonnunquam à propria significatione detorquenda, vt euitetur sensus absurdus. & num. 106.
- 195 Absurdum aliquando tolerari, vt euitetur quod magis absurdum est.

B

- 197 Adiectionum subsequens duo substantia, utrunque determinat.
 198 Argumentum ab etymologia vocabuli est validum in iure: atque inibi plures locos videre potes, e quibus sumuntur argumenta in iure.
 199 Scientia cuiusque rei ex causis illius potissimum acquiritur.
 200 Causa formalis potius attenditur, quam materialis: & quam ob causam.
 201 Vitium maius est in forma, quam in materia.
 Effectus potius denominatur a causa immediata & propinqua, quam a causa remota.
 202 Natura cuiusque actus attenditur ex origine rei, non ex accidente.
 203 Causa finalis potius consideranda est, quam causa impulsiva.
 204 Lex a ratione regulatur tanquam ab anima.
 205 Causa cessante, cessat effectus.
 206 Effectum aliquando non cessare, causa cessante. & num. 209.
 207 Conditionem semel fuisse impletam sufficit, licet implementum non duret.
 209 Coniecturis non est locus in his quae certa sunt.
 210 Verum praesumitur esse, quod communiter accidit.
 211 Leges aptari solent ad ea quae frequenter accidunt.
 212 Contrarium altero posito, alterum remouetur.
 213 Argumentum a contrario sensu non semper esse firmum in iure.
 214 Correlatiuorum altero existente vero, alterum etiam verum esse necesse est.
 215 Inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium.
 216 Rem quemque ex fine suo iudicari.
 217 Fictiones duae circa vnum & idem non concurrunt.
 218 Lex generaliter loquens debet generali' er intelligi.
 219 Genere perempto, species eius perimi necesse est.
 220 Genus in iure tribus modis capi.
 221 Genus & speciem non eodem modo accipi a Iurisconsultis quo a Dialecticis.
 222 Speciei vni proprium non potest alteri speciei conuenire.
 223 Indefinita quando aequipollent vniuersali.
 224 Verba interpretationem assumunt ex natura actus.
 225 Alternatio praesumitur in dubio fieri inter aequalia, vel parum distantia.
 226 Dominium rerum legatarum sub disunctionem non transit ad legatarium ante electionem.
 227 Ordo verborum reducitur ad ordinem intellectus.
 228 Legem nemo sibi ita imponere potest, quin ab ea liceat ei recedere.
 229 Subiecta talia sunt, qualia praedicata demonstrant.
 230 Qualitas non est sine subiecto: quemadmodum nec motus sine termino, nec accessorium sine principali.
 231 Actuum humanorum duplex variatio.
 232 Verba secundum subiectam materiam intelligenda.
 233 Totum infert quamlibet sui partem.

DEVE

¶ DE VNIBENDO igitur ad quaestionem nostram quam post Platonem qui fuit diuinus, & in cuius scriptis reperitur sermo totum Euangelium Ioannis, scilicet, In principio erat verbum, &c. ut Papa Pius ad Turcum epistolam, vij. char. xij. Marfilus Ficinus epistolam lib. xij. char. cxij. epistolam, incip. Frater Sanctes. Petrarca epistolam lxii. Fortunus de iusti, & iur. col. ij. late examinatus. Arist. Plutarch. & Seneca, quos refert diuus Hieron. contra Iouinianum lib. j. c. xxx. quod incip. scripserunt. Archiepiscopus Florentinus, parte Summae de statu coniug. est in principio. Volaterranus Commentariorum Urbanorum lib. xxx. in titulo, de coniugio, quis in eo veterum ritus, & quatuor sequitur Codrus qui refert Plutarchum sermone, iij. incip. Plutarchus. Mancinellus in sermonibus, lib. ix. tit. j. licet titulo sequitur, teneat contrarium. Vlder. Hutten. in dialogo de Fortuna, char. x. & sequitur. Franciscus. Barbarus in tract. de re uxoria. Gilbertus in quaestionibus economicis enumerat centum commoda, & centum incommoda matrimonij. Thorum maior pars & ferè omnes concludunt, Non esse vitale nubere: adducetes Theophrastum, cuius dicta ubi supra refert Hieronymus. & cap. xxviii. incip. sentio. & latius referuntur in vltima parte Epistolarum eiusdem sancti, epistolam, lxxix. incip. loqui prohibeor. in Polycratice, lib. viij. c. xj. incip. sicut. in Laertio de vita & moribus Philosophorum. quae etiam habetur in Margarita Poëtarum. chart. cxiiij. per Alb. de Rosate in rub. C. de nupt. postquam ergo referuntur in tot locis, superfluum esset in tanta librorum habundantia hic ea transcribere.

¶ CONCLUSIO supra scriptorum est, Quod non sit vitale nubere. eandem opinionem late tenet Petrarca de vita solitaria, circa finem. frater Iacob. Magnus in Sophologia sapientiae. lib. ij. cap. xvij. de regimine domus uxoris & filiorum. Clarius lib. x. c. xj. quo modo coniugia legitime sint contrahenda. gl. & Panor. allegantes illum Philosophicum, de quo Valerius in vij. quodcunq; feceris, te poenitebit. in c. j. §. si. in si. de sum. Trin. Polycratice lib. viij. c. xj. Imol. in c. tuę. de spōsa. col. xij. Henr. Boich & Prepos. in c. commissum. iij. not. de sponsal. Io. Montaigne in tract. de big. q. ij. col. ix. & sequitur. Luc. de Penna in l. ij. C. quando & quibus quar. pars deb. lib. x. in l. in sacris. col. ij. C. de proxim. fac. scrib. lib. xij. Pet. de Ferrar. in sua Practica, in for. lib. quo vxor. ag. ad do. in glos. in verbo, vxor. colum. j. & alibi saepe scribentes. Pro ista parte primò adducit Hieronymum, contra Iouinianum, libro j. cap. vij. incip. maritorum. auctoritatem Saluatoris in

Conclusio
negatiue,
Nō est vitale
nubere.

Authoritas i
hilo-
sophi.

Authoritas Salu-
toris in
toxis.

Matth. xix. cui cum discipuli respondissent, vxoris onere con-
templato: Si tale est, inquiunt, non expedit nubere. Saluator
repleuit, Rectè quidem sentitis. cap. omnes. xxxij. q. vij. cap.
qui sicut. xxxij. quest. v. Matth. Bossus epist. j. char. ij. & iij. vbi
subiicit quòd fallitur, qui credit se Deo militare, dum vxori
& liberis seruit. hinc Ant. de Prato. in tract. de secund. nupt.
char. xvij. col. ij. dicit quòd non bene conueniunt lectura & le-
cteria. & Cicero, què refert Ioan. Montolonius in Promptua-
rio iuris. in verbo, vxor. col. vij. dicebat, quòd nò poterat phi-
losophiæ pariter & vxori operam dare. vide ibi etiam in ver-
bo, matrimonium.

**Onera ma-
rimonij.**
¶ Secundo allegatur pro ista parte. cap. nos nouimus. xvij.
q. ij. vbi dicitur: nauigasti, id est, vxorè duxisti: propter magna
onera matrimonij, quæ equiparantur periculis quæ subeuntur
nauigando. secundum Doct. prædictos. Petrarca de remedijs
vtriusque fortunæ. lib. j. dialogo lxxv. de coniugij claritate, &
tribus dialogis sequentibus, & dialog. lxxvij. de narorum con-
iugio. nam qui nauigat mare, enarrat pericula maris, & audi-
tes admirantur. Luc. de Penna in l. quotiens. col. fin. C. de nau-
frag. lib. xj. propterea dicimus quòd nauigatio semper est peri-
culosa & incerta. Bald. in c. pastoralis. de offic. ord. col. ij. & est
proverb. Qui nescit orare, ascèdat mare. Hinc Aeneas Syluius
epistola xxxvij. incip. rem longè pro breui instructio est bene
viuendi. dicit sufficere quòd quis seruet quæ Deo promisit, dū
in procelloso mari aderat: vel dū in carcere, seu in lecto agro-
tans detineretur. Aliam ponit vita Ioan. Pici Miradulæ. char.
vj. scilicet Christi mortem nostri amore perpeffam præ oculis
habere: propriamq; identidem cogitando semper cauebimus
à vitijs. ¶ Mulieres enim facilius inducuntur ad matrimonia:
quia non sunt eis ita onerosa sicut viris. Socin. in l. qui fuerit.
ante fin. ff. de condit. & demonstr. tamen Mirandula, vbi s. di-
cit matrimonium non esse ita durum, sicut militia: cum nò ha-
beat tantum seruitutis & periculi.

¶ Tertio allegat practica Ferrar. vbi s. displicentiam mortis
filiorum, & alia onera incogitata quæ Deus auertit ab oculis
hominum, ne mundus destruat. propterea Thales, secundum
Laërtium, interrogatus, cur vxorem non duceret: Respondit,
propter amorem filiorum. tempus tamen omnem eorum do-
lorem exporat, secundum Barb. in Ioannina. colum. lxxij.
bene cogitant volentes nubere de amplis dotibus, & quòd lu-
crabantur.

crabantur, & eis multa prosperè succedent: non autem de ma-
lo cœuentu. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. oblig.
Sed si secundum cogitationes hominum omnia succederent,
ego multa cogitare, dicit Signor. consil. vlt. col. v. & Aposto-
lus j. ad Cor. cap. vij. Es solutus ab vxore, noli quærere vxorè:
habet vxorem, noli quærere solutionem: quia Turpius eijci-
tur, quàm nò recipitur hospes. c. quemadmodum. §. alioquin.
de iureiur. gl. fin. in cap. literas. de restit. spol. Vxoratus enim
dicitur esse in igne. cap. vir cum propria. xxxij. q. iij. Præpos.
in cap. rursus. col. v. qui cler. vel vouen.

¶ Quarto allegatur, quia Matrimonium est species seruitu-
tis. l. ij. ff. de lib. ho. exhib. Claud. in l. j. in fin. princ. ff. de verb.
oblig. Dec. consil. cxxxij. col. ij. & est dura seruitus, secundum
Bald. in l. in bonæ fidei. col. j. C. de reb. cred. Lādul. in vita Chri-
sti. parte ij. c. x. litera c. Pet. Subert. in vinea Domini. chart. l. in
rub. de concubinarijs. col. ij. est in iij. parte. Ioan. Lup. in rub.
de don. inter vir. & vxor. col. vij. vers. quo ad primam. nec t ha-
bet maritus plenam sui corporis potestatem. c. diuersis. de cler.
coniug. Ioan. Montagne in tract. de big. j. q. col. xxix. in tantu
quòd maritus non potest se absentare sine consensu vxoris, ni-
si pro voto in subsidium terræ sanctæ. Maria. in c. quoniam fre-
quenter. col. ij. vt lit. non contest. & dicit Panor. in c. tenor. de
re iud. quòd per contractum matrimonij vir quodammodo se
alienat, & vendit, seu saltè emit litigium. Erasmus quarta par-
te Prouerb. cxxj. qui non litigat, cœlebs est. facit Ioan. Miran-
dula epistola incip. gratissimæ. dicens, quòd tuus totus esse nò
potes, qui semel nuptiaru legibus te subiiciens vxoris esse vo-
luisti. ¶ Sed seruituti & turpitudini mors est anteponenda, 7
secundum Cicer. quem refert Luc. de Penna. in l. prima. C. de
cap. ciui. cens. exim. lib. xj. col. penult. Paris de syndicatu. char.
iij. in cap. an liceat occidere tyrannum. Est enim libertas the-
saurus inestimabilis. §. cum autè. circa fin. instit. quibus ex cau-
sis man. non lic. in qua sola consistit decus & splendor. l. edici-
mus. vbi Luc. de Penna. ad hoc not. C. de murileg. lib. xj. cum
similibus. vt dixi inter feudalia Bruni. consil. xij. columna pri-
ma. & col. xxx.

¶ Quinto allegabat Iason hæc ratione: nam si apud maiores Ratio Ias-
nostros, quib. ex causa licebat dirimere matrimoniu, & aliam
ducere, quæstio hæc erat dubitabilis, & communiter hæc pars
negatiua tenebatur: quanto magis indubitanter hodie tene-

re eam debemus, atrenta lege Evangelica, Quos Deus conu-
xit homo non separet? quia oportet in tali poenitentia perse-
uerare vsque ad mortem.

**Fatuitas
mulierum.**

¶ Sexto allegatur fatuitas mulierum: nam quidam qui inter-
pretantur Bibliam suo modo, dicunt quod Deus non fecit sta-
tim mulierem cum homine, † qui est nobilissima omnium crea-
turarum. Barbat. in reper. rub. C. qui admitt. col. i. in c. nullus.
col. iij. in c. significasti. col. iij. de foro comper. vbi col. vj. re-
fert illud: Pronaque cum spectent animalia cetera terram, Os
homini sublime dedit, cœlumq; videre iussit, & erectos ad sy-
dera tollere vultus. Azo in Summa. C. ex quibus caus. infam.
irrog. & gl. in l. iustissime. ff. de adil. edict. & de excellentia ho-
minis, Symphor. in theologia Trimegistica, particula v. Co-
d. quo feruntur xij. char. j. qui voluit colere, ut eam faceret cum
alijs bestijs, pro quibus facit Platonem, dum dubitabat ita in ge-
nerare per se mulierem, rationali animo, an brutioris
ut refert Eusebius de Evangelica preparatione lib. xij. cap. vij.
& Erasmus in Moria, char. vij. facit quod J. di. a. quod dicitur
ad iungens Deum, non a ratione huius partes. Ideo Philoso-
phus primo Politic. dicit, quod consilium mulieris est inuali-
dum. & lib. sequen. † quod à mulieribus non bene regitur ci-
uitas. Bald. in rub. C. de rer. permut. facit Ioann. Montaigne.
in tract. de biga. q. j. col. xxij. & Bal. lib. iij. cōf. clxxj. in provin-
cia. col. ij. verif. quo ad articulum. Bolog. in reper. auth. habita.
C. ne fil. pro patre. col. ij. dicit, quod propterea nō possunt esse
de consilio, nec cōdere statuta: quia inter eas nō solet regnare
prudentia. Aeneas Syluius epist. lxxxvij. scio te optare. ad fin.
est de mente C. in l. ij. C. de his qui ven. xra. impe. & viuunt pas-
sione, nō ratione. Aegid. de regimine principū. lib. ij. parte ij.
in fin. vlt. cap. dicentes, Sic volo, sic iubeo, ita pro ratione vo-
luntas. Iuuenal. quem refert gloss. in §. furtiuē. inst. de vsu.
cap. licet appetitus debeat rationi deferuire. Angel. consil. ex-
10 sanctissima. col. v. † sunt enim cōmuniter stulta, ut in Chroni-
ca Ianuæ de anno dcccxliij. vbi dicitur, quod earum natura
est in principio habere presumptionem, in medio stultitiam,
in fine verecundiam. & ibi rationem assignat, & ex eis tot sunt
stultissimæ quot simpliciter stultæ videntur sapientes, non
quod sint. Et propter earum stultitiam stultè loquuntur. Biblia
Aurea capitulo lxxxix. incip. loquuntur mulieres. & hoc pa-
tet in rusticis obstinatè & superbè ad eos maritis responden-
tibus

tibus, quod verbera reportant. & tamen magis valde calar que
sol parlar. Specul. in tit. de aduoc. §. iam nunc videndum. col.
ij. id est, plus nocet inepta locutio, quam silentium. Felyn. in c.
cum ordinem. col. j. de rescrip. quia, Nihil tacuisse nocet, sed
nocet esse loquutum. gloss. magna in fin. in l. actus legitimi. ff.
de reg. iur. † Et licet non debeat linguæ lubricitas de facili tra-
hi ad crimen. l. famosi. in fin. princ. ff. ad leg. Jul. maieft. nisi rea
mens ream linguā faceret. cap. homines. xxij. quæst. ij. quia no-
ster intellectus est multæ flexionis, & multæ lubricitatis est lin-
gua. Bald. in l. ea quidem. col. pen. C. de accus. quam nemo do-
mare potest. secundum Ang. in d. l. famosi. & Iacob. iij. Canere
tamen debemus, ne simus nimis subiti in respondendo. Bart.
in l. vij. not. ij. C. de sentent. ex peric. rec. Quanto ergo eis me-
lius esset maritis gratiosè respondere, quia secundum Specul.
verf. suprā, per gent parlar bocha non ca. & in §. seq. incip. hic
dicendum. col. ij. dicit, quod verbū dulce multiplicat amicos,
& mitigat inimicos, refert Bald. in rub. extra de iudic. Iudo-
eus in tit. de nobilitate. cap. xij. char. ij. Amadeus de amicitia.
char. vj. Et paulo infra Spec. alleg. Salomonem diceret, quod
humilis sermo, & humilis homo triumphat in domo. & ibi ad-
ducit plura moralia in proposito. pro quo Albertanus de do-
ctrina loquendi, & tacendi. lib. j. super syllaba, quid. Petrarca
epist. xlviij. incip. quid tibi. Sed ipsa hoc nunquam facerent.
vnde licet maritus non possit linguam vxori retinere, ne lo-
quatur. gloss. in l. si hæres denominatim. ff. de leg. j. vlt. char.
Bald. lib. iij. cons. cccx. in quaestione domini Agilani. colum.
ante pen. potest tamen caput linguæ receptaculum castigare,
& euenire illud Alber. in Dictionario. in verbo, lingua. vbi
dicit, Osse caret glossa, per quam frangitur & ossa. Et per eo-
rum fatuitatem communiter quærun t consilium contra pro-
prium commodum. Amadeus in dialogo de Amicitia. char.
xiiij. Bald. in addit. Spec. in tit. de mag. refert Bolog. in reper.
auth. habita. C. ne fil. pro pat. colum. xlij. facit Io. Lup. de don.
inter vir. & vxor. char. xlj. colum. l. est in vj. effectu traductio-
nis. colum. j. & char. lxxij. colum. ij. verf. præsertim. Socin. cō-
sil. cxij. circa primum. colum. x. per l. fin. C. de pact. conuent.
† Et videmus quod cōmuniter appetunt matrimonium. De-
cius consil. clxij. in causa matrimoniali. colum. penult. Socin.
in l. qui fuerit. ante fin. ff. de condit. & demon. quod eas vltima
periculum mortis quod incurrunt tempore partus, ad tot an-

Mulieres
quærit cō-
siliū con-
tra propriū
cōmodū.

xietates perducit. Erasmus in Moria, char. v. etiã propter educationem filiorum. Socin. lib. iij. consil. liij. viso instrumento donationis. dicens, quod præcipuus animus foeminarum est concipere, & conceptum tueri, & cogitare de liberis: & tamen fatuus est, qui videt vtilius, & sumit deteriora. Ioan. Fab. in §. cum. autem. instit. quod cum eo. vbi allegat etiã de hoc Proverbum gallicum. & hoc probat ratione Aegidius de regimi ne principum. lib. ij. parte j. cap. xxij. quod est penult. fuit dictum Medæ, quod refert Codrus serm. ix. char. pen. nec est sperandum de cura, quia inest eis talis stultitia à natura: nam quod natura negat, nemo feliciter audet. Bartol. in l. amicif. simos. §. fin. ff. de excus. rut. Nisi saltem in virgine dicas appetitum matrimonij adesse: quia, vt inquit Philosophus, dulcius putant quod nunquam expertæ sunt. refert Afflictus constitutione, si quis rapere. j. not. Mapheus Veggius de educ. liber. char. vj. dicam infra in ampliacione de vidua. Et postea quia omne animal post coitum mortuum, secundum Philosophum in Ethicis, quem refert Regimen castitatis charta. iij. cap. iij. char. ix. colum. ij. dolent, quia non inuenerunt tantam voluptatem vt putabant: nam inde laboris pluris hausire mali est, quàm ex re decerpere fructus, secundum Horatium. Imò antequàm nubant, caperent quemcunque etiam vilissimum sepulchorem: postea verò etiam si maritus esset vnus rex, sunt male contentæ, & de eo conqueruntur, quia omni mense vellent vnum mutare. & si non vis credere, loquere cum vxoribus, & inuenies quòd quasi omnes obloquuntur de maritis. Item sunt aded fatuæ quòd credunt ipse zelotypæ dare poculum amatorium viro, & eum enecant, vel deducunt ad insaniam. Catell. in secunda part. Memoral. in verb. vxor. plura enumerat exempla. Anteros Fregosij char. xxvj. & seq. Afflictus in constitutione, mala noxia. & constitutione, poculum amatorium. & constitutione, amatoria pocula. vide ergo quot malorū causa sit hæc earum fatuitas. meritò dicitur quòd † insipientia nullum malum est maius. Card. Alexāder in capitulo, per Esaiam. in fin. princ. j. quæst. j. & Cicero in iij. quæstionum Tusculanarum. hinc dicimus quòd maius damnum dat fatuus, quàm sceleratus homo. quia omnis ignorans, malus. iij. Ethic. probat

14 Ioann. v. iij. ibi, & sermonem eius seruo. † Et est ignorantia mater omnium errorum. capitulo, ignorantia. xxxv. distin. & ignari non sunt homines, sed imagines hominum. Panor. in cap.

cap. prudentiam. de offic. deleg. sentit Mitio in Adelphis Terentij, dicens: Homine imperito, nunquam quicquam iniustius est: quia nisi quod ipse facit, nihil rectum putat. refert Laetantius in v. Diuinarum. Instit. Carneadis disputacionem, an iustitia cum stultitia foedus habere possit. & cõcludit quòd non: quia nunquam potest esse iustus, qui stultus est. & ita intelligitur illud Ecclesiast. xlij. quòd melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. de quo Mathæus Bosius epistol. iij. incip. cætera. facit Baldus in proœmio, rex pacificus. col. iij. dicens, quòd ignorãtia & cupiditas sunt mala naturæ. & idem dicit libro secundo. consil. ccx. iste. ad fin. vbi ex candescit contra quendam aduocatum. † Et mulierum fatuitas est aded conragiosa, quòd viros secum conuersantes etiã infatuat. Biblia Aurea capitulo xxxij. de consilijs malis, vt in Adam Gen. iij. & capitulo, Adam. xxij. quæstione v. & in Salomone, Reg. iij. capitulo xj. Salomon. xxxij. quæst. iij. refert post Ambros. frater Lud. in tract. de verit. contritionis. de luxuria. capitulo iij. & iij. & char. cxxvij. de circumstantia instrumentalis agentis. circa si. Qui enim tetigerit picem, coinquinabitur ab ea: & qui cõmunicauit superbo, induit superbiam. Ecclesiast. xij. frater Gregorius Britanicus sermo. funebri xv. cupio. circa fin. & xxxij. etiam incip. cupio. † Ided cum bonis ambula. gloss. in l. adiles. §. Pædus. ff. de adil. edict. capitulo, sape. xxvij. quæst. j. & vnaque conspecta liuorem ducit ab vna. Biblia Aurea cap. cxxij. de malorum societate. gloss. in verb. iuncta. in l. si finita. ff. de damn. infect. vbi modicū fermēti totam massam corrumpit. & subiicit: Cum sancto sanctus eris. Psalmo xvij. Diligam te Domine. Ioannes Montolonius in Promptuario Inris. in verb. corrumpere. Erasmus prima parte Proverb. cccxj. si iuxta claudum habites &c. facit gloss. in capitulo, eam te. de rescrip. quia morbida facta pecus totum corrumpit ouile. Cepol. de seruit. rustic. capitulo ix. de seruit. pasce. colum. vj. & Ouid. dicens: Si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum, Effet (crede mihi) factus & ille Geta. Ided prohibentur canonici cum mulieribus cõuersari. Capel. Tholof. quæst. cccc. xlvij. nunquid canonici. Ponzinibius in tract. de lamijs. col. fin. quia etiam quandoque euenit quòd Deus percutit innocentes, propter defectus sociorum. Hadrianus Papa noster in Quodlibet. quæst. xij. char. j. & ij. & ibi. c. iij. col. iij. quòd nil tam nocet homini, quàm mala societas. Si ergoambo erunt

farni, succedit l. faruo fatua. ff. de postul. & sic quod cæcus si cecum ducet, ambo in foueam cadet. Lucæ sexto. de ætat. & qual. cap. penult. ¶ Tenetur tamen socius faciens alium socium expendere res suas in malos vsus, vt in actione ad illa refarciendum. secundum Ioannem Fab. in §. omnes. columna secunda. instit. de act.

Inconstantia.

18 ¶ Septimo allegatur earum inconstantia: ¶ nam varium & mutabile semper femina. cap. forus. ante finem c. de verb. signific. cum sim. vt Bolog. in repet. auth. habita. C. ne fil. pro patr. col. secunda. Curtius Sen. in reper. l. admonendi. ff. de iureiur. col. tertia. Bæuerius in §. testes autem. j. not. instit. de test. Bart. de reprob. testium. colum. secunda. vers. item mulieres. adducens illos versus: Femina fallere, falsa que dicere quando carebit: Becharia piscibus, mare que fluctibus tunc que carebit. & dicit Codrus ferm. xij. char. iij. quod fortuna recte pingitur in forma femina, quia est varia. facit Polydor. prouerb. xlvj. plus. quam polij foliū. facit Philelphus deca. vj. satyra incip. quid non in terris. & deca. ix. satyra x. incip. in Ligurum. Et pondera verbum, semper, positum in text. in d. cap. forus. Fr pondera verbum semper, positum in tex. quod importat omni tempore. l. j. ff. solut. mar. Felyn. in proœm. rex pacific. columna ij. vnde euenit vt etiam castissimæ mulieri propter earum inconstantiam, non sit confidendum de pudicitia. secundum Senecam de remedijs fortuitorum. ad fin. Petraracham de remedio vtriusque fortune, libro primo. dialog. lxxiiij. de filia castitate. Et contra inconstantiam, plura habentur in tract. de regio cõstitorio, char. xliij. dicam infra in regula, quod sit seruanda communis opinio. in ampliacionibus, dum dicam de Bald. facit Petraracha epist. ciiij. agrestem. & ita eis est datum desuper: vt apud Philocolum dicit socius Phileni. cap. xxxvj. & Terentius, Vbi vis, nolunt: vbi non vis, cupiunt vltro. & sic volunt & disvolunt. Præpos. in cap. sollicitudinem. col. iij. vlt. not. de appel.

19 ¶ Octauo allegatur incontinentia muliebris: nam ¶ casta quam nemo rogauit. Panor. in capitulo ij. de bigamia. colum. fin. Ioan. Montaigne in tract. de bigamia. in vj. quaest. colum. viij. hinc dicit Heliogabalus in oratione ad meretrices. ante medium. quæ incipit, incredibilis est. impressa in fine Ioannis Bap. Egnatij de Cæsariibus, quod si quis diligenter perquire-re voluerit, tot fermelupanaria in illa vrbe sunt, quot domus.

& sub

& subiecit, inter secretas & publicas meretrices tantum differre, quantum inter milites & grassatores, iustumque bellum & latrocinium: quorum alter palam in aciem prodiens committit prælium, alter verò quia ei tanti non est animi, clanculum sine signis latrocinatur. Et hoc non credens experiri voluit Secundus Philosophus, qui propriam matrem sic aduenit, & sibi perpetuum silentium elegit. F tenim vellent redire ad illam coniunctionem quam dicit Plato, fuisse masculum cum femina simul generatos, postea scissos. damnat Eusebius de Euangelica præparatione. libro xij. capitulo vij. amant ferum. secundum Iuuen. quem refert Cyn. in l. j. C. de mul. quæ fer. prop. se immisc. Præpos. in c. fin. col. si. de mat. cõtract. contra interdic. eccl. Et citius sentiunt odorem hominis, quam anseres. gloss. in elem. si dominum. in §. licet. in vers. omnium sanctorum. de reliq. & vener. sanct. facit Gilbert. super ij. Occonomices. cap. iij. & Codrus ferm. vj. charta penult. qui ponit de luxuria ancillæ. & de rustica quæ excusabat se cum viro interrogante, Cur cunnus rorat? de boue perduto plorat. Cur cunnus ridet? ridet de boue reperto. Ideo si oportet te peregrinari, nec vxorem relinquere tutum, nec sarcinam tecum ferre potes. Et quia iura non nouerunt, vt per Angel. in §. suspectus autem. instit. de suspect. tut. Doct. in l. iuris ignorantia. C. qui admitt. excusant se dicentes non vidisse. Bald. in capitulo quon iam. §. si verò. ad fin. vt lit. non contest. Præpos. in cap. in præsentia. iij. not. desponsal. dicentem, dum vir est absens, debet vxor tenere clausum os inferius. In mulieribus enim quandoque igneus ille furor nescit habere modum. gl. in §. nonimus. in auth. quib. mod. nat. offic. leg. propter quam mariti, vt docet experientia quæ est rerum magistra. c. quam sit. de elect. lib. vj. l. legatis. §. ornatricibus. de leg. iij. spõte exulenti: quia nõ solos tangit Atrides iste dolor. Virgil. in ix. Andreas Grauis do- Alciat. in suis Parad. Iuris ciuilib. in lib. ij. Prætermissorum. est char. cxl. col. j. gl. in l. si vxor. §. j. ff. de adult. præsertim quando peius adulterio turpis adulter obest. gl. in c. cum quidam. de iureiur. Bolog. in auth. habita. C. ne fil. pro patre. col. xxx. per §. atrox. instit. de iniur. Quædoq; in ethicã, vel in aliã incurabilem ægritudinẽ & mortẽ incurrat ex mœrore quẽ inde suscipit. nam ¶ exultatio viri est longæuitas. Eccles. xxx. in fin. & animus tristis desiccatur ossa: spiritus gaudens atatem floridam facit. Host. in Summa de pœnit. & remis. §. quæ impediunt. col. iij.

Mulier absente viro claudat os inferius.

Grauis do- tor mariti.

ijj. Bart. in procem. trium lib. C. frater Greg. Britanicus ferm. funebri lvij. modicū & in vulgarizandis. ferm. ij. incip. in hac. col. ix. Petrarca epistola lxxxix. vna ante medium qua postea vt clerici quibus vita laicorum est passio, & mors consolatio. Abb. anti. j. per illum text. in cap. j. de sepul. vt ille curatus conquerens de rusticis suis qui nolebant mori, nec offerre: mulieres ipsae exultant, & gaudent. glos. in l. pater Seuerinam. §. forcrus. ff. de condit. & dem. Lucas de Penna in l. quotiens. col. iij. C. de priuil. schol. lib. xij. maxime mulieres iuuenes de marito fene. Gulielmus Rouille in tract. de rescriptione iustitiae. lib. ij. cap. xj. Bald. tamen in cap. accepimus. de pact. in tit. qualiter deb. iur. vas. dom. fidel. vbi Præpos. col. pen. dicunt, quod sunt meretrices quae hoc faciunt, vt licentius possint peccare: sed poenitentia non multum tardatur, quoniam extrema gradij luctus occupat. plurimae postea cognouerunt quanta fuerit eis iactura mariti, quem viuente voluissent omni hora vidisse mortuum. Etiam si velint postea amatorem in maritū capere, contra titulum de eo qui dux. in vxor. quam pol. per adult. vel alium, & sic ex secundis nuptijs animam mariti cōstitare. Bal. in auth. cui reli. cū. C. de indic. vid. tol. col. iij. per text. in §. verò. vers. nos igitur. in auth. de nup. quae mors vt citius eueniat, quandoq; maritis venena ministrat: vt apud Valerium lib. ij. vers. xxxiij. & lib. vj. in cap. de Seueritate. vers. xiiij. horū exemplo aduertant & cauti fiant mariti: nam, Felix quē faciunt aliena pericula cautum. & †, Casus dementis correctio sic sapiēcis. gl. in §. fin. in verb. exemplum. in auth. de mand. princ. & optimum est aliena frui infania. Polydorus pro uerb. iij. Et quādo adulterium deducitur ad notitiā mariti, potes cogitare si alij

21

liciuunt: quoniam damna suae domus sciet vltimus. secundū Iuuen. quem refert Præpos. in cap. significasti. j. not. de diuor. Et si Rosarium ij. parte, ferm. xxvij. mulieres viderēt. & Aeneam epist. cccxxvij. incip. Lucretia. & cvj. querebaris. rarius forte peccarent, & maturius cogitarent antequam ponerent famam suam in manu alterius: qui si contra cōmunem hominum consuetudinem non valentium amicam celare, hoc tacebit aliquo tempore: tandem vel negatione coitus, vel zelotypia, aut indignatione irritatus aut fastidio amicam neglectam totaliter propalabit. Nihil tam occultum, quia reueletur. glos. in §. & licet. in verb. ignominia. in auth. de testib. & Erasmus ij. parte pro uerb. cccxx. tempus omnia reuelat. Amor etenim, ignis, & tulsia

Contristatur anima mariti.

Marit? vltim? scire.

tulsis suum detegit possessorem. vt j. †. Et tamen bona fama est thesaurus inæstimabilis, & sicut Liliū dans suauitate odoris. secundum Bald. in l. j. col. v. C. de confes. Et fama mali per quot ora hominū trāsit, semper augetur. iuxta illud in iij. Aeneidos, Fama mali quo nō aliud velocius vllū. Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo. refert idem Bald. in cap. tua. de cohabit. cler. & mulier. Et quādo sunt sic mulieres infamatae, valde dolent: nam (vt inquit Ias. in procem. ij. lect. ff. sol. matr. in rubrica) si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas illa cito abibit: nequiter factum semper durabit. fuit dictum Gellij referentis Caronem lib. xvj. cap. j. prout Erasmus ij. parte pro uerb. cccxxvij. exiguum malum, ingens bonum. Host. in Summa de poenit. & remis. §. quae impediunt. in fin. allegando Gregorium: Momentaneum est quod delectat, aeternum quod cruciat. refert etiam Host. hinc dicit Seneca, quem refert gl. in cap. meritō. xv. q. j. pro quo Gellius lib. xij. cap. xj. philosophū. si credere deos ignoscituros, & homines ignoraturos, adhuc peccare dedignaret. potius mori, q̄ foedari. † & mulier nobilis impudicē viuens perdit nobilitatem. Bon. in tract. de nobilitate. parte iij. num. cxxiij. & ei potest dari curator tanquam prodigo, & sic nō poterit testari. Ferrat. cautel. vj. incip. quantum. vnde de tanto scelere non curabunt: sed sibi dabunt conscientiam despuendo in Ecclesia. in annotariis varijs Bapt. Pius. char. cxvij. in posterioribus. cap. xj. Quanti est ergo faciendā fama castitatis? Albertanus de bona fama, quae semel amissa, est irrecuperabilis. gl. iij. super verbo, non potest. in l. j. C. de rapt. virg. Rosarium Bussi. ij. parte. ferm. xxvij. litera g. Ias. in l. j. §. si vir vxori. ff. de acquir. pos. j. not. vbi † facta pro infectis haberi nō possunt. & hoc solo priuatur Deus. secundū Aristotelem, quem refert Baptista Pius in annotatis posterioribus. cap. cxxxij. quia factum est, & non factum, continet repugnantiam, quam Deus facere non potest. Decius in l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. Ias. in l. si ira legatum. in princip. ff. ad Trebel. Ang. consil. clxxxvij. col. fin. Erasmus in parte Pro uerb. cclxxv. quod factum, &c. Et si poena potest diuidi, culpa perennis erit. gl. in l. fin. ff. de gener. abol. Host. in Summa de temp. ordin. §. & cui. vbi in tit. de cohabit. cleric. & mul. §. quam poenam. in fin. dicit, quod meretrix munda, nec cornix alba sit. vnde quia licet se emendet, non desinit esse meretrix. Afflictus in constitutione, quae passim iterum † ergo cogitet

25

anto

de nobilitate. c. xvij. imò tales opes in domū cōuectā pristinas earū fortunas vnā fecū sunt perditura. Iſocrates in oratione, de bello fugiēdo. col. cclxx. Itē cōplacendo viris, vileſcit authoritas pulchritudinis: vt videmus in publicis meretricibus quāquam pulcherrimis. nā inquit Florētinus, tres eſſe res magni valoris, quæ paruo pretio poſidentur: Fortitudo facti ni, Conſilium pauperis, Pulchritudo meretricis. Conſeruent igitur authoritatem pulchritudinis ſibi à natura conceſſæ, & eius authoritatem honeſtate augeant, ne vileſcat quod facile quiſquam poſidet. Matronæ etiam Romanæ curabant etiam laudari poſt mortem. Ioan. Pirrhus de magiſtratibus. lib. ij. col. iij. ¶ Item quando mulier adulterium commiſit, nil deterius committere poteſt: nam latrocinia, homicidia, rapinæ, proditioes, & ſimilia virorum facinora ſunt ad quæ mulieres ſunt inhabiles. hinc dicimus, Virum legalitas, mulierem ſeruat honeſtas. latrocinia & proditioes inſolitum eſt mulieres committere. Ang. in Maleficijs, gloſſa, Chai tradito. col. iij. licet aliqua exerceant argentariam, quod eſt officium virile, vt in Francia, & in ciuitate Aſtenſi. Barb. in cap. j. col. xix. de probat. Et propterea dicit Angelica in verſ. interrogationes in confeſſione. col. ij. quòd deriſorium eſt à foemina quaerere de militia. Et ex adulterio enim vxoris concipit in eam maritus graue odium, vt ſemper cum ea litiget ſeu clamet. ¶ Indignatur enim maritus plus de adulterio, quàm ſi filia ſibi ſupretur, vel mulier occidatur. Lucas de Penna in l. j. C. publ. l. rit. col. xxvj. verſ. xxiiij. vbi dicit quòd quàm de graui damno bonorum, imò quàm de vulnere. Io. Fab. in §. ſciendum. inſtit. de donat. refert Surgerus in Eochiridion. milit. char. xvj. imò plus quàm ſi ſibi proprius filius occideretur. Leo die illis. §. mater. ff. de leg. ij. Bald. lib. iij. conf. clxj. Cæcilia. col. ij. Rom. in l. inter. dum. §. j. ff. de public. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum. col. iij. de conſtit. Iaſ. in l. tranſigere. ij. not. C. de tranſact. Bertach. in reper. in verb. adulter. Præpoſ. in c. ij. in v. not. de ſponſal. Parpal. in l. j. col. iij. C. de precib. imper. offer. Moder. in apoſtillis ad Lombardam, in rubric. de adulterio. Io. Lupus in rubr. de don. inter vir. & vxor. char. xlvij. col. iij. vbi in char. ſequent. & char. lxxx. col. j. Bauerius in §. eſt autem. col. iij. inſtit. de hare. inſtit. Ferdin. in rep. §. diui. char. xvj. not. cccxij. Barb. in c. ex parte. col. pen. de conſuet. Alexand. lib. ij. conſil. xxiiij. incipit, animaduertiſis. col. antep. verſ. cum ſtuprum. facit Biblia Au

Plusquam
ſi occida-
tur filius.

rea

rea c. lxxxij. col. fin. In eſt enim homini naturaliter cura certitudinis proliſ, quia ei imminet procreatio, & educatio, ſecundum Fortuniū ff. de iuſt. & iur. col. xlvij. Aeg. de regim. princ. lib. ij. parte j. c. x. Et dicit Policraticus, q̄ nō eſt dolor ſicut ille quo corpus ſuum quis videt aliena libidine pollui, cum ſit os ex ofſibus meis, & caro de carne mea. c. admonere. xxxij. q. ij. & videmus hoc procedere etiam in amafia quæ etiam ſit eadem caro. ſecundum Ant. Bauerium in §. pater. inſt. de teſt. col. xiiij. Ant. de Prato in tract. de ſecund. nup. char. xix. col. j. Plus enim delinquit mulier propter infamiam agnationis, quàm ſi furatur. Aret. conſil. xxxj. conſiderata. in fin. ij. col. j. ¶ Et ſi maritus de adulterio vxoris nō indignaretur, præſumeretur leno. Ferratiuſ cautel. xiiij. incip. iura ſunt. ver. & accipe aliam caute lam in fin. Eſt enim talis indignatio, ſeu zelotypia de iure naturali, qua animalia etiam mouetur. dicam j. in ſolutione ad ſeptimum fundamentum. facit Anteros Fregofij char. xxv. & ſeq. fortius ¶ ſi deſiſteret maritus ab accuſatione adulterij ob 32 lucrum dotis, culpādus eſſet. l. miles. §. focer. ff. de adulter. quæ Bolog. in ſuis nouis interpretationibus dicit ſingularem. facit Bart. in l. iij. §. Cato. ante fin. ff. de verb. oblig. ¶ Propterea 33 tutor non poteſt facere pacem de iniuria illata patri pupilli, vel ipſi pupillo, quando illis eſſet dedecus. Bald. Salic. & Iaſ. in l. pactū curatoris. C. de pact. vbi in apoſt. Paul. de Caſt. Idem Iaſ. in l. ſi tibi. §. j. ad fi. ff. de pact. & dicit Iaſ. in l. reprehēdēda. C. de inſt. & ſubſt. ij. not. q̄ honeſtas præferri debet omni lucro. ¶ Nunc dicit Barb. cōſil. lxxij. ſcribitur proclare apud Ecclē 34 Gaſtom. col. iij. lib. j. quòd quis debet velle perire morti, quàm relinquere honorem ſuum. Petrus Cerrardi. not. l. x. q. ij. inſp. que ſunt contra pich. in l. ſi ſuo iur. ff. de rei vend. di. in ſo lutione. h. not. q̄ con. v. j. dum dicitur de Beru. c. x. Et ſic vides primum inconueniens quod oritur ex adulterio vxoris, ſcilicet ~~cauſam~~ indignationem.

¶ Secundum inconueniens eſt, deriſio mariti: nam licet ſit vir notabilis, iuuenes qui illū cucurbitauerint, vel ſciuerint alios cucurbitantes eum deridebunt, vt docet experientia: & vult Paul. de Caſt. cōſil. cxcij. in cauſa incarceratorum. eſt lib. ij. conſil. cclxxvij. in vlt. impreſſis. Felin. in cap. ij. col. iij. de calum. verſ. fallit quinto.

¶ Tertium inconueniens eſt, deriſio filiorū: ad quam ſi mu- 35 lieres aduerterent, cum ſint earum caro, non ita faciliter pec-

C

carent. Erit quandoque filius virtuosus, & tamen sibi improprie ratur eum esse spurium: vt de Alexandro Magno legimus, & de Phaëtonce, & alijs pluribus. vnde oriuntur tot rixæ & bella, & indignationes: quoniã est magna ignominia filio q̄ sibi obijciatur eum esse spurium, propter ea quæ statim dicam: & patet exemplo illius Bononiensis. de quo. j. in sol. viij. fundamētī de incontinentia: vt meminit Bald. lib. iij. consil. lix. verba faciunt Ecclesiastici, in dedecus filij pater sine honore. vbi pulchrius in si. illius text. Cyn. post Casiodorū in l. j. C. de adult. colum. j. Conueniunt quæ adducunt Scotistæ pro conceptio- ne beatæ Virginis, quod si esset in peccato originali cōcepta, refutaret ignominia Christo eius vnigenito. facit Petrus Iacobus in sua Practica, in lib. in actione iniuriarum prætoria. in primis verbis. Bald. in cap. at si clerici. col. antepen. de constit. vbi subiicit hoc esse atrocissimū. nam, Cui pater est populus, pater est sibi nullus. gloss. in §. si aduersus. instit. de nupt. per l. vulgo. ff. de statu homin. vbi Bud. & Bolog. in secunda parte Interpretationum.

¶ Quartum inconueniens est: quia maritus indignatus forte non inueniens virtutem in verbis, nec in herbis, tandem querit eam in lapidibus: vt dicit Host. in vlt. chart. Summa. est in tit. de verb. sig. §. que est distinctio. & Rosarium Bussi. ij. parte. ferm. xxv. litera e. Surgetus in Enchiridio militari, chart. xxx. Ioan. de Ana. in cap. j. col. j. de fortileg. Polydor. prouerb. cc. lxxix. credentes Phrygem plagis fieri meliorem: vt de monacho S. Bened. que crebra monitione sanare nequiuerat. secundum Barb. in cap. quando. ij. not. de rescrip. in cap. olim. col. viij. eodem tit. vbi adducit Aristotelem dicere: quod volentes dirigere virgam, plicant eam per cōtrarium. palam verberat,

36 & scuit in vxorem acrius quam iura permittant: ¶ nam licet ex causa maritus possit vxorem castigare leuiter, & incarceratione: non tamen sine cibo quod moriatur, ~~scilicet in iura~~ secundum Ang. in l. ij. §. si publicanus. ff. vi bon. rapt. non tamen propterea scuire. Luc. de Penna. in l. quicumque. col. iij. C. de remil. lib. xij. Ias. in l. miles. §. qui iudicati. ad fin. ff. de re iud. Pa-

37 nor. in e. quemadmodū. §. j. col. fin. de iureiur. ¶ imò si hoc fiat potest mulier à viro diuertere. Bart. in l. cum satis. col. ij. C. de agric. & censu. lib. xj. Anchar. consil. ccccix incip. probata tanti viri scuitia. Io. Lupus in rub. de donat. inter vir. & vxor. char. x. in iij. esse. vbi dicit, quod non potest accusari de adulterio.

Ang.

Ang. in Maleficijs, in versic. admenauit. in fin. & quid tunc debet facere mulier. Ioan. de Lesnaudiere in tract. de Doct. orib. j. parte. quæst. xxvj. quia possit tunc diuertere. Felyn. in cap. illud. col. fin. de præsump. Paris de syndicato, char. iij. col. iij. licet aliàs teneatur stare cū viro, etiã si sit vnus peruersus. Socin. consil. cclxxxvj. vifa præstatione. in fin. Et maritus cum ea. Barb. in cap. consultationibus. col. v. de off. deleg. subijciens quod si maritus cum vxore nō habitet, præsumitur latitare, licet aliàs deberet. ¶ Et nihilominus maritus tenebitur sibi ministrare alimenta extra domum. Curia Tholos. quæst. lxxxvij. in fin. Ias. in l. j. C. de legat. ad quem Pich. in repet. §. Titia. col. xlviij. Cuman. consil. clxxv. domina. quo casu licet non possit agere contra virum actione iniuriarum: aget tamen actione in factum. Catell. ij. parte Memoral. in verbo, actio iniuriarum. & in verbo, vxor. nec ¶ tenebitur redire ad virum, nisi vir caueat de eam non offendendo. Cacialup. in repet. l. si qua illustis. C. ad Orfic. colum. xij. de quo Panor. in d. c. quemadmodum. videtur cōtrariari, etiam si culpa sua mulier recessisset. cap. j. vbi Maria. in ix. not. de lit. contest. etiam si steterit cum amasio, & non audeat redire ad maritum. Petrus de Bellapertica q. cccclxvij. nemo enim cum inuito tutus in gratiam redijt. secundum Senec. quem refert Ioan. Fab. in §. item si propter. instit. de excus. tut. pro quo Barb. in cap. causam matrimonij. num. 18. de offic. delegat. Sed contradicit Curia Delphinalis quæst. ccccxxxix. An vir. vide Felin. in rubr. de treug. & pac. versic. qui timet. ¶ Et si maritus vxorē expellit sine causa, tenetur sibi con-

40 signare dotem. Bald. in l. si in fi. C. de sent. que sine cer. quant. in cap. ex parte. col. ij. de consuet. Alexand. in l. ij. col. v. ff. sol. mat. & lib. vj. consil. xxvj. vifo & diligēter. col. j. Barb. in d. c. ex parte. colum. iij. de consuet. videtur text. in authen. de nup. §. si quis enim dixerit. vbi dicitur quod tenetur ei dare quartam partem bonorum suorum. ¶ Item priuatur lucro dotis sibi delato à

41 staturo, p̄morie vxore sine liberis. Ias. in l. j. si ab hostibus. §. j. ij. not. ff. solut. mat. colum. fin. vbi ipse solus contra alios limitat, nisi ex causa adulterij. de quo Campez. in tractatu Dotis. v. parte. quæst. x. & vide etiã Felin. in d. rub. de treug. & pac. vbi etiam latè ponit generaliter de quo cunque timente se offendi: prout latè Hippolyt. in l. j. præterea. colum. xij. & seq. ff. de question. Et Guil. de Cun. in tract. securitatis. solent etiã tit caueri. Parlaamenta dare timentem in custodia minantis, taliter quod

Dubitans
offendi, p̄
tit caueri.

si ex quacunque alia causa, vel ab alio offenderetur, iste minas teneretur. Et si minans sit filiusfamilias, dant illum cui illatae sunt minae in custodia filio, & filium in custodiam patri. Bald. lib. iij. consil. clxj. enumerat causas propter quas mulier potest talem cautionem petere. de quibus vide etiam Ang. in §. j. in fit. de interdicit. Alex. v. volum. consil. lxxvij. viso & diligenter. Paris de Puteo vbi s. plenè. Ioan. Lupus in cap. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. iij. vol. est in opere. chart. lxxj. col. iij. & ibi char. lxxx. ponit de recedente à marito concubinario, quod non tenetur redire, nisi caueat de expellendo concubinam. Et si subitantis timor quod verisimiliter non sit be-

Mulier non ne cautum mulieri per cautionem & fideiusionem, non tenebitur redire. Petrus Gerardi not. lxy. incip. nota illud. Felin. in c. scribendam. colum. j. de praesump. Indignatur etiam quandoque tantum maritus, quod inducitur ad venenandum vxorem, & vxor aduertens mauult praueinire, non praueiniri: vt de vxore Luchini vicecomitis ducis Mediolani. vt in Chronica de anno M. cccxlvi. dicitur enim, Fallacia alia aliam trudit. Terentius, quem refert Erasmus ij. parte Prouerb. clxij. Polydorus Prouerb. clxxxiiij. imò quandoque vterque mutuo se venenat: vt legimus factum, facit casus Alex. lib. iij. consil. cxvj. in causa inquisitionis. Et tamen vxoricidium est detestabilius homicidio. cap. admonere. xxxij. quaest. ij. l. j. ff. de paric. & Michaël in suo Parochiali. in rub. de poenitentia recip. est chart. cvij. vbi per gloss. in d. cap. admonere. dicit, quod est detestabilius paricidio, maxime quando fit cum veneno, propter prodicionem annexam. l. j. C. de malef. & mathematic. Decius in c. que in ecclesiarum. colum. ix. de constit. in tantum quod eius praeparatum solum est sufficiens ad diuortium. Cyn. in l. consensu. C.

44 de repud. t. Et propterea praebens poculum venenosum, licet non moriatur, venenatus puniri debet. Felin. in tract. quomodo puniatur conatus. col. iij. Barb. lib. ij. col. xxij. col. vij. Af. flicus in c. j. de malis & nexis medicamentis. in constit. regni. Bertarch. in repertorio. in verb. venenatio.

45 ¶ Est bene verum, quod maritus quandoque expellit vxorem non mala mente, sed alia de causa: puta quia dos sibi promissa soluta non fuit. cap. per vestras. vbi Praepos. in vij. not. de donat. inter vir. & vxor. & Io. Lupus in iij. est chart. lxxj. colum. j. Curia Tholos. quaest. lxxxvij. licet Bald. Nouellus in tract. de dote. xxxix. priuilegio vj. partis. col. antepen. dicat hoc esse siendum

dum de iudicio Ecclesiae. per not. in cap. porrò. de diuor. Bald. & Ias. in l. si donaturus. §. si quis indebitam. in princip. ij. col. ff. de condit. causis. vbi dicit quod raro faciunt, nisi homines miseri. Ioan. de Anan. in cap. salubriter. ad fi. de vsur. Ioan. Pirrhus in l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Alex. lib. vij. consil. cxxij. viso processu. num. 1. Vnde vel vxor eum vocat, vel ipse vxorem ad cohabitandum & praestandum obsequia matrimonialia: & incidenter annectunt causam dotis. & isto modo faciunt causam de foro ecclesiastico. secundum Praepos. in d. cap. per vestras. iij. col. vers. not. sicut & omnes infra allegandos. t. Et licet loquantur solum in dote promissa, forte idem in non promissa: quia si iuras aliquam capere in vxorem alio non expresso, intelligitur mediante dote congrua. Ias. in auth. preterea. C. vnde vir & vxor. ij. not. vbi Lancel. col. ij. Io. Lup. in cap. per vestras. statim allegando chart. lxxij. colum. iij. Alias enim quando causa dotis principaliter intentaretur est discordia inter Cano. t. An ecclesiasticus sit iudex: vt late Ioan. Lupus in c. 47 per vestras. de donat. inter vir. & vxor. ij. not. est in toto opere. chart. lxxvj. Et Decius in cap. ecclesia sanctae Mariae. col. xix. de constit. vers. in vj. casu referes Moder. tenet quod possit. idem Barb. in cap. ex tenore. colum. j. de foro compet. Bap. de sancto Blasio in dotalibus. priuileg. lxxj. Formulariū prouinciale chart. xxiiij. dicens, quod cancellaria Apostolica solet dare literas pro causa dotis. Anchar. tamè, quem pro se allegat Decius in d. cap. ecclesia. post Felin. in cap. licet ex suscepto. de foro compet. videtur tenere contrarium: & expresse dicit esse tutius coram laico. idem Bald. Nouellus per Decium pro se corruptè allegatus, qui dicit hanc opin. procedere in vidua: sed secus in alijs. & contrarium. Et sic quod spectet laico, tenent Aret. Socin. Claud. Bulgar. & communiter Moder. in l. prima. ff. soluto matrimonio. Ioannes Lupus vbi supra. Alexand. & Ias. in authent. quod locum. C. de collat. Campezius sub dubio forte in tract. Dotium. in prima parte. quaest. xcix. incipien. an hic. August. Cano. in libro scrutini. chart. cvij. in fine. versiculo, & vltra praedicta. Et hanc videntur tenere Marian. in dicto capitulo, licet ex suscepto. columna septima. versic. Duodecimus. Praepos. in dicto capitulo, per vestras. vj. notab. & in cap. de prudentia. not. de donat. inter vir. & vxor. Et ideo videtur tenenda, quia habemus communem opin. legistarum: & Canonistae discordant. ideo etiam in foro canonico videtur stan-

dum Legistis: vt habetur in cap. j. & ij. de oper. no. nun. nisi di-
cas, quod fauore dotis statur opin. singularis Doct. contra cō-
munē. Ias. in l. j. col. iij. ff. sol. matr. in l. inter pares. ff. de re iud.
vbi columna prima. dicit idem pro paupere, pro Ecclesia, pro
testamento, & alijs ibi enumeratis. & in l. Gallus. §. quid si is.
col. iij. iij. lect. ff. de lib. & posthu. Et propterea solent laici pro-
tuenda eorum iurisdictione inhibere partibus, ne causam
agitant coram ecclesiastico. cap. ex tenore. vbi Panor. ij. not.
de foro comper. quod facere non poterunt vtendo ista caute-
la expulsionis mulieris: quia tali modo dos venit incidenter
coram Ecclesiastico: coram quo cum minori dispendio & fa-
uorabilius fortassis agitabitur. Et etiam absq; eo quod eam
expelleres, dummodo diceres eam velle expellere: scilicet de
iudicio Ecclesie, secundum Bald. Nouellum. §. relatum. posses
causam dotis incidenter deducere coram ecclesiastico. Et hoc
procedit etiam si agatur propter adulterium vel vergentiam
mariti ad inopiam. Decius consil. ccxij. magnifici.

Pro tuēda
iurisdictione.

48 ¶ Quintum inconueniens est incestus, quem quis cognosce-
ndi fororem ignoranter committit. vt Petr. Subertin. in tract.
de vinea Domini. char. l. in rub. de cōcubinarijs. est in iij. parte.
erit enim aliquādo filia patris sui illa quam quis carnaliter co-
gnosceret, vel ducet vxorē, vt ibi. & patet in illo insolubili: Na-
te nepos dixit Frater puero sua mater. quod declarat Præpof.
in cap. vir. de consang. & affin. col. xxxiiij.

49 ¶ Sextum inconueniens est, quia ex adulterio nascuntur
quandoque masculi adulterini & putariui, qui excludunt filiā
legitimā à successione paterna. vt magister Ranauld in Spe-
culo iudicum. char. penul. Anteros Fregosij char. xlij. Salic. in
rubric. C. de adult. Ang. in Malefic. gloss. che hai adulterato.
in primis verbis: vbi subdit quod exinde oriuntur omnia ma-
la. latē Anteros Fregosij char. xlij. Et licet Henricus Boich, Pa-
nor. & alij in capitulo, officij. de pœnit. & remis. Angelica in
verb. adulterium. Ancha. in regula possessor. col. xv. in iij. q.
vers. iuxta prædicta. & in regula peccatum. col. viij. in iij. op-
pos. vers. sed quid dices. frater Bernardinus in j. parte Rosarij.
serm. xxiiij. vlt. char. litera g. doceant quid agere debeat tunc
mulier, quæ hoc, scit pro exoneratione suæ conscientie. sicut
non debuit. secundum Bald. in declaratione de foro comper.

50 ¶ Præsertim quando filius
qui nec tenetur, non vult credere matri: quia non creditur ei
dicenti

dicenti se pregnantē à tali. Galiaura in repet. l. centurio. char. Non cre-
ditur matri de filia-
xvij. num. cclxvij. facit lac. de Are. quem refert Bar. in l. filium
diffinimus. ad si. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. dicens, quod
ille primogenitus qui secundo genito renuntiavit regnum
credendo dicto matris quæ asserbat illum filium militis &
non regis, fuit fatuus: quia matri nō creditur, vt per eum. quic
quid dicat Petrarcha de remed. vtriusque Fortunæ. lib. ij. dia-
log. clxxiiij. de filio qui alienus inuētus est. nam, teste Philoso-
pho viij. Ethicorum: Matres plus diligunt pueros, quàm pa-
tres: quia certiores sunt de eis, & habent plures labores circa
eos. ¶ Præsumitur enim filius mariti, & non adulteri: etiam si
mater staret in prostibulo. leg. miles. §. defuncto. ff. de adulter
quod dicit sing. Bolog. ibi in suis nouis interpretationibus.
& Angel. in l. septimo mens. ff. de stat. hom. Barb. libro quarto.
consil. lxxvij. omnipotētē. & libro primo. consil. xxvij. scri-
psit. colum. secunda. & in iij. lib. consil. ix. columna v. vers. ac-
cedat. Baldus libr. v. consilio xxxix. in si. punctus. Alexand. lib.
iij. consilio lxxxvij. in casu. columna penult. lib. v. consil. clvij.
circa primum. Paul. de Castr. libro secundo. consil. cclij. in fin.
quæstio ista. Capra. consil. ij. col. iij. Hippol. in l. prima. §. pri-
mo. col. vj. ff. de quæstio. Decius post Canon. in capitulo, per
tuas. colum. j. & ij. de probat. Crem. singul. cxxvj. mortuo. quia
præsumitur potius filius illius qui ad libitum suum mulierem
tenebat, & quietiori animo. vt Decius d. cap. per tuas. colum. j.
vbi col. ij. vers. quartus casus. dicit, quod in dubio deberet in-
dicari, quod esset partui fauorabilis. Sed licet hoc sit ex præ-
sumptione iuris: tamen veritas sæpe est in contrarium. & ra-
tio Decij in d. capitulo, per tuas. quod præsumatur potius fi-
lius illius qui habet vxorem ad libitum suum. Et sic mariti, li-
cet sit persuasua, fortē non est concludens: quia mulieres vt-
plurimum ardentius diligunt adulterum, quàm maritum. vt
patet ex quo cum peccato & infamia & in periculo perditio-
nis dotis illi complacent, & alijs periculis. vt in Anterote Fre-
gosij. char. xxv. Vnde rationabiliter dicendum est, quod in coi-
ta facilius concurrit cum adultero ad procreationem sobo-
lis, quàm cum marito, quem minus diligit, & quem semper ha-
bet in lecto secum: vnde tanquàm feriatu si non sit odio, est
saltem fastidio. pulchrē Anteros Fregosij charta xxxij. nam
magistros fastidit miseros totiens repetita Sicambre. Exordi-
tur Vlder. in oratione, in ep. apud literatos. & nihil est quod

51
Præsumit
filius mari-
ti.

Quare po-
tius: filius
mariti.

in honore tanto fulgeat in hac vita, quod vsu nimio non videat: prout in sacerdotibus, quorum multitudo eos contempribiles facit. cap. legimus. ante fi. xcij. distin. Decius in capitulo, causam quæ. j. not. de iud. & manna fuit Hebræis fastidio. in secundo prologo Pauli ad Romanos. & numero xj. Matres propterea filias nobiles raro ostendunt, seu ducunt extra domum, & nisi bene comptas: quia licet pica sit pulchra auis, tamen apparet nimis sæpe: prout econtra dicimus, Omne rarum charum, vt infra dicam, facit, quia maiorem affectionem & deuotionem habent distantes ab Ecclesia sancti Iacobi, ad illam Ecclesiam quam habeant ibi proximi. secundum Oldr. consilio lxxj. & circa. columna quarta. facit exemplum vxoris, quæ cum marito etiam flendo simulabat non posse pati coitum, postea clam adibat adulteros. Præpositus in capitulo, cõsultatio. ad fin. de frig. & mal. Et Ouid. in iij. de Arte, Hoc est vxores, quod non patiatur amari: Conueniunt illas cum voluere viri. Et omne rarum, pretiosum. xcij. dist. capitulo, legimus. columna fin. & dulcior est fructus per multa pericula ductus. & Philosophus nono Ethicorum, Quod cum magno labore acquiritur, plus diligitur. Vnde nulli dubium, quod facilius generatur foetus, quando mas & foemina concurrunt in coitu, quam quando mas tantum: vt dicunt Medici, quos refert Ludouicus in Aenea muliebri. capitulo secundo. char. ix. & est rationale. & probatur ex traditis per Bart. & Ias. in l. Gallus. in princip. colum. fin. ff. de lib. & posthum. vbi reputatur quodammodo miraculum, quod foetus concipiatur, quando solum vnus cõcurrit. Michaël Scotus de Phylionomia. lib. primo. capitulo tertio. Aegidius de formatione humani corporis, cap. vij. Panor. in c. fraternitati. de eo qui cog. con. vxor. iux. fateretur tamen Aegidius vbi supra. cap. vj. quod mulier potest imprægnari etiam quod semen ipsa non emittat. Et sic ratio Decij non videtur vrgere concludenter. Ided dicit secundum Doct. quod est fauor filiationis. Præterea nõ obit. præsumptione s. defuncto. quando alia rot coniecturæ concurrunt quæ sufficiunt, bene poterit probari quis filius adulteri: vt patet ex consil. Anchar. relato per Ioan. Lupum in rubr. de donat. inter vir. & vxor. char. xxix. vers. operatur aliū & quartum. col. ij. & Paul. de Cast. consil. cxv. super j. col. fin. lib. j. vlti mæ impressio. Corn. lib. iij. consil. j. col. x. & seq. Benedic. Capre. consil. secundo. col. j. & ij. Barbat. iij. vol. consil. lxxvij. incip.

Abūdiātia
generat fa
stidium.

incip. omnipotentem. col. ij. & iij. Vbi dicit etiam quid oportet assertio parentum. de qua Rom. Corneus, & Iason in l. neque professio. C. de test. vbi subiungit Ias. quod agnitus vt filius à matre vel auia, dicitur filius illius. l. etiam matris. cum gloss. ff. de probat. Et per prædicta aliàs impugnabam Ferrarium cautela xlj. incip. Doctores. ad fin. quam tradit ad instituentium spurium, scilicet vt non nominetur filius testatoris, sed solum filius mulieris: nam ex quo est maritata, præsumetur filius sui mariti. per d. s. defuncto. Et sic erit capax. pro quo facit Bald. in consil. cxxxj. titulus. lib. iij. ad fin. & Paul. de Cast. d. consil. cxv. Et quia ille nondum erat natus tempore testamenti. Adducebam etiā text. in l. si quis posthumos. in si. prin. ff. de liber. & posth. & s. posthumo. in fin. instit. de leg. quem al legat Iason in l. Gallus. in princ. col. ij. j. leet. eodem tit. licet ipse in s. incertis. instit. de leg. aliter delectet. Adducebā etiam quia ex tot coniecturis quæ aderant, apparebat testatorem instituisse tale posthumum, quia credebatur esse suum: vnde nihil valebat institutio, per dictam l. neque professio. melius in l. si pater. C. de hered. instit. facit Monfer. in repet. s. & quid sit tantum. in fin. colum. xvij. vbi dicit Socin. solitum extollere illam regulam, quod inspicitur voluntas testatoris, non secundum veritatem, sed secundum quod testator opinabatur. Habui de facto, & lucratus sum de illa causa xv. ducatos.

¶ Septimum inconueniens, quia oritur discordia inter fratres: quia licet sint vterini, ex quo tamen sunt de diuerso semine & diuersis complexionibus, sunt semper discordes. Hinc Fratrū quosq̃ gratia rara.

puto exortum illud, Fratrum quoque gratia rara est. Decius in exordio consil. lxxij. Papa Pius ad Imperatorem, epistola xxxix. char. fin. Erasmus char. xxvj. Prouerbiorum clix. fratrum inter se ire. Aegidius de regimine principū. libro ij. parte iij. capitulo vj. Omitto illud de Cain qui occidit Abel. de quo Barb. in Ioannina. columna xj. quia non facit in proposito: sed bene illa quam ponit text. in l. cum oportet. in fin. princip. & in fin. s. si autem. C. de bonis quæ lib. vnde postea tale bellum quod fit inter fratres vel cognatos, dicitur plusquam civile. Cyn. in l. prima. col. ij. C. de caduc. toll. Et etiam oritur discordia cum patre putatio, quæ est horrore legi quæ præsumit eum verum patrem. d. s. defuncto. in tantum quod licet filius commiserit delictum morte dignum: si pater cum deferat iudici, filius non morte, sed alia mitiori pœna, puta

Cõtra cau
telam insti
tuendi spu
rium.

Plures cõ
iecturæ ad
probandū
filiationē.

Cautela exilij, puniendus erit. Cepol. consil. lv. vnus filiorum. col. ij. & ad liberandum filium fam. à pœna mortis.

consil. xlvj. Titius. col. ij. Abhorret enim lex quòd pater videatur filium ad supplicium deduxisse. l. milites agru. §. deserterem. ff. de remilit. l. i. j. col. ij. C. de his quib. vt indig. Fely. in c. quarrenti. col. ij. de offic. deleg. ver. tertius casus. in cap. j. col. ij. eod. tit. vbi ampliat, etiam si crimè læsæ maiestatis commiserit. Ioan. Lupus in c. per vestras. de donat. inter virum & vxor. in conclus. col. ij. est char. lv. Idem Hippolyt. in l. j. §. j. col. vj. in l. vnus. §. seruus nec si. col. ij. ff. de quaestio. Ioan. de

59 Ana. in c. si. col. si. de pat. qui fil. occi. T vbi dicit, quòd propterea parcitur patri de vita, si non reuelauit tractatum quem faciebat filius contra principem. facit ratio l. diuus. in si. ff. de paricid. Et sic patet bona cautela pro liberando filium à morte: qua audio fuisse vsu quendam solennem Doctorem Terdo

60 nensem in casu proprio. † Et propterea dicebat Fely. admiratus discordiam patris & filij in cap. afferte. de p̄sumpt. quòd quando pater stuprat filiam, vel filius verberat patrem: nec ille pater, nec ille filius sunt censendi: quia idētitas sanguinis non

61 patitur talia scelera. † Et propterea Solon non tulit legem de paricidio: quia nunquam illud credidit naturaliter euenturū. vide Ang. in l. propter insidias. C. qui accus. Bauariam in §. pater. col. ij. in tit. de testa. pro p̄dicta cautela vide Ioan. Montolonium in Promptuario Iuris. in verb. mors. vbi enumerat septem alios casus ad liberandum seu saltem differendum pœnam mortis: qui prius fuerunt Cepol. in cautelis. char. j. & ij. quos ordinatè resumpsit Fely. in d. c. quarrenti. & l. i. de debi-

62 toribus. col. si. ff. de re iudic. secundum quos alius: & sic † secundus casus est, si moriturus obuict Cardinali qui imponat eius pileum super caput suum. Rom. sing. cccxxv. dicamus ad solatium. vbi in apostillis dicitur idē si sacerdos transeat cum corpore Christi, & malefactor eum amplectatur. Corf. sing. l. xix. incip. dixit. Barb. de Cardin. primo tract. q. ix. l. limitas hoc non procedere in atrocioribus, vel si fieret per substitutum.

¶ Tertius est casus, propter excellentiam viri.

¶ Quartus, per accusationē grauioris criminis, ob quod grauiorem pœnam deberet pati.

¶ Quintus, per probationem & obiectionem rationum reddendarum.

¶ Sextus, per appellationem etiam à quocunq; extraneo interpositam.

¶ Septi

¶ Septimus, in muliere allegante se p̄gnantem.

¶ Octauus, in eo qui fecit se clericum. l. i. in l. cum quædam puella. iij. col. ff. de iuris. om. iudic. Decius cons. cxxx. col. ij. Petrus Gerard. not. ij. Ferratus cautel. xxij. Hippol. de Marfil. in l. statuliber. col. ij. ff. de quaestio. Monferr. in l. nemo potest. circa finem. col. xxxvij. ff. de quaest. Bertach. in tract. de episcopo. chart. xlvij. in fine vltimæ col. licet in contrarium aliquatiter faciat. Decius in cap. cum aded. in medio. iij. not. de rescript. dum dicit, quòd licet quis se ad clericatum destinauerit, per hoc non est capax beneficij. & vide in tract. de virtute iuramenti. Antonius Bauaria priuilegio liij. columna iij. in medio.

¶ Nonum casum subijcit Fely. in d. cap. quæret. si condēnatus fingat se stultum. sed Ioan. Vilemati in repetitione. l. Diuus. ff. de sicar. num. ciiij. dicit, quòd simulatio nō prodest, nisi sit verè furiosus.

¶ Decimum, si sit ex maioribus ciuitatis.

¶ Vndecimum, si testes qui contra eum depofuerunt, accusentur de falso.

¶ Vltra p̄dictos casus adde tu duodecimum casum, quem collige ex his quæ dicam infrà chart. ij. de eo qui poterat se vindicare via iuris, & excessit, vindicando se via facti. & vide Fely. quem ibi refero, quoniam plura ponit quādo ex aliqua causa, qui deliquit, excusatur à morte.

¶ Tertiumdecimū, collige ex not. ibid. chart. postea sequent. de eo qui non occidit dolosē.

¶ Quartumdecimum, collige ibidem de delicto iam diu commisso, vel vbiunque ius commune imponit pœnam mortis, & statutum dicit quòd debeat alleviari.

¶ Decimumquintum, si inquisitio sit formata contra plures, quorum vnus sit clericus: quia omnes debent remitti ecclesiastico qui nunquam punit ad mortem: dicam infrà in materia quid in dicto sit iudicandum.

¶ Sextumdecimum, si statutum imponat pœnam capitalem, intelligitur de minima: & sic relegatione. dicam infrà etiam in materia: quid in dicto iudicandum.

¶ Septimumdecimum, quando princeps per iracundiam mandaret aliquem suspendi. dicam infrà quomodo sit obediendum rescripto principis.

¶ Decimumoctauum, quādo rumpitur capistrum, & suspensus

sus antea protestatus est de innocentia: quia tunc dicitur esse miraculum. Dec. in l. favorabiliores. ff. de regul. iur. sed contrarium tenet Guiliel. Rouille in tract. de descriptione in iustitiæ & iniustitiæ. col. fin. ideò cogita. & pro eo Bald. in cap. venerabili. de testib.

¶ Decimum nonum, si meretrix petat condemnandum maritum in patria ubi de hoc est cōsuetudo. dicam infra in respondendo ad octauum de incontinentia. circa princip.

63 ¶ Vigésimum, si iudex qui non debet quempiam torquere nisi præcedant illa nouem requisita quæ enumerat Hippol. in l. j. in j. chart. ff. de quæstion. dedisset torturam alicui, nõ præcedentibus legitimis indicijs: & propterea confessus est delictum. nam ex tali confessione etiam milies ratificata, talis confessus nõquam poterit damnari. secundum eum in dicta. l. j. vj. colum. vbi dicit, quòd etiam debet eidem dari copia iudiciorum, cum termino ad ea purgandum: aliàs confessio ex tortura subsequuta non valet. quòd vltimum intelligerem, si inquisitio petat. Cepola consil. lxxvij. teneo idem. & debent præcedere indicia, etiam si iudex habeat liberum arbitrium procedendi. secundum Ferracium cautela xiiij. incipien. iura. Hippol. vbi supra & infra. Paris de Puteo in tract. de syndicato. in materia repetitionis torturæ. est chart. lxxxv. in princip. iij. col. vbi fortè secundum eum, idem si princeps mandaret quem torqueri sine indicijs. & meritò: quia ego semel Papie vidi committi magnum errorem in quodam famulo, qui culpabatur de furto quorundam anulorum, quos socius habens recedere ad solatium acceperat, vt faceret solui Marzapanum: & tamen per literas Senatus fuit tortus, & confessus. & quòd dicta confessio sit nulla, probat Hippol. per l. penult. ff. de quæstion. vbi Baldus secundum vnam lecturam, & ibidem latius ipse Hippol. columna iij. adducens plurimos concord. qui dicit per illam decis. liberasse duos à morte, & ego vnum de frincho. Adde Guidon. de Suzaria in tractatu, de quæstion. columna quarta. versiculo, non tamen omni causa. & columna decima. versiculo, sed quid si aliquis. & vtrobique Bolog. addit plures auctoritates. idem Paul. de Castr. lib. j. consil. cclxxiiij. vna relatione. columna j. qui dicit hoc esse, quia præsumitur durare merus torture in tali ratificatione, & perseverantia cōfessionis. Corneus consilio xx. videtur. ad finem. & clarius libro quarto. consil. cxxxiiij. in causa Gasparis. columna j. vbi fortius subiungit hoc

hoc procedere etiam si non fuerit tortus: sed solum spoliatus ante torturam, pro quo Hippol. in d. l. j. col. x. vers. vltimeri in quantum. dicens, quòd sicut sine indicijs quis torqueri non potest, ita nec terri. & in d. l. penult. col. v. post Alex. cōf. c. incip. in casu prædicto. col. ij. vers. circa secundum. iij. vol. Et illam decisionem Bart. quòd non valeat talis confessio, sequitur Felyn. in c. ar. si clerici. de iud. col. ij. vers. vj. limita. vbi sunt apostillata quædam consilia Alex. & ibidem Decius. col. iij. vers. octauo limita. adducit plura alia. idem tenet Alex. lib. j. consil. v. in causa inquisitionis. col. j. repeti. cons. xciiij. in eodè libro. Paris de Puteo in tract. de syndicato. char. lxxxiiij. col. j. cap. ex sola confessione. ¶ Plus dicit Anchar. consil. xxiiij. vna inquisitione. quòd etiam si non appareat istum cōfessum modo prædicto fuisse tortum, dum tamen appareat eum esse detentum, præsumitur confessus per terrorem iudicis habentis eum in fortia. & Anchar. sequitur Corneus d. cons. cxxxiiij. col. j. dicēs, maxime procedere quando captura fuit iniusta: quia sicut iniuste carceravit, ita & iniuste torqueret. idem tenet Franciscus Brunus in tract. de indicijs & tortura. col. xlij. Et cum Anchar. tenet Alex. lib. iij. consil. l. j. viso themate. col. fin. in l. qui aliena. §. Celsus. in fin. ff. de acquir. hæred. vbi postquam allegauit Bald. & quædam alia in contrarium, subiicit quòd cum Anchar. tenet communis opinio. ¶ Nec conualidaretur talis confessio etiam si iudicia postea superuenirent post torturam. secundum Bart. in l. maritus. col. j. vers. inter solur. gl. ff. de quæstion. Hippol. in d. l. pen. col. vj. v. isis modo. Decium vbi supra. Paridem de syndicato. chart. lxxxviiij. col. iij. vers. datur regula. nisi secundum eum iste positus in libertate postea veniret ad iudicē, & cōfiteretur. & ita etiam tenet Brunus in d. tract. de indicijs, & tortura. col. xlij. sed esset bene stultus. nam, Quæ semel enasit retia vitat auis. vt infra dicam. est verum quòd Barb. lib. iij. consil. lxx. vbi CHRISTVS. col. iij. & col. x. videtur prædicta inuenire, quando tortus talem confessionem reuocauit. Alium casum quòd non valet confessio, ponit Moder. in apostil. Decij. in l. ea est natura. ff. de regul. iur. si licet. quando iudex promissit liberationem inquisito.

¶ Vigésimus primus principalis casus est, si tu potes adducere aliquam exceptionem vel probationem quæ aliquater elidat intentionem fisci, & dubiam saltem faciat. ¶ Nam licet soleamus dicere, quòd probationes debēt de necessitate concludere:

64

65

66

de donat. inter vir. & vxor. in fin. in allegatione hæresis. est chart. cij. & seq. latè Iodocus in tract. de nobilitate. cap. xiiij. Hadrianus Papa noster quodlibet. ij. col. antepenul. referens illud Matthæi xij. Si sciretis quòd misericordiam volo, & non sacrificium, nunquàm condemnauissetis innocentem. Et non solum iudicantes & consulentes cauere debent: sed etiam legentes. quia dicit Bald. in consil. incip. quanquam allegata sint multa. quòd Bart. est in inferno propter illam opin. quam posuit in l. vtrum. ff. de paricid. vbi vult quòd sciens proditiõne contra patriam, si non reuelet. puniatur morte. de quo Claud. in repet. l. vt vim. chart. penul. col. ij. ff. de iustit. & iur. Hippol. nor. cxliij. incip. nemo debet. † Ad prædicta facit Antonius in Peregrino vulg. lib. j. cap. xvij. & duobus seq. vbi latè pro & contra subiiciens, quòd imò delicta debent puniri. pro quo facit text. in l. nemo. C. de epis. vbi Paul. de Castr. dicit, quòd pin guior victima Deo mactari non potest, quàm homo iniquus. secundum Senecam in Tragœd. & dicit Paris de Syndic. char. lxxij. in princ. quòd rex Carolus secundus fecit suspendi quen dam iudicem, qui puniuit solum poena manus eum qui debe bat suspendi: & chart. lxxvj. col. iij. dicit, quòd iudex qui reum nocentem absoluit, est proditor. §. si tamen. in authent. vt differ. iudic. & dicit Barbat. in cap. cum nõ ab homine. col. vij. per illum text. de iudic. quòd dominus Picinus Locumtenens Iannæ pro duce Mediolani, faciebat sibi cõscientiam, quòd non fecerat suspendi vnum malefactorẽ in die Paschatis. facit Barbat. in tract. de præstant. Cardin. tract. j. q. ix. col. ij. quòd scriptum est, Non permittas viuere maleficum super terram. & † quòd non est crudelis qui maleficos occidit. cap. non est crudelis. & cap. qui homicida. xxij. q. v. quia reipublicæ interest delinquentes puniri. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. cap. vt famæ. de sentent. excom. Barbat. paulò infra, quòd collegium Bononiense fuit grauiter reprehensum, ex eo, quòd iupplicanit pro Richardo de Malumbris, qui fuerat dånatus de hæretica prauitate. idem vult Bologninus in repet. authenticæ. habita. C. ne fil. pro patre. col. xxiiij. Et dicit Bald. in cap. olim. col. penult. de rescript. quòd contra malos non est vtendum malua, vel emplastro: sed gladio. & dicit Panor. in cap. j. pen. not. per illum text. de postul. prælat. quòd peccatum est parcere inobedi entibus sine causa. † facit pulchrè Luc. de Penna in l. omnes. C. de anno. & trib. lib. x. & in l. j. col. x. C. de exact. lib. xij. post Philo

Philosophum in ij. Ethicorum, qui dicit, quòd pœnesunt medicina. facit Ioan. de Lignano in tract. de bello. cap. ix. Calca neus pulchrè cõs. ij. col. x. † & dicit gl. iij. in verbo, dispensatio num. de pace Constan. quòd qui parcit malo, inrelligitur nocere bono. pro qua Sallustius in Iugur. dicens, Ne ignoscendo malis, bonos perditum eamus. facit Isocrates in Panegyrico incip. illos. chart. xj. & Ambros. in j. Officiorum, dicens, quòd si quis filijs deprecantibus motus, & lachrymis coniugis eius in flexus latronem absoluendum duxerit, nõne innocentes tradit exitio? & idem sentit Cicero in oratione contra Pitoneum. char. ij. dum respõdet obijciẽti quòd fuerat crudelis contra Catilinam. facit Papa Pius epist. v. circa fin. & epist. vj. char. ij. quòd non immeritò Saul contraxit offensam Dei, quia miseratus est Agab, quem diuina sententia prohibuerat saluari. & Ioan. de Monteferrato ante repeti. l. si is qui pro emptore. ad Card. Papiensem. vbi allegat Ambrosium vbi suprâ. & Petrus Apostolus Ananiã & Saphiram Spiritui sancto mentiones, mortis sententia percussit. & Paulus magnũ illum Elimam qui credituros à fide retraherat, cæcitate percussit, vt ceteri ter riti prædicationem eius non impedirent. Summa ergo, secundum Monferratum, pietas est, in delinquentes sequi: quia cum vni indulgetur indigno, ad prolapsionis contagium prouocantur vniuersi. † facilitas enim veniæ, in centium tribuit delin quẽdi. cap. est in hibendum. de cohab. cleric. & mulier. Glof. in authent. vt hi qui ob. in verbo, facilitas.

¶ Octauum inconueniens oritur, damnum publicum. Ioan. Lupus in rub. de donat. inter virum & vxorem. chart. xlvij. in si. versic. ratio. vbi in chart. præcedenti dicit, quòd adulterium vxoris etiam prohibet confirmationem donationis inter coniuges, quæ aliàs fieret morte alterius coniugum: quia reipublicæ interest, vt ciuitas liberis & legitimis hominibus repleatur, non adulterinis. l. j. ff. soluto matrimonio. Bald. quem infra referam in conclusione mea. Contra præmissa faciunt, quæ adduxi in meis Clausulis generalib. in verbo, & mihi notario.

¶ Nonum inconueniens oritur, damnum reipublicæ in alio: quia non solum discordia, quam suprâ dixi, sed etiã inter adulterum & maritum. quia † nulla vehementior est discordiarum causa, quàm vnus scemina à multis maribus appetitio. secundum Platonem, quem refert Fortunius in Lius naturale. ff. de iustit. & iure. col. xlvij. facit Biblia Aurca cap. lxxiiij. de inimici-

tia & odio. Non enim volunt omnes sequi illud Ouidij de Ar
 te, Riualem pariéter habe. Item & inter affines hinc inde quia
 77 T naturalis affectio hoc facit, vt qui vnum de agnatione offen
 dit, totam agnationem offendere videatur. secundum Bald. in
 cap. fin. de appellationib. Afflictus de iure prothomiseos. col.
 vij. & quilibet praesmitur appetere honorem agnationis suae.
 78 Panor. lib. ij. consil. lxx. casus. col. penult. † & iniuria facta vni
 de familia, censetur facta toti familiae. Felin. in cap. cum quidam
 colum. fin. de iureiurando. vnde turbatur postea pax populi, &
 bella civilia oriuntur. Pet. de Rauēn. in suo alphabeto. circa fi.
 79 in quaest. incip. Propheta regius. colum. vj. & seq. † merito ergo
 sancitum est, adulteros occidere, quia ab huiusmodi homini
 bus amicitia & pax corrumpitur, vt inquit Xenophon, de ty
 rannide. char. iij. facit illud quod tradit frater Isidorus de regi
 mine principum. lib. iij. c. xiiij. & illud Genes. xxxiiij. vbi pro
 pter raptum Dinæ, eius fratres iugularunt omnes mares illius
 vrbis. Et in Hispania sunt decreta, per quae mulier & adulter
 traduntur in manibus mariti, qui de eorum personis & bonis
 potest facere quod vult. Ioannes Lupus in rubrica, de dona
 tionib. inter virum & vxorem. chart. x. in quarto effectu. Sunt
 ergo propter talem discordiam haec scelera adulterorum val
 de atrocita contra finem iuris civilis, secundum Philosophum,
 & Sallustium, quos refert Anchar. in regula possessor. col. ij.
 probatur in capitulo, nihil. de praescriptionibus. & in l. acqui
 80 situm. ff. de usufruct. † ad quam Ias. pulchrè in l. quod iussit. v.
 not. ff. de re iudic. vbi dicit quod iudex propterea potest praeci
 pere alicui, ne transeat ante domum inimici, ne fortè eum vi
 dendo veniant ad iram. Idem dicit in l. curatores. ff. de offic.
 procur. Caesar. Paris de syndicato. in verb. concordia. Et septè
 per quae pax populi conseruatur, enumerat: pariter & ea per
 quae turbetur. Afflictus in constitutione, pacis cultum. col. ij.
 & iij. latius Lucas de Pena in l. j. C. pub. latitiae. lib. duodecimo.
 Et pulchra oratio Socratis incip. omnes, cum epistola praede
 denti, quam fecit de bello fugiendo, & pace seruanda. de quo
 iudex debet esse sollicitus. Aluarot. in capitulo primo. §. si mi
 nistrates. de pace tenenda. Curtius in tractatu de sequestr. co
 lumnā quarta. & consil. septuagesimo. incipiente, super eo arti
 culo. Decius in cap. licet causam. de probationibus. col. vige
 sima prima. in gl. in verbo, possidetis. Alex. in l. fin. C. de edicto
 81 diui. Hadri. tollen. col. iij. † vbi cōcludunt quod si duo conten
 dunt

iudex
 pacem
 seruet.

vt
 cō

dunt de possessione, & parant se ad arma, & non constet iudi
 ci quis sit in possessione (quonia si hoc constaret, deberet pro
 hibere ingressum alteri qui non est in possessione) tunc iudex
 pro bono pacis debet vtrique inhibere ne intrent possessio
 nem. Et de pace duo bona verba ponit Lancel. in l. pactum cu
 ratoris. ad finē. C. de pactis. latè Felin. in rubrica, de treuga &
 pace. Corfet. in trac. de potest. regia. questione quadragesima
 prima. Luc. de Penna in l. prima. columna quarta, & sequenti.
 C. publicæ lxxi. libro duodecimo. Ias. in l. quidam aestimaue
 runt. col. secunda. ff. si certum petatur. Et pax vt seruetur, mo
 deramen iuris habetur. gl. in capitulo, puberes. de desponsat.
 impuberum. latè Ioannes Montaigne in tractatu. de author.
 regij consistorij. char. xxx. Romanus consil. vltimo, columna
 quinta. omnino Barb. libro tertio, consil. primo, columna pe
 nultima, & fin. latius Decius in l. fin. C. de edicto diui Hadriani
 tollen. vbi & quando neuter possidet, & timetur scandalum in
 adeptione, quid debeat facere iudex. Est verum quod in patria
 Delphinali non sunt multū necessaria praedicta, tū propter ea
 quae dixi de securitate quam faciunt praestari, supra in quar
 to inconuenienti: tum propter illud pulchrum statutum, Si
 quis per literas. cuius verba propter eius vtilitatem pro sola
 tio lege vt infra: Si quis per literas iudicis eius propria manu
 signatas, aut voluntate illius cuius erat possessio. Quam vo
 luntatem interpretamur, internenisse. Ex quo per x. dies pas
 sus est notoriè possidentem possidere, rei alicuius possessio
 nem vel quasi nactus fuerit, per quempiam absque mandato iu
 diciario à praedicta possessione expulsus aut deiectus fuerit
 probata possessione & eiectione, etiam absque violenti euo
 catione alicui: per duos aut tres testes communi aestimatio
 ne fide dignos, omnia allegatione aut appellatione cessantib.
 expelletur violentus per iudicem, vel ab eo deputatum: etiam
 manu militari si sit opus, & restituetur deiectus, & reponetur
 ante omnia in statum pristinum: & mulctabitur violentus vltra
 poenas à iure statutas in decem marchis argenti sisci ærario
 applicandis. Mitigatione tamen iudici concessa, secundum mo
 dum violentiae & facultates violenti: violentia verò purgata
 per in statum pristinum reductionem expulsi, & expensarum
 ab eodem expulso factarum in refusionem audietur, qui fuerit
 violentus super ipsum allegandis. Quae autem in violento sta
 tuimus, eadem & in clandestinè possessiones ingrediente in
 d. 2.

telligenda fore censemus &c.

Duellum. ¶ Decimum inconueniens est: quia secundum Ouidiū de Arte: Nec turpe marito Aspera pro charo bella gessisse toro. ⁸² quandoque enenit duellum inter maritum & adulterum ¶ licet regulariter sit prohibitum: vt Ias. in l. ex hoc iure. col. v. ff. de iustit. & iur. taliter quod licet quis acceptauerit, potest licite duellum recusare, & poenitere. Decius in cap. ecclesia sanctę Mariae. de constitutionibus. col. decimaquarta. plura per Barb. in primo volumine, cons. vltimo. vbi Angel. de Are. & Antonius de Prato in Consilijs ibi proximę sequentib. contra quos in illo casu consuluit Calcaneus consilio secundo. Surgerus in Enchiridio militari. char. xx. & xxiiij. Somnium Viridarij libro primo, capitulo cvij. tamen fuit admissum per Parlamentum regium inter Iaquetum Griffum, & Ioannem Carogium, vt habetur in Gaguino, in vita Caroli sexti. Guilielmus Mara in oratione vij. incip. reuerēde. Rosellus in Monarchia. chart. cxij. licet mulier eo in casu non esset in culpa. Paris de Puteo tali casu dicit permitti etiam cum domino suo: vt in tract. de remilit. char. vigesima secunda. sub rubrica, An subditus ratione adulterij prouocet dominum suum ad duellum. sed dubito, propter ea quę dixit Anan. in capitulo fin. de patrib. qui fil. occid. Et in illo tract. ponit practicam quomodo fiat: & late per curiam Delphinatus quęst. dcxvij. dixi plenę cum sex seq. & in libro Styli Parliamentorum. parte prima, char. vigesima sexta. & seq. & literas quas sibi scribunt volentes duellare, vide tu Hispanę in Tirant lo blanq. in lengtia Castigliana.

¶ Undecimum inconueniens est: quia enenit vt quandoque in sua domo pater inueniat aliquem sibi filiam adulterantem, & filiam occidet: quod videtur sibi permitti. licet fecus de adultero. Ioannes Pyrrhus in l. non debet cui plus. ff. de regul. iur.

⁸³ ¶ Item si maritus inueniat vilem sibi adulterantem vxorem suam: vnde cum non possit tamen iustus dolor temperari, occidet adulterum. quod cum fiat lege permittete, poenā non meretur. l. Gracchus. C. de adult. Nicol. Boerij in apostillis ad Dy num. in reg. cui licet. facit capitulum. qui peccat. xxij. quęst. iij. Luc. de Penna in l. prima. C. publ. latitix, vel Consul. libro duodecimo, quęst. vigesima quarta. in fin. & quęst. vigesima sexta. circa medium. Felin. in cap. quę in Ecclesijs. col. iij. de cons. l. Ias. in l. si plagij. col. j. ff. de verb. oblig. Gemin. consil. lxxvij. in princ. ij. col. Hadrianus vj. Papa noster in Quodlibetis. char.

Maritus occidit adulterum.

tis. char. vigesima secunda. col. iij. & vigesima tertia, col. ij. litera d. & char. lvj. in fin. & in quęst. x. col. xj. vbi Hippol. vbi formaliter examinat hanc quęstionem in l. patre vel marito. ff. de quęst. col. j. & ij. Petrus de Lesnaudiere in tract. de Doctorib. quarta parte. q. xlix. vbi etiam modum tradit probandi adulterium, & refert vnum miraculum. vide orationem Lysigę excusantis a nece adulteri. incip. plurimi. vbi adducit leges Atheniensium hoc permittentes. Caue ¶ tamen, quia videtur nō licere in conscientia. Henricus Boich, Panor. & Felin. in c. ij. de homic. Fortun. de fine vtriusque iuris. col. xlviij. & seq. in xj. illatione principali. Plus in d. cap. ij. dicit Ioan. de Anan. quod in terris Ecclesię possit talis occidens adulterum, puniri in foro contentioso. per gl. in c. inter hæc. xxxiiij. quęst. ij. quę vult quod ille text. corrigat iura ciuilia permittente occidere adulterum. & licet ibi Felin. eum impugnet: tamen a libi sequitur eum. vt in cap. j. col. j. de prescript. in cap. iij. quod incipit, si verō. de sent. excom. Plus ¶ dicit idem Felin. in c. Ecclesia sanctę Mariae. de constit. col. xv. versic. item possit. quod nec etiam in terris Imperij occidens adulterum esset tutus: ex quo sumus in materia peccati. & sic etiam in illis standum esset iuri Canonico. Roch. in cap. fin. col. xxij. de consuet. Sed certe credo quod iudō etiam in terris Ecclesię in foro contentioso esset tutus: nam in illis Ecclesia bene habet vtrunque gladium: aliās seque retur quod in eis nullus vnquā deberet morte puniri. Nec valet consequentia de foro conscientię ad forum iudicarium. Aret. in rub. ff. de acquir. hæred. ad fi. Et responde ad illam gl. in cap. inter hæc. quod sanē intellecta non probat intentionē Ioan. de Anan. nam dum illa glos. dicit, interfectorem nō excusari a culpa, vel peccato, licet a poena ciuili excusetur: voluit inducere differentiam solum inter ius Fori, & ius Politicō inter ius Canonicum & Ciuile. vt patet ex verbis gl. & ita intelligit eam Ias. & Claud. in l. vt vim. super glos. in verb. nam iure. ff. de iustit. & iur. Albericus. in d. l. Gracchus. late Ias. in l. si plagij. ij. columna. ff. de verborum oblig. & alij Doct. per eos allegati. Hippol. in d. l. patre vel marito. Ang. in tractatu Malefic. gl. Che hai adulterato. col. ij. Angelica in verbo, homicidij. in §. vj. Betonta super Ioan. viij. qui legitur sabbatho post tertiam dominicā Quadragesimę. Nec aliter intelligunt Panor. & Præpos. in cap. veniens. el. ij. ad fin. de sponsal. vbi licet dicat illam solut. tolerari posse, tamen transeunt ad aliam. & Barb.

Ad gl. in cap. inter hæc.

in c. cum esset. de testam. col. vj. referens Panor. postea col. iij. accommodat solutionem in vers. pondera etiam illud. dicens
 86 ¶ quod non est inconueniens quod ius civile modificet illud præceptum, Non occides. vt in l. j. & ij. C. quando lic. sine iud. se vin. in clem. j. de homic. & in cap. iij. de furt. Possit hoc comprobari ex pluribus auctoritatibus Sacre scripturæ quas allegat Anchar. in reg. possessor. col. v. vers. vltra prædicta. Henr. Boich. in d. cap. ij. de homic. Barb. in tract. de prestant. Gard. in ix. quaest. primi tractatus. Bolog. consil. ij. col. x. Calcan. consil. ij. col. ix. Paris de syndicatu. char. iij. in quaestione, An liceat occidere tyrannum. Ioan. de Monteter. in epist. ante repet. suam. l. si quis pro emptore. dum declarant illud, Non permitras maleficum viuere super terram. & plura in proposito tradit Roselinus in Monarchia. char. lxxvij. & sequentibus. dum examinat, an lex possit disponere super dispositis à iure diuino. ¶ & allegat d. gl. in d. c. inter hæc. & ibi col. ij. post Host. & alios, dicit, quod lex civilis potest permittere homicidium, etiã pro leui causa, qm sequitur maius bonum, vt euitetur maius malum. facit Calcan. col. ij. col. ix. & seq. vbi enumerat plures casus, in quibus est licitum homicidium. Et Paris de Puteo in tract. de duello & re militari. char. iij. col. iij. est primus liber Legalis quem viderim in vulgari Italo traductum & impressum Venetijs. facit Cepol. consil. xlv. viso processu. col. j. Secundo responde, qd si aduertatur gl. in d. c. inter hæc allegat iura corrigentia Lombardã, quæ disponebat vxorẽ adulterã posse occidi. Sed in Lombardã maior ratio prohibitionis aderat. vt patet in c. admonere. ibi alleg. & in l. j. ff. de paric. & quia præsumitur seducta ab adultero. l. j. C. de rap. virg. quæ rationes nõ militat in adultero. de quo nõ loquuntur illa iura allegata per gl. vnde quod nõ mutatur, cur stare prohibetur. l. sancimus. C. de test. nam vt dicit Archid. in d. c. inter hæc. nõ debem⁹ dicere ius Canonicum corrigere ius Civile, nisi vbi expresse hoc reperimus. Plus disputando dici potest, quod text. in cap. cum non ab homine. xxij. q. v. quæ allegat illa gl. in c. inter hæc. permittat occidere: vt patet ibi, ab inimico. & ibi, an vltiscendi. quæ verba non restringuntur per subsequen-
 88 tia, quæ exemplificant in latrone & iudice: quoniam ¶ exempla licet declarent, non tamẽ restringunt regulam. l. damni infecti stipulatio. ad fi. ff. de damno infect. l. j. §. quod vulgo. ff. de vi & vi arm. Igneus in repet. authent. ex causa. columna. cxvij. Inimicitia erga adulterum videtur tolerabilis, ne videatur ma-
 ritus

Exempla
 nõ restringunt.

ritus esse leno, & particeps delicti. vt patet ex prædictis. Et vitio est tolerabilis, tam iniuriæ propria, quàm publicæ. vt dixi in nono inconuenienti. Item quia non est maritus qui adulterum occidit: sed est ipsemet adulter. gloss. not. in cap. iij. in fine. de furt. Papa Pius epist. iij. contra ducem Austria. circa si. dum sic allego, intellige de epistolis quas edidit post adeptum Papatum, quæ sunt in altero volumine repositæ: quàm illæ quas addidit dum esset in minoribus, quas tunc allego pro epistolis Aeneæ Syluij: quia sic tunc vocabatur. debet enim abstinere, si non vult occidi. vnde sequitur id quod dicit Stephanus Costa in cap. dilecto. col. ix. de senten. ex com. vbi limitat gloss. in d. cap. inter hæc. non procedere, nisi talis concessio esset rationabilis & diuino iuri consonans. ¶ facit Barb. in capitulo, at si clericus. de adult. num. xcj. dicens, quod non obstante statuto imponente pro adulterijs poenam pecuniariam adhuc debet puniri adulter poena mortis. Cõfirmo, quia arreto quod hodie ~~non~~ puniuntur adulteria. vt not. Paul. de Castr. in consil. infra allegando. Ioann. Fab. in §. ex non scripto. in fit. de iur. naturali, gentium & civili. col. fin. vbi dicit, ¶ quod in Francia nunquam fuit auditum adulterum puniri poena iuris. Idem in Alemania, dicit Petrus de Raenna in suo alphabeto. est in dispos. incip. valete. col. v. & sequenti. quæ est ibi impressa circa fin. operis. & sic audies, vt hæc committuntur impune, ita impune laudari. facit pulchrè Lysias in oratione excusatoria à nece adulteri, quæ incipit, Plurimi. in char. fin. saltem timore maritorum abstinerebunt adulteri, & coërcebitur incontinentia à iure veteri & nouo prohibita. ¶ vt Anchar. in regula, post fessor. col. xxj. in fin. vij. quaestione. qui in regula, peccatū. col. xj. quaest. j. dicit, quod de talibus non cadit directa satisfactio: quia castitas perdita est irrecuperabilis. gloss. in verb. nõ potest. in l. j. in princ. C. de rap. virg. vbi dicitur, quod hoc solo priuatur Deus. las. in l. j. §. si vir vxorẽ. ff. de acquir. pos. §. not. Rosarium in ij. parte ser. m. xxvij. litera H. Paris de syndicatu. char. xxxj. col. ij. dixi supra. vnde ¶ quando agitur de damno irreparabili etiam contra iudicem: licet se & honorem suum defendere. l. prohibitum. & l. sequen. C. de iur. ff. lib. x. glossa & Doct. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. vbi Claud. col. xij. Nizellus concord. gl. vj. fallent. vlt. col. fi. Paris de syndicatu. in ver. resistentia. & c. seq. est char. lxix. licet Affinitus in prima parte. constitutione, pacis cultum. col. xix. latè disputet. ¶ Cõfirma-
 Non cadit satisfactio.

Excedens
in occiden-
do mirius
punitur.

¶ De similibus, ad similia. suprā à simili. Barb. lib. iij. consil. l. col. v. Corn. lib. ij. consil. c. in causa vertete. litera g. ¶ De simplicibus ad mista non valet negatiuè. Salyc. in repet. l. si mora. ff. sol. matr. col. xij. in ix. conclus. ¶ De statuto ad consuetudinem. Socin. consil. lxxvj. not. iij. lib. iij. per l. de quibus. cum l. seq. ff. de leg. ¶ De statuto ad vltimā voluntatē. Rom. consil. lxxv. viso themate. col. si. & cccxcix. vt præfens cōsultatio. col. ij. allegat Bart. in l. j. de reg. Cat. dicere, quod potius æquiparatur ad vltimas voluntates, quàm ad contractus. ¶ De statuto iurato ad testamentum iuratū. Fulg. consil. ccx. pro euidentia. col. iij. in princ. allegat Io. And. in c. dilecto. de præbéd. ¶ De solutione ad promissionem. Ias. in l. quæ extrinsecus. iij. not. ff. de

ff. de verb. oblig. per l. eum qui ita. §. penul. ff. de verb. obligat.
 ¶ De stipulatione ad legatum. Iaf. in l. eum qui ita. §. qui ita. col. iij. ff. de verb. oblig. per l. que de legato. ff. de leg. j. Lancel. in l. cum feruus. §. fructus. v. not. de leg. j. differentias inter vnū & alium ponit Iaf. in l. inter stipulantē. §. sacram. ff. eo. & d. §. qui ita. aliter declarat. ¶ De stipulatione extraiudiciali ad iudicialem. Iaf. in l. infulam. num. 3. ff. de verb. obl. in iij. not. per illum text. nisi daretur specifica ratio diuersitatis. ¶ De substitutione directa ad fideicommissariam. nō valet. l. iubemus. C. de testam. iuncta l. cum proponeretur. de leg. ij. Paul. in l. pen. col. j. de impub. Socin. lib. iij. cons. l. j. num. 34. ¶ De substitutione pupillari ad exemplariā. Iaf. per illum text. in l. ex facto. v. not. ff. de vulg. & pup. ¶ De substitutione cōpēdiosa ad reciprocam. nō valet. Galiaura in repet. l. Centurio. col. xvj. num. 257. de vulg. & pup. ¶ A tanquā procedit, quando lex disponit sub nomine qualitatis. Signor. cons. l. xix. in quæstione. in medio. col. ij. & c. factum. col. iij. circa fin. & cc. testator. in medio col. iij. & cxxvij. filiusfam. col. j. ¶ A toleratione incōuenientis procedit, supposito vno extremo incōuenienti, in quo fundetur esse rei, sed ex quo duobus inconuenientibus nunquam fiet aliquod conueniens: quia nullū extremorū est habile. l. j. C. de dot. promif. ¶ A toto generali, vel toto vniuersali. Dyn. ff. de arbit. l. diem. §. si plures. ¶ quia totū infert quamlibet sui partem de necessitate. ff. de excus. tut. l. si quis cum totum. Bal. col. ij. & infert totū generale quālibet sui speciē, nisi probetur excepta. l. Lucius. ff. de fund. inst. Negatiuē tamē nō valet, licet affirmatiuē sic: vt, est domus: ergo paries. A toto autē vniuersali est totū, nō ecōtrā: quia valet affirmatiuē, nō autē negatiuē. vt, nō est animal: ergo nō est homo. Lācel. in l. j. ff. de usufr. leg. ¶ A toto integrali. l. rerū mixtura. ff. de vsucap. Dyn. quō intel ligatur, Bar. in l. qui vsufructū. col. si. ff. de verb. oblig. ¶ De tempore ad locū. ff. si cert. pet. l. vinum. vbi Iaf. j. not. arguit de tempore sacro ad locū sacrum, qui idem ponit in l. pleriq;. col. iij. in x. limitatione. ff. de in ius vocand. in l. & si inutiliter. in fi. C. de fideicom. in l. sed excipiūtur. col. fin. ff. de ferijs. facit l. fin. ff. de tritic. Signor. cōs. l. xxij. quæstio talis. in princ. & lxxxvj. quæstio presupponitur. col. ij. & clxij. factum sic. col. j. Fulg. consil. clix. super inquisitione. col. iij. in princ. Socin. consil. xxvj. num. 3. litera z. ¶ De tempore ad personas. Barr. in l. Centurio. col. viij. ff. de vulg. & pupil. Iaf. in d. l. vinū. Bal. in l. conueni

uenticulam. col. iij. Socin. l. j. cons. xcij. circa primum. in prin. col. vij. per l. qui plures. ff. de vulg. & pupil. ¶ De tempore ad modum. Iaf. in l. vt vim. col. ij. ff. de iust. & iur. per l. miles ita. §. j. ff. de testam. mil. ¶ De tēpore pacis ad tempus guerræ. Iaf. in l. si. col. C. de test. alleg. Bart. in l. naturaliter. col. pen. ff. de vsucap. etenim tunc bellum inter Deum & homines. vide Iaf. in l. si ex toto. col. ij. de leg. j. ¶ De tēpore ad tempus. ff. de re milit. l. non omnis. §. à Barbaris. & l. non est necessē. ff. de probat. & l. ex persona. C. eod. ¶ De tempore præterito ad tempus futurum. l. Celsus. ff. de senator. cap. semel. de reg. iur. lib. vj. vbi Dyn. & alij. aliquando de futuro ad præteritum. ¶ De tempore ad rem. l. miles ita. in princ. ff. de testam. milit. quam allegat Iaf. in l. si ex toto. §. fin. col. antepenul. ff. de leg. j. in tellige quādo termini sunt pares. Gerar. in rep. l. si pater. C. de inst. & substit. num. 217. Iaf. latius in l. si fundum. col. ij. ff. sol. matr. vbi paulò j. format duas opin. cōtra istam regulā. l. si qui. C. de adult. & hæc vocatur præsumptio facti. l. non est verisimile. ff. quod met. caus. not. in cap. scribam. præsens præsumptio. Aliquādo de præterito ad præsens. Socin. cons. lvij. num. 30. lib. iij. ¶ De tempore ad quātitatem seu rem. Corn. lib. ij. cons. cvij. in hac litera h. & seq. per l. scimus. in princ. C. de inoffic. testam. & l. eius militis. §. militia missus. ff. de testam. milit. ¶ De testio adiacente ad secundum non valet argumentū, quādo tertium adiacens est priuatiuum: non enim sequitur, est homo mortuus: ergo est homo. Lancel. in l. de quibus. col. ij. ff. de leg. j. ¶ De testatore ad legē vel statutū. Iaf. in l. nemo potest. de leg. j. j. lect. col. ij. in ij. not. per l. si quis legauerit. la. ij. vbi Bart. not. de leg. j. Sed Iaf. limitat, nisi sit contra legem. Et quōd arguatur de vno ad aliud quantum ad interpretationem verborum & mentis. Socin. cōs. xxxj. prosequēdo. col. ij. vers. ij. probatur per §. disponat. in auth. de nupt. gl. in auth. hoc inter liberos. C. de testam. & cons. clxx. super eo, circa fin. Iaf. in l. testandi. col. j. C. de testam. ¶ De testatore ad iudicem. l. ij. vbi Bal. C. de diuid. tutel. pulchrē Iaf. in l. filiusfam. §. diui. ij. lect. ad fin. ff. de leg. j. ¶ De testamentis ad leges, & ecōtrā, & de testamentis ad rescripta. Fulg. consil. clv. proponitur. col. j. & consil. clxx. super eo, circa fin. ¶ De testamento in scriptis, ad testamentum sine scriptis. Iaf. in l. fin. col. ij. de testam. per l. iubemus. versic. quemadmodum. vbi glos. C. de testam. ¶ De testibus ad arbitros non tenet. Cami. consil. xvij. Hieronym. col. ij.

ij. in princ. per not. in l. diem proferre, §. si plures. ff. de arbit.
 ¶ De teste ad instrumenta. l. in exercendis. C. de fide instrum.
 cap. cum Ioannes. extrà eod. Calcan. consil. xcviij. stante dicto.
 col. iij. circa fin. ¶ De teste corrigete dictum suum ad partem
 corrigentem eius confessionem. Socin. consil. xcviij. num. 14.
 lib. iij. per not. in c. præterea. de test. cog. ¶ De toto ad par-
 tem. & econtrà. l. iuris gentium. §. adeò. ff. de pact. l. quæ de to-
 ta. ff. de rei vend. Socin. consil. lxxxij. num. 20. lib. iij. Decius in
 c. apostolica. col. ij. vers. ij. Abbas. de except. Marascotus in re-
 pet. cap. j. col. xxxvij. de constit. lib. vj. Ias. per illum text. latè
 in l. qui sine. ff. de condit. sine causa. vbi ampliat etiam in exce-
 prionibus: item in tempore. & Ias. in l. diuertio. §. quod in an-
 no. ij. not. ff. sol. matr. in l. si cui legetur. iij. not. de leg. j. & limita-
 rat Ias. non procedere in his quæ aliqua consideratione sunt
 diuidua: item quando non est eadem ratio. iij. in materia stri-
 cta: sed Socin. cōtrà in l. multa testamēto. §. fin. ff. de condit. &
 demonst. iij. in legatis. v. in falso. vj. vt non procedat econtrà
 licet Alber. aliter. vij. tu limita quando totum & pars diuerso
 iure deferuntur. Socin. in consil. feudali. col. vij. limita respe-
 ctu valoris: quia minus valet pars, quàm totum. Fab. in tract.
 de empr. & vend. chart. xxvij. dicit tamen Alber. quòd hoc ar-
 gumentum cessat, quādo non est eadem ratio totius & partis.
 ff. de inoffic. test. l. Papin. §. sed nec impuberis. & de cui. l. ex-
 inde. Ias. in d. l. qui sine. in l. serui datione. §. cum fundus. col. v.
 de leg. j. in l. si cui legetur. iij. not. eod. tit. Decius in cap. aposto-
 licæ. col. ij. de except.
 ¶ De toto ad totum, & de parte ad partem. Fulg. consil. xxvj.
 stante. col. v. Socin. lib. j. consil. lxxxvj. in causa. col. ij.
 ¶ De transactione ad sententiã. Ias. in l. age. ad fin. C. de trans-
 action. per l. nō minorē. eod. tit. cum consil. clvj. vifa serie. in fin.
 ¶ De trãfãctione ad compromissum. Socin. consil. ccc. in cau-
 sa. col. vj. circa mediũ. lib. ij. per l. post rem. ff. de trãfact. cū sim.
 ¶ De tributis ad decimas. Bart. in l. j. C. de ann. & trib. lib. x.
 ¶ De tutore ad magistratum quo ad actionem. l. fin. in fin. ff.
 de magistr. conuen.
 ¶ De tutore ad prælatum. Decius in cap. reprehensibilis. iij.
 col. de appel. per l. non ignotum. vbi gl. C. de admin. tut. Paris
 de syndic. chart. xvij. idem dicens ad principem.
 ¶ De tutore ad syndicum. Decius consil. cxcxvij. col. j. per l. j. in
 princ. & in §. defensores. ff. de mun. & hon.

¶ A

¶ A verborum propria significatione. Dyn. & Alb. per l. ne-
 pos Proculo. ff. de verb. signif.
 ¶ A verbis rubricæ & earum ordine. Ias. per illum text. in l. j.
 col. iij. ij. not. ff. si cert. pet.
 ¶ A verbis narratiuis, vel quæ ponuntur in themate causa du-
 bitationis, non licet arguere. gl. in l. j. C. quando non pet. par.
 vbi Ias. qui etiam ponit in l. Barbarius. ff. de off. præ. num. 20.
 in l. serui electione. num. 26. in l. cætera. §. item quæritur. num.
 27. de leg. j.
 ¶ A verisimili. Socin. lib. j. consil. lxxxvj. in causa communita-
 tis. col. iij. vers. item arguendo. Barb. lib. j. consil. xxxij. scribi-
 tur. col. j. & consil. xliij. præclarè. col. ij. & lib. ij. consil. xvj. præ-
 clarè. col. ij. Burgos in cap. ad nostram. colum. xvj. de emp. &
 vend. dixi.
 ¶ A vi rationis. supra ab identitate.
 ¶ A vicinitate scripturarum. l. hæredes palàm. vers. sed si no-
 tam. ff. de testam. supra de proximitate.
 ¶ A vitio naturali quod excusat. l. fluminum. §. adijcitur. ff. de
 dam. infect.
 ¶ A vi comparatiui: quia præsupponit positivum. l. ij. vbi Al-
 ber. C. de furt. non econtrà. l. certum. ff. si cert. pet. Superlatiuũ
 verò bene quando vni soli conuenit. l. vbi autem. nō apparet.
 ff. de verb. oblig. Alber.
 ¶ A virtute principij. l. j. ff. de orig. iur.
 ¶ A virtute medij. l. Nefennius. vbi gl. ff. de neg. gest.
 ¶ A virtute finis. s. à causa finali.
 ¶ A vulgari modo loquendi. Socin. lib. j. consil. lxxxix. in causa
 agitata. col. iij. post medium. Alber. l. cum de Ianionis. §. asinam
 molendinariam. de leg. ij.
 ¶ A vulgari opin. Calcan. consil. xxij. CHRISTI. col. iij. Bal-
 col. ij. allegat l. librorũ. §. quòd tamen Calsius. de leg. iij. l. j. §.
 j. in verbo. circumcolentium. ff. de flum.
 ¶ Ab vsurpatione. l. iniuriarũ. §. si. ff. de iure iur. Cyn. & Alber.
 ¶ De vasallo ad libertum. glos. antepenul. in cap. j. de mil. vas.
 qui cont. est.
 ¶ De verbis testatoris ad verba iudicis. Ias. in repet. §. diui. ij.
 lect. ad fin. per l. si quis legauerit. de leg. j.
 ¶ De vltima voluntate ad iudicia. ff. de pig. act. l. non est mi-
 rum. Ias. in l. filiusfam. §. diui. ij. lect. in fin. de leg. j. per l. qui te-
 stamento. §. nec furiosus. vbi Bar. ff. de test. Rom. consil. clxxxvj.
 in

in casu proposito.col.j.

¶ De vltima voluntate ad iudicis sententiam.laf.in d.ſ.diu. in fin.Rom.confil.lxxij.circa primum.in fin.

¶ De vltima voluntate ad statutum.laf.in l.non solùm.ſ.morte.colm.xxj.ff.de oper.no.nunt.& in l.ita stipul.magna.ff.de verb.oblig.Rom.conf.cccxcix.vt præfens consultatio.col.ij.

¶ De vsucapione ad publicianã.Alex.in l.j.ſ.hæc quæ de feruis.in fin.ff.de acquir.pof.

¶ De vniuersitate consistente in corporibus distãtibz,vt est grex,ad vniuersitatem constantem ex rebus coherentibz,vt est domus,vel insula.l.ſi grege.vbi laf.vij.not.ff.de leg.j.

¶ Cæteros modos arguendi prout quisque inuenit,poterit quotidie addere sub hoc ordine,etiam si comprehendatur sub prædictis,dummodo per diuersa verba,quia facilius quis inueniet vbi erit opus: nec committetur propterea superfluitas.Socin.in cap.significantibus.colm.j.de lib.ob. Decreueram hoc ordine tractare materiam Præsumptionum,includereque illum tractatũ Bar.& quæ Lucas de Penna in tribus lib.Cod.tra didit,cum alijs pluribus lōgo studio mihi glomeratis:quia ob ordinem alphabeti facilius inueniri potuissent.Sed me retraxit clarissimus Iuriscōsultus d.Andr.Alciatus Mediolanen.legens ordinariẽ Auinioni,ingēs Iurista, & acutissimi ingenij, ac mirabilis facundiæ,qui mihi rescripsit se illum adere per seprem libros,& commentari titulum ff.de verb.signific.& primum librum C.stylo eleganti & Latino,& Responsorum libros ix.aliaque plura in humanitate,vt historia patriæ vsque ad Carolum Magnum.libros x.Epistolarum.lib.ijj.Orationũ in laudem Iuris Ciuilis.lib.ijj.Epigrammatum.lib.ijj.in quibus multa è Græco trãstulit.Aristophanis Nubes de Græco in Latinum,seruata carminis lege.Huius itaque(vt dixerim)adhuc adolescentis tot laudabilia monumenta citò tenebimus ultra Reper.& Paradoxa iam impressã,est quid mirandum in tam exigua ætate in tot facultatibus ita eminere: feliciter eum Omnipotens & ad decrepitem vsque deducat, quo meliora in dies posteris credere possit. Ioannes Neuizanus de Butigleria, Capitanæus Astensis & diocesis Taurinensis: ciuis Astens.& incola Taurinensis.

LIBRI PRIMI
FINIS.

SYL

SYLVAE NVPTIALIS

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTA.

- 1 Nubendi facultas quibus decenter conueniat.
- 2 Infirmitas nuptiæ sunt nocua: coitus enim vitam breuiat.
- 3 Senex vxorem ducens, dicitur potius mortem ducere, quam vxorem.
- 4 Senectus æquiparatur morbo.
- 5 Libido in sene execrabilis est: & senex iuueni nubens dicitur feretrum ducere.
- 6 Senectus est tantum apta nuptijs, quantum bruma melsibus.
- 7 Coeundi impotentia matrimonium annullat.
- 8 Constitutus in articulo mortis an possit matrimonium contrahere.
- 9 Matrimonij bona tria sunt: videlicet, fides, proles, & sacramentum: & vno deficiente, non tenet matrimonium.
- 10 Matrimonij finis duplex, videlicet prolis procreatio, & fornicationis enitatio.
- 11 Matrimonium sola libidinis causa contractum an sit verum.
- 12 Copula carnalis ante nuptias habita an matrimonium subsequens confirmet, ita q̄ papa dispensare in eo possit.
- 13 Seni quare nubere non conueniat.
- 14 Maritus scienter ducens vxorem non cognoscibilem, cogi potest eam dimittere, si de eius incontinentia constat.
- 15 Desponsatio sine spe prolis, nõ dicitur matrimonium, sed con nubium.
- 16 Copula carnalis an sit de essentia matrimonij: & an ætas aliquid in eo operetur.
- 17 Henricus Imperator voluit vxorem suam in quinquagesimo anno prægnantem publice parere, ne male præsumeretur.
- 18 Aetates hominis suas habent mutationes.
- 19 Maritus & vxor debent esse correspondentis ætatis.
- 20 Dissimilem sui diligere difficile est.
- 21 Mores hominum sæpe mutantur.
- 22 Paritas in matrimonio quare sit attendenda.
- 23 Regina Ioanna decapitari fecit maritum suum, quia non erant pares.
- 24 Natura gaudet æqualibus.
- 25 Rusticum ducere nobilem, aut econtrã, indecens est & ineptũ.
- 26 Mulier nobilis nubens cum rustico & ex eo filios procreans; an ad illos tranſibit matris nobilitas.
- 27 Vxor sequi dicitur viri sui conditionem.
- 28 Donatio à rustico vxori nobili facta ob suæ nobilitatis amissionem, an sit valida & permanens.
- 29 Desiderare vitra vires fatuum est.
- 30 Senibus decet viduitas.
- 31 Nuptiarum iteratio inhonestã dicitur, nec laudabilis.

- 32 Anima viri defuncti dicitur ex secundis nuptiis relictae con-
trahari.
- 33 Soboles prima communiter ex secundis nuptiis iacturam pa-
eitur.
- 34 Vidua nubens inimico primi mariti maximam defunctio dicitur
facere iniuriam.
- 35 Mulier tertio nubens praesumitur lubrica & incontinenens.
- 36 Filia excedens xxv. annum potest inconsulto patre nubere, &
ad eam dorandam cogere, etiam si nupserit indigno.
- 37 Vetulam reformare difficilimum est: iuuenem autem formare
facile.
- 38 Virgines quare plus appetere dicuntur coitum, quam vidua.
- 39 Viduam ducendo incurritur bigamia, & amittitur priuilegium
clericale.
- 40 Vidua secundo nupta semper solet primi mariti facta obisce-
re, licet etiam infestissimus.
- 41 Mulier vespurimum diligit illum qui florem suae virginitatis
habuit.
- 42 ~~Vidua quae ante se prostituta, quae non virgo.~~
- 43 Legatis factis vxori quare adijciatur clausula, donec casta &
honestè vixerit.
- 44 Exceptio stupri competit contra relictam petentem dotis resti-
tutionem.
- 45 Mulier peccans cum alio viro, credens suum mortuum, qua
poena multabitur.
- 46 Poena statuta contra secundo nubentes hodie procedunt con-
tra viduas luxuriosas.
- 47 Vidua secundo nubens habens ex primo viro filios non potest
secundo marito dare in dotem plus quam vni ex filijs pri-
mi matrimonij.
- 48 Mulier vidua nubens intra annum ludus efficitur infamis: simi-
liter & vir eam concupiscens.
- 49 Mulier haeres instituta si intra annum ludus nubat, indignam
se reddit hac institutione, & ea priuari debet.
- 50 Vidua tutrix nubendo secundo viro perdit tutelam, nisi defun-
ctus aliter disposuerit.
- 51 Mater tutrix quae propter secundas nuptias amisit tutelam, an
& quo casu poenitere poterit vt reassumat ipsam tutelam.
- 52 Vidua potest impetrare à superiore licentiam nubendi im-
pune.
- 53 Ampliationes & limitationes diuerse ad l. sciant. C. de legi,
haered.
- 54 Nubere intendens, cauere debet à valde diuite.
- 55 Ducens vxorem pauperem, ponit in domo sua tempestatem.
- 56 Ducens viduam ob suas diuitias arctissimum incidit in laqueum.
- 57 Coitus cum vetula quam sit nociuus coeunt.
- 58 Matrimonium inter absentes contractum an errore diuitiarum
vel pulchritudinis vitietur.
- 59 Vir ducens diuitem cauere debet ne ob dotis restitutionem
filios proprios nudet.

Res

- 60 Res citius in pecuniā, quam pecunia in rem conuerti videtur.
- 61 Luxuria est substantia temporalis destructiua.
- 62 Mulierum curiositas potest rei domesticae iacturam magnam
inducere.
- 63 Inuidia in cultu vitanda in mulieribus.
- 64 Dicitur dicitur is qui praedia rustica, quam qui habet vrbanā.
- 65 Superabundantia diuitum & ecclesiarum deberet esse fomen-
tum pauperum.
- 66 Gregorius Papa abscondi fecit & occultari statuas antiquas
Romanorum, vt extingueret peregrinorum curiositatem,
qui curiositate potius Romam accedebant quam moti re-
ligione.
- 67 Ecclesia potest multis de causis vitari, tam erga Deum quam
homines.
- 68 Emere fundum dotale de pecunijs dotalibus, ad quid sit vtile.
- 69 Vxor adultera multas vt suas curiositates & voluptates im-
pleat cauteas adiuuenit.
- 70 Fundus datus aestimatus in dotem intelligitur datus cum omni-
bus suis oneribus.
- 71 Mulier dans dotem bipertitam, videlicet centum in pecunia,
& centum in vestibus, an illa eadem marito defunctio re-
cipiet.
- 72 Animalia in dotem consignata qualiter sint in dotis restitutio-
nem aestimanda.
- 73 Mariti caute procedant in dotium receptione ne in restitutio-
ne damnificentur.
- 74 Mariti caueant ne in receptione dotis promittant restituere
augmentum seu ante factum.
- 75 Statutum quoddam mulier lucretur augmentum dotis, intelligen-
dum est pro parte pro qua dos soluta est.
- 76 Stante statuto quoddam mulier succedat marito in bonis gratia do-
tis quaeritis, nihilominus debet illa reseruare filijs primi
mariti.
- 77 Marito legante vxori centum si vidualiter vixerit, & quinquā-
ginta si nubat, non tenetur illa quinquaginta reseruare fi-
lijs primi viri.
- 78 Poena secundo nubentium an hodie sint in totum sublata.
- 79 Dos quo casu etiam relicta filijs reuertatur ad patrem.
- 80 Maritus non debet locupletari cum iactura vxoris.
- 81 Aduertentia tres pro parentibus filias dotalibus.
- 82 Haereditas dicitur aduentis à tempore aditionis.
- 83 Stante societate an filia socij dotalibus ex bonis communibus.
- 84 Frater dotalis filiam de bonis patris patre mortuo, alter frater
ei computabit in partem suam.
- 85 Vir quare timere debet accipere mulierem formosam.
- 86 Turpes vxores macelliariorum tabulis afsimulantur.
- 87 Fucamenta quo casu sint licita.
- 88 Mulieres quare fucamentis vti prohibentur.
- 89 Opientes volunt mulieres nudas videre antequam eas de-
sponsent.

I 2

- 90 Simulatum non solet esse diuturnum.
 91 Pulchritudo semper est in magnitudine corporis, formositas in magnitudine & paritate.
 92 Imaginatio in coitu prolis similitudinem, aut dissimilitudinem causat.
 93 Mulieris pulchritudo in quibus consistat.
 94 Piscuras curiosè inspicere vitiosum est.
 95 Mulierum genus communiter auarissimum.
 96 Pecunia fideiusor est futurae necessitatis.
 97 Liberalitas non dicitur esse in homine necessitatem patiente.
 98 Vicisitudo rerum iucunda est, & nouitas commendationem habet.
 99 Forma mediocris communiter placet.
 100 Animalia multum coeuntia breuioris vitae sunt.
 101 Mulierem doctam ducere periculosum est.
 102 Vir debet praecauere si nubere intendit mulieri alienae.
 103 Veritatem in totum tacere quandoque expedientius est, quam imperfectè dicere.
 104 Vir diues, sanus, carens sobole propria & fraterna, non prohibetur cuiuscunque voluerit mulieri nubere.
 105 Vxor cuius qualitatis debet virum exigere.
 106 Foemina cur citius apta sit nubere, quam masculus.
 107 Matrimonium non debet claudicare.
 108 Adolescentia est aetas gloriosior.
 109 Corpora coitu crescere impediuntur.
 110 Gula plures occidit quam gladius.
 111 Deus post diluuium statuit aetatem hominis non excedere tempus centum & viginti annorum.
 112 Qualitas coniugum qua esse debeat.
 113 Nubere vicino melius est, quam extraneo.
 114 Nuptiae non debent esse coactae nec violentae: tales enim solent malum parere exitum.
 115 Filia praesumitur esse similis conditionis cum matre.
 116 Vir nubere volens cum filia virgine considerare habet si sit bene educata.
 117 Nubere cum affini prohibetur nisi causa publicae utilitatis, & cum summi pontificis dispensatione.
 118 Principio malo inchoata, malum consueuerunt exitum inducere.
 119 Matrimonium metu contractum nullum est, & a fortiori violentia.
 120 Matrimonium dolo procuratum an sit validum.

Pauper



AMPLIANT primò supra scriptam eorum conclusionem, secundum practicum Ferrar. in princ. allegatam, maximè procedere in viro paupere. Et hoc propter ingentia onera matrimonij, maximè in sobole nutrienda. Somnium Viridarij lib. ij. c. cxcvij. in si. fa. cit Aeneas Syluius epist. cxxxvij. Petrus. licet epist. xlv. ipse conetur

netur post factum consolari maritum. Et ibi pulchrè narrat, qualis vxor ducenda sit. facit illud Philosophicum, Si diues es, & sanus, quandoque potes, scilicet vxorem ducere. & Amadeus in dialogo de Amicitia. chart. xxxij. quòd nummus vincit, regnat, & praecipit, & ab omni malo nos defendit, & nummis omnia parent. Bertach. in tract. de episcop. in fin. viij. part. lib. iij. est chart. lix. refert de hoc elegiam Propertij. pulchrè Barb. lib. j. consil. xij. clementissimi. col. j. & in c. significantibus. col. vj. vbi Felyn. de offic. deleg. ideo pauper vbiq; iacet. Nec facile emergit, quorum virtutibus obstat. Res angusta domi. Conuenit in proposito responsum Ciceronis de solutare. refert Baptista Pius in annotationib. posteriorib. c. cxvij. Gellius lib. ij. c. xxij. circa fin.

¶ **A**mpliant secundò in infirmo. Somnium Viridarij vbi s. 2. proxime, quoniam coipso mortem cum vxore ducunt: nam coitus vitam abbreviat. Auicenna in prima fen. cum sim. vt Anteros Fregosij chart. xxvij. & in lib. de long. & breuitate vitae. vbi propter hoc dicitur, quòd mulus est longioris vitae, quam asinus. & ibidem Commentator dicit, quòd ideo castrati plus viuunt. Et idem Philosophus j. de Animalibus, quòd gallina multum ouantes cito moriuntur. & xvij. quòd arbores quae multum fructificant, cito desiccantur: quia cibus eorum transit in semen. & in lib. de regimin. princip. quòd coitus est destructio corporis, & abbreviatio vitae. & parte x. problem. xlviij. quòd masculus est longioris vitae, quam foemina, nisi sit multum coitiuus. Archiep. Flor. statim allegandus. frater Lud. in tract. de Veritate contrit. de peccato luxuriae. char. ij. frater Greg. Britannicus in Sermonib. funebrib. vulgarizandis, additis primae impressurae. Serm. xj. incip. Quanquam vir i docti. Papa Pius ad Turcum. epist. vij. chart. xix. Stephanus Canuti in tract. de regimine castitatis. Guayner. in Practica. in tract. de Peste. in c. de coitu. Item & facit coniuges intemperatas. Aegidius lib. ij. part. j. c. xx. Nec maritus ex infirmitate excusaretur à reddendo debitum. Angel. in §. impetu. institut. de leg. Aquil. nisi sic faciendo se poneret in periculo vitae: puta quia esset ethicus, vel alio modo debilis, vel infirmus. Praepos. in c. ij. de coniug. leprof. Angelica in verb. lepra. & in verb. debitum. §. iij. & seq. Archiep. Florent. in tract. de matrimonio. cap. xxix.

¶ **A**mpliant tertio vt maximè procedat in sene, per rationem;

Coitus vitam abbreviat.

proximè dictam. quoniam in vltima Comœdia dicit Terent.
 4 quem refert Panorm. in c. magnæ. de vot. quòd ¶ Senectus per
 Senex du. se ipsam morbus est. Erasmus pro verb. ccccxxvij. ij. parte.
 cit mortē. Marian. in cap. quoniam frequenter. vt lite non contest. col.
 non vxorē. iij. vbi Felyn. §. j. col. iij. gl. in Pragmatica. de collat. in verb.
 permutationis. est char. xvij. vbi dicitur. quòd imò senex pre-
 sumitur minus viuere. quàm eger. facit rex. in auth. de quæsto.
 cum gl. in ver. graues. in l. is qui. Bened. de Plüb. & ibi postilla
 ff. de fideicom. liber. in tract. de translat. Concilij Basiliens. col.
 xxx. vers. est præterea regulare. Et sic senes dicitur omnes in-
 firmi. l. ciuitatibus. vbi cū in fine princip. ff. de leg. j. & bis pu-
 eri senes. Polyd. Prouerb. cv. & Aeneas Syluius epist. ccj. pupu-
 gerunt. post mediū. propterea Codrus ferm. j. char. iij. dolebat
 se vocari. Barbam: quo nomine solent adolefcētes senes nun-
 cupare. Et propterea dicebat frater Bernardinus in prima par-
 te Rosarij. ferm. xxiiij. litera p. vbi dicit quòd puella ducta à
 sene. potest feretrum secum deferre pro tumultando maritum.
 habetur latè in libro Septem sapientum Romanorum. lingua
 5 Gallica composito. char. fin. Et sunt frigidiores: ¶ & libido in
 sene est execrabilior. Panor. & alij in cap. in iuuentute. de præ-
 sumpt. & Cicero in j. Offic. post medium. c. senibus. dicit quòd
 luxuria omni ætati turpissima. senectuti fœdissima est. Comes
 Purliliarum in lib. de educatione liberorū. char. xij. de Senum
 vita. Et adolefcēs luxuriosus peccat: senex luxuriosus insanit.
 secundum Senecam. quem refert Curtia Tholosana. q. cccxlvj.
 in additione. facit Erasmus in Moria char. vj. & xiiij. Militat
 in teneris annis Amor hospes amœnus: Est in canicie ridicu-
 losa Venus. gl. instit. de succes. subl. in §. fin. gl. penul. facit. Al-
 ber. in rub. de senectute. Et dicit Portius instit. de nup. colum.
 6 iij. quòd ¶ senectus est tantum apta nuptijs. quantum bruma
 messibus. Ridiculū loci genus est sponsus senex. Nauis Struti-
 fera char. xv. de antiquis faruis. vide Ant. de Prato in tract. de
 secund. nup. char. xxxv. col. j. & ij. Petrarcha. lib. vlt. epistol. xx.
 & quid. char. ij. Et dicit Aeneas Syluius epistola lxxxij. plura.
 quòd cum omnibus infideles sint femine: senibus quidem in-
 fidelissimæ sunt. Propterea Fulg. dicebat seni amico suo. Si ca-
 pis iuuenulam. faciet tibi cornua. vt per eum in l. præcipiunt
 ædiles. ff. de ædil. edict. Nec te decipiat idem Aeneas epistola
 cccxxj. ad Fesceram. dicens. quòd sepius agni præmoriuntur
 ouibus. Nec Erasim. iij. par. Prouerb. ccccxc. semper seni iuuen-
 ticulam

ticulam subijce: quia loquitur de modica distātia ætatis. quia
 in ea bene vir debet esse senior muliere: & senum coitus mi-
 nus aptus est ad procreationem sobolis. secundū Philosophū
 in vij. Polit. Et licet senes multos videamus amantes: amatos
 autem raros. tolle exēplum ex prouerbio. Maria per rauena.
 propterea dicebat Sallust. & Terent. quos refert Luc. de pen-
 na. in l. fi. col. fin. C. de primit. lib. xij. Et Guliel. Rouille in tra-
 ctatu de descriptione iustitiæ. lib. ij. c. xiiij. quòd hæc ætas est
 maximè odiosa adolefcētulis: fortius & non improbabiliter
 dici posset quem esse ad eum senem vt non posset cōtrahere ma-
 trimonium: quādo scilicet propter antiquitatē esset deductus
 ad totalē importētā coēundi. c. ij. de frigid. & malef. vbi Præp.
 post d. Ant. de But. & dicit ibi Panorm. & sequitur Socin. in l. j.
 iij. col. ff. sol. mar. quòd ¶ matrimonium non valet. cum illo 7
 qui generare non potest: & quòd ita se habet cōmunis opin.
 Fulg. consil. ccxij. quædam mulier. col. ij. vers. in primo. per l.
 pen. C. de nup. bene facit quod voluit Nic. de Vbal. in tract. de
 succes. ab intest. in j. par. in vj. specie filiorum. col. vj. vbi in il-
 la q. tan constitutus in articulo mortis possit contrahere ma- 8
 trimonium. dicit esse considerandum. An in illo momento po-
 tuisset esse aptus ad generandum. Faciunt plura que in eadem
 q. tradit d. Ant. de Rosel. in suo tract. legitimatiōis. iij. char.
 vbi dicit. quòd ¶ cum sint tria bona matrimonij. fides. proles. 9
 & sacramentū. c. omne itaq. xxvij. q. ij. Curtius consil. lxxvj. fa-
 pienter. col. iij. Iaf. in l. j. col. xij. ff. solut. matr. Io. Lup. in rub.
 de donat. inter vir. & vxor. char. xiiij. in col. j. Gilbertus post ij.
 Oeconomicorū Philosophi. in quæstionib. char. vj. deficiente
 vno. & sic bono prolis. non valet matrimonij. Præpos. in cap.
 tanta. col. iij. & seq. C. qui fil. sint leg. Et per hoc fundamētum
 Portius instit. de nup. col. iij. dicit senem non posse nubere. for-
 tius dicēdū videtur. secundū Præp. in rub. col. v. & in c. tua nos.
 j. not. de spon. quòd licet in matrimonio sit duplex finis. scilicet
 prolis procreandæ. & fornicatiōis euitandæ: si tamē pars
 in vnum finem tantum cōsentiat. scilicet carnalis copulæ. non
 dicitur matrimonium. facit Socin. cons. xxvij. circa primum.
 in col. ij. & iij. vers. ij. principali. vbi si quis ducat vxorē causa
 libidine explendæ. non est matrimonium. Idem si quis bona
 intentione contraxit sponsalia de futuro. deinde fornicatiō-
 nis affectu talem sponsam cognouit. non est in veritate ma-
 trimonium. Quod vltimū procedere posset in foro conscien-
 tiæ.

Senesodio
 si adolefcē-
 tulis.

Affectus
 fornicatio-
 nis in co-
 pula. non
 p̄ficat sp̄o-
 salia.

tiaz secundum Anch. in regula, possessor. in viij. col. in iiij. opp.
 Panor. in c. ex literis. el. j. de sponf. quem refert Pich. in l. actio.
 ne. char. iiij. C. de transact. Alber. in Dictionario. in verb. ma-
 trimonium. iiij. Socin. iiij. vol. in Bonon. conf. cxix. circa prim-
 um. dicit etiam Fely. in c. cum M. Ferrar. col. pen. de cōstit.
 quod licet dicamus quod carnalis copula post sponfalia illa cō-
 uertit in matrimonium: tamen hoc non procedit quando ta-
 libus sponfalibus fuisset per partes renūtiatum, vel sponfa for-
 nicata esset cum alio: quia per talem fornicationem soluitur
 sponfalia. c. quemadmodum. de iureiur. vbi Panor. in iiij. not.
 licet protestatio quod non cognoscit sponfam animo cōtra-
 hendi, etiam sponfa consentiente, non valeat. secundum Pa-
 nor. quem refert Ioā. Montolonus in Promptuario Iuris. in
 verb. protestari. Sed in foro cōscientiæ statuitur veritati, & non
 præsumpcioni legis. vt Gulielm. de Montefer. in commento
 Pragmaticæ sanctionis. ij. par. est char. xxij. Formarium pro-
 uinciale char. xlv. secus ergo in foro cōtentioso. Afflictus cō-
 stitutio, si quis rapere. iiij. col. q. v. Et not. supra scriptum con-
 siliū Socin. xxvij. in iiij. col. cōtra vnam not. decif. Bal. quem
 12 refert Claud. in rub. ff. sol. matr. vbi dicit, ¶ quod sicut. Papa nō
 potest dispensare super matrimonio carnali copula cōsumma-
 to, pari modo non posset dispensare si copula præcesserit ma-
 trimonium, licet nō fuerit postea secuta. Et de copula, an per-
 fectè secuta sit, statuit dicto viri. Zabarel. in cle. j. col. v. de con-
 sang. & affin. Barb. in tract. de Cardin. ij. par. q. ij. est char. xxv.
 col. ij. vbi dicit, donec proberetur contrarium. Et si ambo con-
 iuges dicant copulam secutam fuisse, vel non fuisse, debet iu-
 dex eis relinquere conscientiam in manibus suis. arg. in c. mu-
 liere. de iureiur. Anch. consil. cex. incip. facit dubium. in fi. Pa-
 nor. in c. consanguinei. col. ij. de reiud. Luc. de Pena in l. j. col.
 secunda. C. de cond. in pub. hor. lib. x. Archid. in c. denique. iiij.
 dist. colum. j. Angelica in verb. confessio. in §. iiij. Bene fateor
 quod in dubio capiatur coniectura, quod cognoscens sponfam
 illam, cognoscat tāquam vxorem, non autem causa libidinis
 explendæ. per regulam l. marito. ff. pro socio. Portius instit. de
 nup. col. iiij. Est bene verū, qd de hoc ex quo dependeat ab ani-
 mo fortassis staretur iuramento sponfi. gl. siug. in §. alia. instit.
 de act. Hipp. in rub. de probat. col. xxvij. Curt. Sen. in rep. l. ad-
 monendi col. xxix. Baueria de virtute iuramenti. privileg. liij.
 nisi forte dicas hoc procedere, nisi iurās haberet præsumpcio-
 nem

nem contra se: intelligendo tamen vt Decius in c. nouit. vlt.
 col. de iud. Cum igitur isti aded senes non possunt dici habere
 spem prolis, nec eius respectu contrahere matrimonium: vide-
 tur quod vxorē capere non possint. nō enim sufficit eis quod
 super ripam Acherontis vitulus depastus sit, nisi antrū subin-
 trauerit. Præpos. in c. fraternitatis. in princ. de eo qui cog. con-
 sang. vxor. suæ. Portius instit. de grad. cog. col. iiij. quia vxus
 coitus non fit sine erectione virgæ. Arist. parte iiij. problem.
 xxij. & nisi intret: nec sufficit emittere semē inter crura. Cum.
 conf. xcvi. incip. Christophorus. nec sufficit etiā rectè ambula-
 re, si iter non perficiat. Et sic habere hastam rectā sine effectu.
 Socin. in l. j. col. iiij. ff. sol. mat. ¶ Et ista opi, quod nubere nō
 possit, cōfirmatur. & primo, quia secundū d. Ant. de Rosellis
 vbi s. ratio prolis est illa quæ potissimè attenditur in matrimo-
 nio. pater: quia dicitur, Erūt duo in carne vna. Gen. c. ij. Matt.
 xix. in c. ad apostolicam. de conuers. coniug. c. j. vbi Præp. iiij.
 not. de cōiug. leprosa. Maria. in rub. de foro compet. col. iiij. So-
 cin. consil. xvij. §. dicta. col. pen. vers. quantum verò artinet. &
 cexxvij. præfens. col. ij. vers. quibus suppositum vnū duo ad fa-
 ciendum vnam carnem. Ergo debet principaliter attendi. Ita
 quod etiam si alia concurrerent, non sufficeret Alber. in rub.
 C. de sponfal. col. fi. vers. vtrū illa quæ dicitur. & in l. cum quis.
 col. iiij. vers. circa tertiam. de nat. lib. & in suo Dictionario in
 verb. matrimonium. x. alleg. xxxij. q. vlt. per totum. & ibi Ar-
 chid. Gl. in cap. post translationem. in vers. cessante. de renunt.
 cum sim. vt Hipp. in l. si quis viduam. ij. not. ff. de quæstion. Ias.
 in l. in testamento. col. xij. vers. iiij. facit. C. de testam. milit.
 ¶ Secundo confirmatur ex decisione Panor. quam refert Hip-
 pol. not. clxy. scriptum. vbi ¶ si maritus scienter duxit vxorem
 non cognoscibilem, & dubitetur de eius incontinentia, debe-
 bit cogi per episcopum talem vxorem dimittere, & aliā cape-
 re. ¶ Tertiò cōfirmatur ex decisione Fely. in cap. cum sit gene-
 rale. col. viij. vers. demum scito. de foro cōpet. vbi dicit, quod
 ¶ si aliqua desponsatur sine spe prolis, non dicitur matrimo-
 nium, sed connubium: & talis mulier erit concubina. cap. so-
 let. xxxij. quæst. ij. Et si hæc vera essent, quomodo saluaretur il-
 la principissa senex vidua, quæ vt expleret libidinem sine pec-
 cato, cum per atate esset sine spe prolis, nec reperitur maritū
 suo statui congruentem, clam matrimonium contraxit cum
 aliquo iuvene. contrariam opin. tenuit Bald. in cap. quemad-

modum. ad fin. de iureiur. Iafon in l. fed est quaesitum. j. not. ff. delib. & posthum. pro quo videntur facere quae dixit idem Iaf. in d. l. j. col. xij. ff. sol. mat. vbi vult quod etiam decrepitus possit contrahere matrimonium. † & dicit Theologi plura ad propositum in illa quaestione, dum tenent quod inter Mariam virginem, & Iosephi, fuerit verum matrimonium. ~~Inter Mariam & Iosephum in sermone de Matrimonio. circa med. dicitur quod Deus coniugibus concessit omnem delectationem, etiam si illi sint sine prole. Sed praeterea, ut inquit Philosophus vij. Politicorum. Et in lxx. anno potest generare. Et Solin. de mirab. Mundi. char. iij. cap. iij. enumerat plures senes qui generarunt filios. licet Fulg. consil. ccxij. quadam mulier. col. ij. dicat quod raro sexagenarius possit generare. sed Surgetus in Enchiridio militari, char. vij. allegat text. in contrarium in l. si pater. §. in arrogationibus. ff. de adop. & Lud. Ferrar. in Aenea muliebri. cap. ij. char. viij. dicit, quod ut plurimum generant vsque ad sexagesimum: quem si excefferint, procedunt vsque ad septuagesimum, & aliquando vsque ad septuagesimum quintum. & ibi refert quosdam generasse etiam post octuagesimum. Socin. in iij. vol. consil. lxx. super proposita. Idem dicit de octuagenario. Et dicit Afflictus constitutione, post mortem. col. si. quod ipse procreavit tres filios masculos post eius annum sexagesimum. & Guaynerius in practica, de aegritudinibus. meretrix. consil. xix. dixit quendam nonagenarium genuisse filios. licet Laudens. in cap. sicur. §. Titius. si de feud. fu. controuer. iij. col. Iac. Ardiz. in prima feudali. char. vj. in rub. si in frau. detur. vbi Ioan. Bianchi. char. vj. in rubr. de illis qui possunt rem in feud. dare. colum. iij. in fin. Iacob. inuict. in ver. & cum pacto quod ipsi vasalli & eorum haeredes. colum. ij. vers. tamen volo. dicant, quod sexagenarius non habet amplius spem procreandi sobolem. Claud. super Luc. in princ. charta vij. mulier autem bene cessat citius a pariendo: nam Philosophus, vbi supra, statuit tempus cessandi a sobole in quinquagesimo anno. l. si mulier quinquagenaria. C. de leg. har. quoniam talis raro visa est concipere. licet quandoque euenerit. secundum Bald. libro iij. consil. lix. verba. col. fin. quo casu parus nihilominus erit legitimus. secundum Iaf. in dista l. sed est quaesitum. colum. prima. licet ad hoc probandum requirantur probationes euidentiores. † Et propterea Henricus imperator voluit, quod vxor sua huius aetatis palam pareret, ad euitan-~~

16
Senex potest nubere.

Aetas procreandi sobolem desinit.

17

euitandas suspiciones. Archiepisc. Florent. in iij. parte historiae. tit. xix. cap. vj. in princ. Afflict. in proem. constitutionum. §. nos itaq; col. ij. est char. xvij. Socin. iij. volum. consil. cxxxvj. visum fuit. col. ij. facit Ioan. de Platea in §. pen. ad fin. instit. de excus. tut. extendebant supra scriptam ampliacionem maxime procedere quando isti senes volunt capere istas puellas. per ea dicta sunt in principio istius ampliacionis: multum enim auertere debent ad istam disparitatem aetatis: nam, Quam male inaequales veniunt ad aratra iuueni, Tam premitur magno coniuge nupta minor. secundum Ouidium, quem refert Praepos. in c. fraternitatis. col. xij. de frigid. & malefic. omnia etenim debent suis temporibus conuenire. Panor. in cap. j. col. antepen. de probat. Ideo si qua voles apte nubere, nube pari. Bald. in l. si maior. C. de leg. haered. Hostien. in Summa, de testibus. vij. col. vers. his autem deficientibus. Ioan. Fab. in rub. instit. de nupt. late Io. Lupus in reper. c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. est in toto opere. char. lxxxj. col. ij. Tærates enim habet suas mutationes. hinc dicitur medici, quod de septennio in septennium mutamus complexionem: imò de sex, secundum Calendarium pastorum lingua Gallica compositum, in secundo proemio. Guil. Rouille in tractat. de rescriptione Iustitiae. lib. ij. c. xij. ponit de varietate adolescentiae. Ideo Salomon Prouerb. xxx. dicebat se penitus ignorare viam adolescentis, ex quo tot aetates eam subsequuntur. gl. in §. his itaq; in verb. auertit. instit. de iustit. & iur. Rofariu Busti. ij. parte. serm. xxv. litera x. † Si maritus & vxor sunt correspondentis aetatis: quae placebunt naturaliter vni, pariter alteri: si contra, secus erit. iuuenis volet ire dormitum, senex voluerit stare penes ignem, quoniam in lecto omnino dormire non possit. Aphrodis. iij. parte. problem. iij. Itē iuuenes sunt liberales, & in senibus semper iuuenescit auaritia. Card. in clem. vt professores. de desimis. Aegidius de regim. princip. lib. j. c. ij. col. iij. Item carne che cresce, non po far che non repete: & can uechio, non vol festuchio. ergo amor conseruari non poterit vbi tanta erit diuersitas animorum. cap. de nuptis. xxxj. q. ij. Luc. de Penna in l. quoties. C. de agricol. & man. lib. xj. Idem velle, idem nolle, est firma amicitia. secundum Sallustium ante medium Catilinarij. glos. fin. in l. lata culpa. ff. de verb. signif. & Philosophus in ix. Ethic. vbi enumerat quinque quae sunt propria amicitiae: & quintum dicit, quando amicus concordat cum amico, in omnibus delectaturus & contristaturus. & inquit

Disparitas inter coniuges.

18

Aetates habent suas mutationes.

19

- & Franciscus Barbarus de re vxoria. cap. iij. de vxoris ducen-
 de nobilitate. & Aegidius de regimine princip. lib. ij. parte j.
 26 cap. xij. ¶ volunt nobilem ducendam propter multitudinem
 affinium, & illa pauca nobilitas aequaliter transit in filios. gl.
 super Regulis Cancell. Iulij. chart. iij. Barb. in cap. Raynutius.
 col. iij. ij. not. de testam. Sidonius Apollinaris libro iij. epistol.
 xxj. incipit, est quidem Purpur. in l. j. num. xiiij. C. de in ius vo-
 cand. facit Paul. de Cast. in l. j. C. de cond. in test. col. j. dum dicit
 quòd CHRIS TVS fuit de stirpe Dauid. licet Bonon. in tract.
 de nobilitate. quarta parte. num. 23. velit contrà, tamen in
 col. fin. dicit, quòd ex toto nobilitas materna non perditur:
 27 licet aliàs dicamus mulierem in tantum sequi conditionem
 viri, quòd si spuria capit legitimum, sit legitima. Decius in l. ij.
 num. 8. ff. de reg. iur. ¶ nimirum quia tali casu iura permittunt
 28 maritum donare vxori in recompensationem perditæ nobili-
 tatis. gl. in l. si voluntate. C. de dot. promiss. l. si diuortio.
 fol. matr. Præpos. in cap. fin. in fin. ij. col. de donat. inter vir. &
 vxor. Ioan. Lup. in repet. illius rub. char. iij. & v. & char. xiiij.
 vbi limitat. & ibi charta seq. dicit quòd in filio vxoris vir nihil
 capit ex nobilitate vxoris. & ibi pulchre, in filio capiente ma-
 tre aliquid nobilitatis. & chart. xxvj. vbi dicit quòd non perde-
 tur talis donatio per transitum ad secunda vora: quia dicitur
 potius permutatio, quàm donatio. Curt. Sen. consil. liij. super
 duobus. col. iij. Et vidi vnum rusticum in testamento prohi-
 bere hæredē ne duceret nobile, sub pœna priuationis hæredi-
 tatis. & in simili dicit Oldr. cons. xvj. se habuisse casum q̄ testa-
 tor dixit, q̄ filia nō nuberet, nisi filijs mercatorū, sub pœna pri-
 uationis hæreditatis. Et q̄ intelligitur prohibita etiā in secū-
 dis nuptijs: licet secus in casibus permissiuis, quia in eis intel-
 ligitur solūm de primis. refert Felyn. in cap. ij. col. si. de treuga
 & pac. in c. j. col. vij. de sponsal. Decius in cap. nam cōcupiscen-
 tiam. iij. not. de constit. l. si in l. duobus. §. eum qui. col. fin. ff.
 de iure iur. & in l. diuortio. §. quòd si in anno. col. fin. fol. matr.
 in l. Titia. num. 15. in l. si sic stipulatus. not. iij. ff. de verb. obl.
 Et concordat Franc. Barbar. de re vxoria. cap. vij. de temporis
 & aliarum rerum momento ad mutanda consilia. has duas in-
 29 paritates valde damnat Io. Fab. in rub. in test. de nuptijs. ¶ quis
 non debet desiderare vltra vires suas. Bart. in rep. l. Barbarius.
 ff. de offic. præt. col. iij. nam quanto gradus altior, tanto peri-
 culosius cadit. Calcau. cons. xij. incip. quòd dominus Berta-
 chinus.

chinus. col. v. cap. pueri. j. q. j. Specul. in tit. de aduocat. §. nūc de
 exordijs. num. 28. propterea Ouidius in Tristibus dicit, Ami-
 citias & tibi iunge pares. omitto quæ dicit Apuleius in Philo-
 sophia. chart. penul. nam in lente vnguentum. & Nihil cum fi-
 dibus graculo, & nihil cum amaracino sui. vt Polydorus pro-
 uerb. xxxvj. & sequent. & cxlvj. vbi dicit, Pares cum paribus. &
 cccxvj. Erasmus in parte prouerb. dcccxxij. æqualem tibi mu-
 lierem inquire. Biblia Aurea clxxxij. de matrimonio rationē
 ponit. Aristot. x. parte. problema. liij. Aegidius vbi suprā. In
 amicam verò quanto nobiliorem & digniorem assumes, tan-
 to melius pro te. secundum Bocatium in Philocolo. lib. iij. c.
 xlvij. cuius amor sola habilitate loci quandoque possiderur.
 secundum Bal. in cap. literis. de præsump. referentem illos duos
 versus, Villanam precibus, burgensem munere quare: Quam
 alicens. secundum Virgil. quem refert Ias. in l. iij. §. filius au-
 tem. col. iij. ff. de lib. & posth. dicitur tamen Cyn. in l. j. C. de unil.
 que fer. p. p. ca. in antequòd scribitur tunc vult fieri. & dicit
 for. nam proponitur car. §. quia propter ferreum membrū insi-
 gne etiam mulieres foras etiā vilissimis se exponunt. & Apo-
 stolus in ad. Thimotheum.

¶ Ampliant quinto maximè procedere in capiente viduam.
 30 debemus enim illis suadere viduitatē. frater Iacobus Magnus
 Viduæ nō nubant.
 in Sophologio Sap. vlt. chart. frater Hieronym. de Ferraria in
 suo tract. de vita viduali. Alexan. in l. mulier. §. cum propone-
 rerur. ff. ad Trebel. lo. Montaigne in tract. de bigam. q. j. col.
 xiiij. & q. vj. col. iij. & sequen. Angel. cons. cccxcvj. Doctor in-
 signis. col. penul. Nicol. de Vbal. in tract. de succes. ab intest. ij.
 parte principali. col. v. S. Hieronym. in iij. parte Epist. lib. vj.
 epist. j. & lxij. totius partis quæ incipit, vetus scriptura. & lib.
 vij. epist. xxiiij. incip. obsecro. & quatuor epistolis seq. Rosariū
 Bult. lib. ij. serm. xxvij. parte ij. per totum. Corn. in l. pen. col.
 fin. C. de indi. vid. tol. Socin. in l. hac cōditio. col. ij. ff. de con-
 dit. & demonstr. dicens, quòd reiteratio nuptiarum est con-
 31 tra honestatem, & quòd magis expedit reipublice honestatem
 seruari, quàm multiplicatio populi, procedēs ex corruptis mo-
 ribus. facit Plutarchus problem. cij. & Ant. in Peregrino vul-
 gari. lib. ij. cap. xxiiij. vbi enumerant plures relictas iuuenes ser-
 uasse viduitatem. & inter ceteras Yoland primogenitā regis
 Franciæ, ducissam Sabaudix: cui addo Blancham pariter Sa-
 baud.

- baud. duciffimam, filiam Guilielmi Marchionis Montisferrati, quæ in oppido Carignani patriæ Subalpinæ hodie miraculis fulget. Et dicit Erasimus in sua Moria. chart. v. quod semel experta matrimonium, nunquam illud repetere velit, nisi obliuionis sibi nomen adfuerit. plura Apuleius oratione j. & latius ij. ¶ Et ex secundis nuptiis cōtristatur anima mariti defuncti.
- 32 §. nos igitur volentes. in auth. de nupt. Ang. in §. actionū. col. xxvj. in fin. instir. de act. sicut cadauer occisi contristatur emitendo sanguinem ex superueniente præsentia occisoris. Paris de Syndicatu. chart. xcj. col. ij. Francif. Pauinus in consilio beati Simonis. col. xiiij. vers. indicium aliud fuit fluxus sanguinis. Gritus in ferm. in sabbatho ante Dominicam Palmarum. circa fin. j. parte. Arist. in lib. secretorum ad Alexand. circa xv. partem. ponitur ratio. & in septima parte Problematis. problem. vj. frater Michaël Dominicus de Guelfis & Gibellinis. chart. viij. de quinto præcepto. ¶ Item contristatur prima soboles. d. authentic. de nupt. §. soluto igitur. Et audiui quod mater beati Simonis Tridentini, in cuius casu fecit illud pulchrum consilium Francif. Pauin. in materia iudiciorum, quod habetur impressum post consilia Oldr. antequam transiret ad secunda vota, plures gratias pro se & amicis obtinuerat, inter celsionibus dicti beati: postea secus. ¶ Quod maximè sciendum est, quando volunt nubere inimicis primorū maritorum. vt Terentia. cōtra quam Cacialup. in repet. l. precibus. C. de impub. chart. penult. vel quando sunt vetulæ, vel quando habuerunt iam duos maritos. Alexan. in d. §. cum proponeretur. inde in aliquibus locis orta est cōsuetudo, quod soluant pro pelle seu fabramari. de qua an valeat, Roch. in tract. de cōsuetud. chart. vj. col. iij. vers. infertur etiam ex notabili. Iuan. Garonis in repet. rubr. C. de secund. nupt. vers. trigesima quarta pœna. vbi appellat Cariuaritum, seu capra maritum. Pich. in l. pacta quæ contra. C. de pactis. vbi dicit, quod potest contra eos agi iniuriarum, prout contra illos qui faciunt matinaras. allegat Ang. in l. ite apud Labeonē. §. meminisse. ff. de iniur. vel quando tertio nubunt: quia licet secundo nubens dicatur castè vi uere, secus de tertio. Corser. de dic. geminatis. vers. xij. vbi infert, quod propterea priuabitur legato sibi facto, donec castè vixerit. Felyn. in c. si cautio. col. ix. de fid. instr. & Salomon. in c. q. licet videtur plures solim cogitans ab uno à duobus cum sum nullam. In marito autem viduo secus est: quia non potest vacare

34 Vidua nubit inimico primi mariti.

Secus in viro.

Qualitates vxoris.

Qualitates mariti. Aetas nubendi.

instit. qui testam. fac. pos. in §. praterea. col. vj. Aegidius de regim. princ. lib. j. parte ij. cap. xxij. dicens, quod est quia natura de ea modicum curans, citò eam perducit ad augmentum. Et si antè contrahantur sponsalia inter impuberes, vel inter impuberem & adultum, licita erit pœnitentia vsquequo impubes venerit ad pubertatè. Et hoc militabit etiam in adulto, licet quidam putassent quo ad eum matrimonium tenere, & pœnitentiam solum esse permissam impuberi. Et minor læsus non restituitur aduersus matrimonium. Bald. in rubr. extrà de iudic. in l. j. vbi Alber. C. si aduer. dotem. ideò non expectat, vt gladiator, capere consilium in arena. Bald. in l. vt vim. col. iij. ff. de iustit. & iur. sed errant. text. est in cap. j. §. j. de despon. impub. lib. vj. Bald. lib. j. consil. cccxv. in causa. col. j. quia ¶ matrimonium non potest claudicare: & sic excedens xiiij. annum possèt dici vir. secundù Bart. in l. si quis decedès. §. codicillis. ff. de leg. iij. gl. & Ang. in §. minorem. instit. de adop. Isti tamen volunt intelligere secùdum Philosophum in vij. Politic. qui dicit, quod congrua ætas nubendi in viro est xxxvj. annorum. In muliere xvij. Mapheus Veggius in tract. de educatione liberorù. char. ix. Gilbertus in quæstione post secundum Oeconomicorù Aristor. chart. vj. Codrus ferm. iij. chart. penult. & Beroaldus in Epitalamio habito Mediolani. char. j. & q. sic cōtrahentes dicerentur pares ætate, ratione assignat ibi ipse. & gl. in proœm. Sexti. in verb. perfectus. dicit q. virilitas incipit à xxv. & durat vsq. ad quinquagesimū annū. Perus. in c. si pater. col. v. de testa. eod. lib. vj. vbi latè ponit distinctiones ætatum. prout Portius instit. de adop. §. minorem. col. ij. Iac. de Beluito in cap. j. col. ij. de pace iur. fir. Io. de Ana. in rub. de delict. puer. Petrus Anterbolii in tract. de muneribus. chart. xj. ¶ Et inter ætates adolescentia est gloriosior. Ang. in l. licet. C. de testam. milit. Sunt qui dicant, in viro ætatem congruam nubendi non potest amplius praticicare illud, Vbi te inuenero, &c. gl. in l. j. C. vbi conuen. qui cert. loc. dar. pro. Paris de Syndicatu. chart. liij. col. j. Imol. c. fin. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. cum sua instrumeta non habeant executionem paratam. l. minor xxv. annis cui fidei cōmissum. ff. de minor. Curt. in tract. de sequestro. q. xxij. & nimis properè Marcelle festinas. l. j. C. de execut. rei iud. ideò tempore eget vt aliquid maturius agat. c. ponderet. circa princip. l. dist. nec speret nubere in alio seculo, quia est fatuum dicere & trusa, cum li fanti lassà star li sancti. Card. in clem. j. in verb.

Sponsalia
impube-
rum.

107

Congrua
ætas viri
& vxoris.

108

Ætas nubendi in vi-
ro.

verb. nos igitur. ad fin. de summa Trin. quando clam virginis claustra erga parietem festinanter ingredi posse desijt. Tunc enim vxorem ducendam: vt quod furari nequit, in lecto comòdè possideant. Sunt alij qui dicunt quanto citius esse contrahenda saltem sponsalia. & allegant Alex. in l. ij. col. iij. vers. sed licet. ff. de vulg. & pup. Pauinus in tract. de visitatione. vij. q. ij. partis. col. fin. vbi dicit Salomonem genuisse filium in vndecimo anno. idem Hostien. in Summa de pœnit. §. cui confiten. col. xxij. vers. cui pueri. Io. Pyrrhus in l. ferè in omnibus. ff. de reg. iur. Io. Montolonius in Promptuario Iuris. in verb. malitia. ¶ sed corpora impediuntur crescere, quando ita citò coitum incipiunt. Philosophus, quem refert Iodocus in tract. de nobilitate. cap. xx. Barbat. in proœmio clem. §. quoniã nulla. col. ij. vbi refert quendam puerum septem annorum impragnasse nutrices. Alber. in Dictionario. in verb. matrimonium. ij. refert vnam puellam nouem annorù peperisse filium. quorum opin. fortè procederet in istis rusticis pauperibus, qui cū opera rustica vel malitia, quæ longa doctrina non eget, hoc faciunt: quia tempestiuè indigent suffragio filiorum. Aegidius autem de regim. princip. lib. j. part. ij. cap. xvj. dicit in muliere anno xvij. in viro anno xxj. idem vult ipse lib. ij. part. ij. c. xij. Finaliter isti de congruo intelligunt quod vir debeat expectare vsque ad xxxvj. annum. & si dicatur quod tempore Philosophi iam diu erat expectan. quia homines diutius viuèbāt, & ætates, & complexionones erant robustiores. c. fraternitatis. xxxiiij. dist. Panor. in cap. ar si clerici. col. x. de iudic. Somnium Viridarij lib. j. cap. clxxxij. Io. de Vigo in lib. de natura simplicium loquitur de elleboro. Marascotus in repet. c. primi de cōstit. lib. vj. col. xij. At nunc voluptas & modus viuendi nimis delicatus & nimis exquisitus vitam abbreviat. cap. nihil. & c. seq. de conf. dist. v. Hostien. in Summa. de temp. ordin. §. & cui. vers. iij. ad fin. Ioseph. de bello Iudaico. lib. ij. cap. ij. post mediu. Polydor. pro uerb. cccxij. te mattea iuuant. ¶ Et plures, secundù Iodocus in tract. de nobilitate. cap. xix. frater Gregorius Britannicus ferm. funeb. iij. incip. tua autè. & in vulgarizan. ferm. xj. incip. quanquam. Luc. de Pèna in l. j. C. de erog. milit. anno. lib. xj. vbi plura cōtra ebrietatè, & plura de sobrietate ponit in rub. de legatis. col. iij. lib. x. Et dicit Anton. de Butr. in cap. ex parte. de celebr. miss. quod Doct. experti dicunt, quod homo plus

109

110

plus viueret ex sola aqua, quàm ex solo vino. sed Enchiridion militare chart. lxx. dicit, quòd boni bibaces hoc non admittent: vt qui bibunt libenter vernaciam, quæ est melius vinum. secundum Bart. in l. stipulationū quardam. in princ. ff. de verb. oblig. & contrarium fortè procedebat ante diluuium quod omnes aquas corrupit. vide quæ dicam infra in responsione ad ix. de alijs infinitis sinistris moribus mulierū, quòd hoc prouenit culpa nostra, & non defectu ætatis seu complexionū: quia licet homo à quinquagesimo anno vltra semper sit in descensu. Hostien. in Summa de pœnitent. s. quæ inducunt hominem. verb. diuerforum consideratio. Aristot. parte xx. problem. vij. & Guilielmus Rouille in tract. de descriptione iustitiæ. lib. ij. cap. xliij. imò dicit Gellius lib. x. cap. xxvij. Tubero. quòd vsq; ad annum xlvj. iuniores, supra autem seniores appellasse: non euenit homini vt Anguibus. exiit tenui cum pelle verustas: Nec faciunt ceruos cornua iacta fenes. gl. fin. in l. ij. ff. de vulg. & pup. Seneca, quem refert Lancel. in l. proponeretur. ff. de indic. vbi in idem nobis descendimus, & non idem descendimus: & dum ista mutari video, ego iam mutatus sum. idem Seneca lib. xliij. epist. xciiij. incip. in epistola. innuit octuagesimū annum esse vitæ longæ terminum. pro quo Psalmo lxxxix. dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis: si autem in potentibus, octuaginta & amplius eorum labor & dolor. Barbart. in cap. quoniam. col. vij. vt lit. non contest. refert Rosariū Busti. ij. parte. ferm. xxxvj. litera f. Papa Pius ad Turcum epist. vij. chart. vij. Fulg. consil. ccxij. quardam mulier. col. iij. vide Petrach. epist. lxxxix. vbi inter cæteros refert quòd David adeò senuit, vt licet operiretur vestibus, non calefiebat, & adeò refrigerat senectute vt accubatis puellæ parocinio vteretur. idem de Matthæo vicecomite ponit Corius in Chronica sub anno M. cccxvij. est in iij. parte. chart. ij. nemo tam debilis nascitur, & tam malè complexionatus est. qui regulariter viuendo nò possit attingere lxxij. annum. vt in ij. procem. Calendarij Pastoralis Gallicè compositi. quinimò videmus rusticos adhuc hodie attingere centesimū & vigesimū annum, & narrare gesta centum & decem annis elapsis: ¶ & tamen Deus post diluuium statuit ætatem hominis non excedere hoc tempus centum & viginti annorum. Gen. cap. vij. Iosephus de Antiquitatibus Iudæorum. lib. j. cap. xliij. circa fin. Imò ætas hominis centum annorum dicitur longissima. Ecclesiast. xvij. Ioseph. de

111
Viueret cē-
tum ann.

bello Iudaico lib. v. c. ij. post medium, adeò q; vltra quis viuere non præsumitur, nisi probetur. Barb. in rub. C. qui admitt. col. xlvij. facit l. fin. C. de sacrosanct. eccl. quam si vis sanè intelligere, vide Corn. lib. ij. consil. clxxxj. vius nonnullis. col. vij. litera q. Alex. in l. sed & si de sua. col. si. ff. de acquir. hæc. & lib. vj. c. 68. ix. in causa et lite. q; hodie ista præsumptio nò procedit. Socin. in l. si inter. colum. ij. ff. de reb. dub. Et propterea Gaguius in princip. vitæ Ludouici Grossi non vult credere dicentibus tunc perijisse Ioannem de temporibus: quem historici dicebant vixisse annos ccclxj. plures alios enumerat Fregosius in Valeriana, lib. viij. in c. xliij. de senectute. Ioā. Montolonius in Promptuario Iuris. in verb. viuere, ista remittamus ad Philosophos de longitudine & breuitate vitæ.

¶ Dicunt diuiti per ea quæ s. dicta sunt in prima ampliatiōe. 112

¶ Dicunt sano per ea quæ s. dicta sunt in secūda ampliatiōe. Diuiti.

¶ Dicunt carente sobole propria vel fraterna: quoniam eius gratia matrimonium cōtrahendum est. Doct. in l. j. ff. sol. mar. Carente sobole. faciunt supradicta in tertia ampliatiōe.

¶ Dicunt continere non valente, propter ea quæ dicta sunt in questione, quòd liceat relinquere adulteram, & aliam ducere. Continere non valente.

¶ Dicunt qui non præcipiter: quoniam res est nimis magni præiudicij: & dicit frater Bernardinus in j. parte Rosarij. ferm. xliij. litera o. post Ouidiū, Nubere si qua voles, quāuis proba bitis ambo, Differ: habet parua cōmoda multa mora. & Grata superueniet quæ nò sperabitur hora. Cepol. cautel. lxxvj. incip. nota secundū Vbertum. Nec obstat quod quidam dicunt, Non præcipitātū.

¶ Dicunt qui non præcipiter: quoniam res est nimis magni præiudicij: & dicit frater Bernardinus in j. parte Rosarij. ferm. xliij. litera o. post Ouidiū, Nubere si qua voles, quāuis proba bitis ambo, Differ: habet parua cōmoda multa mora. & Grata superueniet quæ nò sperabitur hora. Cepol. cautel. lxxvj. incip. nota secundū Vbertum. Nec obstat quod quidam dicunt, scilicet q; si quis tardat, moritur, & relinquit filios paruos qui se regere nequeunt. Et si acceleret, cōmuniter antequam pater moriatur filij sunt grādiusculi & viri, adeò q; sciunt se gubernare. Quia respondeo quòd etiā aliquando moriuntur patres qui in iuuentute nupserunt: & sic etiā filij remanent pueri. Secundo est minus malum relinquere filios paruos, quàm eos ita grandes, quòd insidientur vitæ parentū, prout quotidie videmus: quia vellent esse domini domus. Sophologium Sapientie lib. ij. c. xvij. gl. ij. in l. fin. C. de pact. & Filius ante diem patrios inquirat in annos. Lancel. in l. frater à fratre. col. iij. ff. de condit. indeb. Et quamdiu proles est parua, paruus curis parentes afficit: dum magna, magnis anxietatibus cruciat. propterea nurui ridenti de solatijs puerorū, dicebat eius iocerus: Ride, quoniam quando erunt grandiusculi, non ridebis amplius.

Item si nubunt iuvenes, vident filios filiorum, & aliquando amplius. & sic non solum cruciantur de aduersitatibus filiorum, sed & nepotum & proneporum. Itē si quis plures scemellas habeat. Codrus serm. j. chart. v. de posteritate non multū curandum dicebat Campanus ad Papiensem de fratris obitu. charta. vj. & vij. & Afflictus in procemio constitutionum regni. incip. vnam naturam. in princ. Sed casus à cautela. Cuiusdam dicitur: vel necesse est tibi velle episcopo seruare eadem, cui affines & amici susserunt conuicti ut liberaretur ab omni iudicio. Cuius sequuntur est. cumq; heret, & tollatur ab omni iudicio. Cuius credentibus cum hoc facere. penitentia delicti non impendit, sed non dicitur peccatum, sed quod cuius non inceptat. refert Fel. in l. fin. v. in a. ff. de pig. n. et.

¶ Dicunt vicinam, quia eius mores melius noscuntur, ex quo vicinus presumitur scire facta vicini. l. octau. ff. vnde cogn. l. j. §. j. ibi, circumcolentiū. ff. de flum. quem ad hoc not. Bal. in c. j. in fin. qui feud. da. pos. in l. conuenticulam. C. de episc. & cler. Prout etiam dicimus in cōiuncto. l. de tutela. vbi Paul. de Cast. vlt. not. C. de in integ. resti. min. vbi bona postilla Socin. in l. qui duos. in si. princip. ff. de reb. dub. & fallen. lxxj. coniunctus. Barbat. consil. liij. præclare. lib. ij. col. j. maxime in facto notorio. Aret. consil. cij. in causa. col. vj. Etiam si fama nō esset in vicinia de illo actu. Alex. in l. is potest. col. iij. ff. de acquir. hered. Et sufficit teste dicere quod scit, quia vicinus: licet deberet aliās deponere per sensum corporeū. Alex. in l. j. col. v. ff. si cert. per. Et idem in habentibus assiduam conuersationem. Bal. in l. quotiens. ff. de hered. instit. in apostil. ad Alex. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth. ¶ Item melius est habere affines vicinos, quā distant. nam melius valet baculus retro ostium, quā ens in platea. Prouerb. xxvij. Et Erasmus ij. parte. proverb. cxxxix. Non sunt amici qui degunt procul. & conqueritur Psalm. lxxxvij. Elongasti à me amicum & proximum & c. refert Rosarium Bussi. ij. parte. serm. xv. litera s. melius est vicinus in iuxta, quā frater procul. Albertanus in rub. de amicis dubitatis. col. fin. ¶ Limitantur prædicta si coniunctus sit in ciuitate, & alius coniunctus in comitatu vel villa, & actus sit factus breui tēpore, quia tunc non presumetur scientia. Socin. consil. elxxxvij. in controuersia. col. x. versic. secunda vja. lat. in l. is qui pro emptore. col. xij. ff. de vsucap. in d. §. Lucius. ij. not. vbi in apostilla limitatur non procedere in actu momentaneo. Socin.

Socin. consil. cliij. col. penul. Et limitat etiam Alex. in d. §. Lucius. vt bene presumatur scire iura sanguinis, & processum naturæ id est, ætatem: alia non, prout etiam vult Socin. d. consil. cliij. col. pen. Fely. in c. quotiens. ij. not. de test. Hinc dicebat Hesiodus: Hanc autem maxime duc in vxorem, quæ prope te habitet: omnia valde circumspectans, ne inimicis gaudia sint tuae nuptiæ. ¶ Dicunt virginē, propter ea que dixi in quinta ampliatione. Et licet sit difficile scire: vbi. Imò sunt aliqui qui conueniunt cum puella cum hac cōditione, Si te virginem inuenero. Nam si postea non inueniatur virgo, non tenentur in momentum: vt per Albertum in Dictionarij in verb. maritacionium. intelligēdo vt Aret. consil. lxxxij. factum. col. si. Sed si reperiretur virgo quod constat per inspectionem in reaminum sanguinolentorum, & maritus dicat eam non esse virginem, tenebitur maritus in siclis centum. gl. in c. hæc imago. xxxij. q. v. & hoc pro vno signo virginittatis, cum alijs pluribus ponit Decius in c. proposuisti. de probat. Fel. in c. causam. eod. tit. nō enim fiunt nunc illa miracula quæ refert Lactant. relatus per Vinc. in apol. contra fratrem Samuel. char. xij. de linteamine sanguinolento est leuis probatio. vt Io. Montol. in Promptua. Iuris. in verb. virginittas. imò oculus obstetricum sæpe fallitur: vt Præpos. in c. j. col. pen. de frig. & malef. & in c. fraternit. eod. tit. col. ij. ponit quomodo cognoscatur, an vtatur medicamento vt appareat virgo: prout Aenea muliebris c. j. vbi de fraudibus quibus mulieres vtuntur, vt s. dixi in v. ampliatione. vbi domina Caracosa: puella autē dicitur donec durat pubertas. Io. Lupus de don. inter vir. & vxor. char. lxxxvij. ver. viij.

¶ Dicunt volentem: quia nuptiæ inuite pariunt malum exitum. c. ij. de spons. l. mol. in c. tua. col. xvj. eod. tit. Corn. lib. iij. 114 consil. cxvj. Deceueram. ad fin. glos. in c. j. de despons. impub. Guiliel. de Monteferrato in commento Pragmaticæ sanctionis j. parte. est chart. xij. facit Erasmi. j. parte. proverb. delxij. vxor inuita est hostis. Et dicit Plautus, quod hostis est vxor inuita quæ ad virum nuptui datur. Ided clam fac à persona cui liberè filia audeat dicere opin. suā, eam interrogari, an sit contenta. ¶ Dicunt bene natam: quia sepe solet filia similis esse matri. 115 l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de adl. edic. Ioan. de Platea Bene natam. in proce. instit. §. cumque frater. Ant. de Florentia in tract. de censuris. in proce. tract. quem subijcit de matrimonio. in vlt. col. proce. mij. Barb. lib. ij. consil. xxxiiij. prælat. col. xxij. ver.

modo. Bon. in tract. de nobilit. parte j. & Ludocus in tractatu consimili. c. vj. Hosti. in summa, de fil. presb. §. qui est causa. Ce- pol. de imper. mil. delig. chart. iij. versi. propter nationem. Ma- pheus Veg. de educatione liberorū. char. v. & vj. & xxij. est cir- ca princ. ij. lib. & in suis rusticalibus. chart. vj. Philosophus ij, Oeconom. c. ij. vbi Gilber. & Borardus, Corfar fu el padre, & esso era larrone. hinc dicitur, Si genitrix castè, castè quoq; filia viuet: Si mater meretrix, filia talis erit. l. si cohortalis. vbi Io. de Plat. alleg. Iuuen. C. de cohort. lib. xij. Fortun. in l. j. ff. de iusti. & iur. col. iij. alleg. Arist. prout Aegid. de regim. princ. lib. ij, parte iij. c. xvij. & Pythagoras, vt Step. Niger in suo commen. char. pen. dicens, q̄ plures deteriores, pauci verò meliores sunt parentibus. imò dicit Isocrates in oratione panegyrica incip. illos. char. xij. vt progenitorū suorum scelera minora videan- tur, suis criminibus efficiunt, neq; vllum delinquendi modum posteris relinquunt. licet quandoq; eueniat contrariū. Frater Lud. de Veritate cōtitionis char. xiiij. dum loquitur de Eze- chia. Ioseph. de Antiquitatibus Iudaeorū. lib. vj. c. iij. & Eras. j. parte prouerb. ccccclxxx. herosū filij noxæ. & seq. in proditori- bus tamen de raro: quia oua pisciū, & sanguis proditorū nun- quā pereunt. Afflict. cōstitutioe. pefsima. vj. not. dixi in feuda libus Bruni consil. xij. colum. x. ver. tacetur iij. Eras. prouerb. dcccxxij. Mali corui, malū ouum. Codrus ferm. ij. char. fin. & quæ dixi s. in vij. ampliacione de pulchra: & quæ dicā in mate- ria partialitatis, q̄ patres sapiētes faciunt filios stolidos. Et di- cit Ioan. Fab. in rub. instit. de nup. vt plurimū nedum labē san- guinis, sed & morum ad posteros trāsmitti: & si possis, probas ante omnia mores eius. Præterea nō potest esse quin aliquan- do videant que faciunt matres, vnde postea sunt audenti ores ad peccādū. Prouerb. xxix. facit l. in arena. vbi Ias. col. fin. C. de inoff. testam. vnde, Insequitur leuiter filia matris iter. vnde Te- rentius: Mater sub cuius imperio mala, cui nihil præter pretiū est dulce. & præsumitur quis viuerē secundum mores eorum in- ter quos versatur. c. illam. xij. dist. ¶ Dicunt bene educatam. Bene edu- catam. Nauis Stultifera char. lv. ij. mala parentum exempla. hinc Barb. lib. j. cōfi. j. col. xxxij. q̄ non debemus dare mala exempla. Eras. char. xiiij. annus producit, non ager. Codrus ferm. iij. char. fi. quoniam, vt inquit Bal. per illū tex. in c. ex studijs. de presump. Spina chi de pungere da picola si ponge. Et si ab initio aduer- tatur ad tales mores, facile corriguntur in bonā educationem, quæ

quæ postea conuertitur in alteram naturam: vt s̄. dixi in v. am- pliat. de vidua. ¶ Dicunt que nō sit affinis: quia docet expe- rientia, exceptis principibus, quibus pro bono pacis Aposto- lica dispensatio satisfacit. In reliquis tales nuptias adducere ali- quod infortunium. Aegid. de regim. princ. lib. ij. parte j. c. xj. & talis dispensatio fortè non erit in conscientia tuta. vide tamen Bellamerā cōfi. xxvij. in facto. & disputationē Theologalem magistri Ioā. Perrini, de dispensatione Fratrum Minorū. Perus. in rubr. de testam. lib. vj. col. penul. & fi. & Ioā. Lup. in tract. de matrimonio. q. xiiij. recitat vnū mirabile devno equo, qui frau- datus à domino, cognouit matrem, & sibimet abscondit testicu- los. refert Bustus in j. parte Rosarij. ferm. xxiiij. litera q. colū. ij. & refert Maphæus Veg. in tract. de educatione liberorum. lib. iij. in cap. proxima est. post Varron. de re rusti. & Plin. de duo- bus equis qui similefecerūt: & de elephante. idē refert Nic. de Lyra j. ad Corint. xj. Sunt tamen aliqui Deū & religionē eius paruit facientes, qui cognatioe ad incestū lenonis loco abutun- tur, dicentes incestū non esse prohibitū iure diuino, sed solum iure Pontificio. Sed errant, vt habetur Leuit. xvij. & xx. refert Præpos. in. c. fi. col. fi. de cōsang. & affinit. vbi imponitur pœna mortis incestuoso. latè Rosarium Busti. j. parte. ser. xxiiij. li. tera q. præalleg. & sic apparet prohibitū iure diuino, imò & iure gentiū. l. fi. §. fin. ff. de cōdi. sine causa. & l. fin. ff. de rit. nup. re- fert Form. prouinciale char. lj. Item priuatur feudo ipso iure. Barb. in c. at si clerici. §. de adulter. col. xix. de iudic. Quinimò si statuta imponāt minorē pœnam, iudex adhuc potest nihilo- minus punire ad mortē. Ioan. Fab. instit. de publi. iudic. §. item lex Iulia. de adult. hinc Deus permittit quod expleta libidine habeant se odio. vt de Thamar. ij. Reg. iij. & vidimus duas mar- chias nobis vicinas exinde destruktas. Quinimò, prout dicere solebat illud Ioan. Iaco. Triultius marchio Vigleuani: Si tu incipis dehonestare familiā & affinitatem tuā, quid faciēt alij? Et quis ita stultus quod cōsidat accipere vxorē de illa agnatio- ne: quia dubium ne agnati propter facile conuersationem & eorū consuetudinem acceperint primum bolū, & florem: non enim potest dici fidelis, qui suis fuerit infidelis. Iosephus, quem allegat Luc. de Penna in l. j. C. de condi. in pub. horr. lib. x. col. iij. & quanto maior fiducia exhibetur, tanto maior est perfidia frangentis. l. j. §. cū verò. vbi Bald. ff. de pos. & grauior est iniu- ria quādo fit ab his qui nos tueri debēt. l. iij. §. de his. ff. ad Silla.

ſ. alia. inſtit. de donat. plus enim tormenta ſeuiunt que ab his patimur, de quorū mentibus preſumebamus: vt inquit Gregorius allegando Pſaliniſtā: Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique: tu verò vnanimis meus &c. refert Luc. de Penna in l.j. col. vj. C. vt nemo ad ſuū patrociniū. lib. x. Curt. Iun. in tract. feudorū. iij. parte. iij. cauſa princ. verſi. quero. eſt chart. xxxiiij. Roſariū Buſti. ij. parte. ſerm. xv. litera a. Albert. de cautela in retinēdis amicis: Quis enim nō horreat iura ſanguinis violare: l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. ad quam Socin. in l. ſi cognatis. col. j. ff. de reb. dub. hinc Anchifeſ in vj. Aeneid. Projice rela manu ſanguis meus. ¶ Dicunt que non fuerit amaſia.

118 Nō fuerit amaſia. Nā rarò bono peragūtur exitu, que malo ſunt inchoata principio. j. q. j. cap. principatus. Et prouerbiū eſt, qd amore ſe capientes, rabie ſe dimittūt. Ratio poteſt eſſe, quia amās effectus maritus recordatur de ſaruitatib. quas fecit amore mulieris, & de cruciatibus & dolorib. paſis, & pœnitētia ductus odio habet authorē: & ſic mulierē. ſufficiāt dicta Ang. in Maleficijs in ver. Sempronii mandatorē. Itē cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. l. manum ſiſiōs. ff. de iuſt. & iur. Item quia tēpore præterito amans amicam tanquā dominā venerabatur, præceptisq; iniuſtis parebat. At facta cōiunx, maritus tibi dominabitur. Gen. cap. iij. dicā infrā reſpōdendo ad iij. de ſeruitute. vnde graue nimis eſt mulieri iſtud arg. à cōtrario ſenſu, qd obediatur cui prius imperabatur. Euenit tamen vt quis amaſiā capere cōpellatur: vt ſæpe vidimus affines filię cogere verberibus & minis amantē deſponſare filiam. Eſt verū qd Imol. in c. tuæ. col. xiiij. & ſeq. de ſponſa.

Capiens amaſiam coactē.
119 Iaſ. in l. interpoſitas. C. de tranſact. j. not. dicit qd matrimonii contractum per metū qui caderet in conſtante virum, eſt ipſo iure nullū. & in l. pacta nouiſſima. col. pen. C. de pact. dicēs, qd ſi aliquis metu principis vel patris aliquā capere dubitat, proſteſtetur qd hoc facit metu: & etiam in abſentia facta talis proſteſtatio iuuat. vt per eū. & in l. Titia. col. iij. ff. de verb. oblig. vbi dicit hoc verum quando quis cōpelleretur cōtrahere cum certa perſona: ſecus ſi cum vna de certa familia. & pro ſupradictis facit Alex. lib. iij. cōſul. vlt. & Socin. conſil. cclxiiij. Barb. lib. j. cōſul. liiij. illud aſſeram. colum. vj. vbi refert Bal. in rub. de controuer. in ueſt. in vſb. feud. in fin. dicere, qd Spirituſ ſanctus poſuit in ore prætoris: Quod metu geſtū eſt, ratum nō habeo. & idem Barb. hoc dictum Bal. refert in conſil. xl. clementiſſimum. col. vj. lib. iij. Cep. cōſul. xl. col. viij. Lucius Cuius vj. dub. Cur.

Matrimonium meticolofum.
in tract.

in tract. feudorum. j. parte. vj. q. col. ij. verſic. circa primum. eſt char. v. Ioan. Pichus in l. nihil conſenſui. ff. de reg. iur. Et hoc procedit etiam ſi non inferatur realiter violentia, ſed de violentia timeatur. Hippo. in l. j. col. x. ff. de quaſt. & procedit etiā ſi iſti affines deponerent arma, dummodo ille non ſit in poteſtate exeundi domū: quia etiam quod d ſtaret cum puella, tamē non videtur ratificaffe matrimoniū metu contractum. Alex. conſil. xlvij. Domini redemptoris. col. pen. lib. iij. præſumitur enim metus durare donec durat cauſa metus. Iaſ. vbi ſuprà verſ. v. j. adde. & quæ ſ. dixi de torto ſine indicijs qui poſtea ratificauit. Calder. conſ. j. in tit. quod metus cauſa. Corn. lib. ij. cōſ. xlj. vide tu Aret. cōſ. xiiij. viſo. col. xj. in iij. dubio. vbi ſubijcit. quod v bicunq; poteſt ſub eſſe alia cauſa quā approbatio contractus facti per metū, nūquam præſumetur approbatio. ſacit ad prædicta Decius in l. in omnibus cauſis. col. ſi. ff. de reg. iur. Steph. Malereti in tract. de elect. char. v. & ſeq. & hoc procedit etiam ſi iſte capiēs per metum dediſſet cauſam metus: puta quia ibat dormitū cum amaſia, & ſic dabat operam rei illicitæ: nam ſi affines amaſiæ eum cogant illam capere in vxorem, matrimonium eſt ipſo iure nullum. Portius inſtit. de pat. pot. col. ij. dicit etiam Pichus in l. ij. C. de tranſact. quod ſi iſte allegans ſe fuiſſe coactum, interrogatus à iudice vtrū cognouerit carnaliter mulierem, reſpondeat quod ſic, bis vel ter. Ergo ibi non erat metus: quia meticuloſi talia facere nō poſſunt. Pantaleo de Crema in l. ij. C. de reſcind. vend. col. xxix. vbi dicit, quod licet vir poſſit mulierem violare, non tamen ecōtrā. & dicit Pich. quod ſi de facto, & plures Medici examinati: tandem relinquit cogitandū. ego puto nō improbabiliter dici poſſe, quod etiam mulier poſſit virū violare: vt dicit S. Hieronym. epiſt. ccvij. iij. parte. tract. viij. in vita Paul. j. Eremitæ. faciūt que dicā infrā in prima ratione, quod incōtinentia mulieris ſit viris aſcribēda, dum dicam quod corrumpēs per blanditias vel aurum dicitur vim inferre. vide Iſern. in tit. quæ ſint regal. col. iij. Et licet iſta procedant in matrimonio cōtracto per metum: ſecus ¶ tamen in contracto per dolū: quia non anullat ipſo in iure. vt Iaſon in dictis locis. Pich. in l. pactum quod bona fide. j. char. C. de pact. poſt Alex. conſ. xcix. quoniā per excellentiſſimum. iij. volum. Eſt bene verū quod ſuccurretur decepto in dotem contra promiſſionē ſi eſt ſoluendo. Alexan. in l. ſi cum dotem. ſ. ſi mulier. ff. ſol. mat. vnde ſuccedit il-

Etiā ſi non inferatur violentia.

120
Matrimonium doloſum.

lud quod dicitur in apostil. ad Ias. in §. actionum. in fit. de act. quod etiam proxeneta tenebitur de dolo, si dolose asserit mulierem pulchram, magnam, & non defectuosam: tamē in veritate postea reperitur hoc esse falsum. Et ibi etiam habetur de desponsante aliquam non animo contrahendi matrimonium, an propositum in mente retentū operetur. allegatur Socin. cō sil. xxviii. & Aret. in l. pupillum. ff. de acquir. hered. de eo qui desponsat aliquam quam credebatur esse nuptam, & sic credens nihil agere. faciunt quæ s. dixi in iij. ampliatiōe. sed certē quelo de chi e l'asino, lo pigla per la coda. Bald. in l. principaliter. la. ij. C. de liber. cau. Et ideo sit cautus tali casu ut possit saltem habere duos testes qui deponant quod cōtractus matrimonij

fuit mericulosus: quia plus credetur duobus deponentibus de metu, quam centū deponentibus de sponte. Ias. in d. l. interpositas. col. j. C. de transact. Decius conf. c. col. vij. in c. fi. col. pen. de app. Corf. sing. cccxj. mille testes. est in verb. testis. Barb. lib. j. conf. liiij. illud. col. ij. & per totū. Curt. in tract. testium. conclus. lxiiij. incip. plus creditur. Ferratius cautela j. alleganda.

Solet tradi cautela pro illo qui inducitur metu ad contrahendum, scilicet ut dicat quod est contentus eam capere: cum hac tamen cōditione, quod si ipsa vnquam cōmiserit adulterium, quod liceat sibi accipere aliam vxorem & eam dimittere: quia tale matrimonium nihil valet etiā ab initio, ex quo fuit contractum sub conditione resolutiva: & sic contra substantiam matrimonij. secundum do. Constantium de Bargis in suo tract. de cōtractibus vetitis. char. xxxij. est in xix. cōbinatione. allegat gl. in c. de infidelib. de cōsang. & affin. & Panor. in c. fi. de cōdi. app. per illum text. Curt. in tract. feudorū. char. vj. col. ij. vers. pro alia verō. Ant. de Rosell. in sua Monarchia. in q. An valeat dispensatio nubēdi facta monacho, donec masculum susceperit. est char. xcviij. & seq. vbi latē examinat per plures col. quando valeat conditio seu pactum cōtra substantia- lia, vel contra naturalia contractus. Inueni postea latē ponere Gerardum not. xxj. incip. matrimonium. Iarius Ferratium cautel. vij. sēpissime contingit. qui in si. subdit quod ad hoc ut ista cautela valeat, oportet qd puella expressē consentiat: nec sufficeret si tacitē, ut dicit ipse, quod hoc deberet prædicari ne ista simplices puella permitant se decipi. Idem vult Albertus in Dictionario in verb. matrimonium. v. subdēs, quod si postea remitteretur talis conditio, & sequeretur copula, teneret matrimonium.

Proxene-
ta fraudās
maritū, te-
netur.

Despon-
sans nō a-
nimo con-
trahendi.

Plus credi-
tur vni de
ponenti de
metu, q̄ cō-
tū de spō-
te.

Cautela
pro coactō
vt matri-
monium nō
valeat.

trimonium. Pro puellis autem Barbat. tradit cautelam in con sil. vj. incip. scripsit; præclarē. iij. col. lib. j. scilicet ut dicat qd no- lunt se permittere tangi, nisi salvo honore, secundum honesta- tem. Nam si vir respondeat quod est contentus, & statim eam cognoscit, efficitur matrimonium: quia mulier honestē cogno- sci non potest, nisi subsistente matrimonio. Sed contrariū te- net Pich. in l. actione. iij. char. C. de transact. Mouetur per ea quæ tradunt. Cal. & Præpos. in c. ex parte. de spons. vbi dicunt non esse matrimonium in cognoscente carnaliter puellā, etiam quod puella dicat, Nolo quod me tēgas, nisi prius accipias me in vxorem. faciunt pro Picho ea quæ superius dicta sunt in iij. ampliatiōe. de illo qui carnaliter cognoscit non animo con- trahendi: sed libidinis explendæ. Et sic ex prædictis habes limi- tationem quam isti ponunt ad superscriptā eorum conclusio- nem. Huic limitationi vnico verbo responde, vt j. ad nonam ampliatiōem, dum de ea faciam mentionem.

LIBRI SECVNDI FINIS.

SYLVAE NVPTIALIS LIBER TERTIVS.

ARGVMENTA.

- 1 Matrimonium humano generi immortalitatem tribuit.
- 2 Nuptijs nil hominibus est vtilius: est enim feminariū generis humani.
- 3 Matrimonium ratione institutoris dicitur dignissimū: item ratio- ne loci & temporis.
- 4 Matrimonium laudabile dicitur propter delectationem quam continet.
- 5 Matrimonium à maioribus nostris fuit approbatum & lauda- tum.
- 6 Modernorum exempla nos mouent ad matrimonium.
- 7 Experientia cuius sit nobilitatis & potentia.
- 8 Donum prolis summæ est in matrimonio considerandum.
- 9 Vxoratus in multis præferendus est non vxorato.
- 10 Matrimonium laudatur ob amicitiam ex eo acquirendam. Amicus enim præualeat auro.
- 11 Affinitas siue collateralitas nulla maior quàm inter virum & vxorem.
- 12 Mulieris bonæ beatus vir.
- 13 Anulus qua ratione detur in desponsatione.
- 14 Matrimonium est laudabile, quia concernit publicam vtili- tatem & multiplicationem generis humani.

- 15 *Respublica sine matrimonio stare nō potest : Spuriū enim & naturales non faciunt rempublicam.*
 16 *Parentum vitia an filijs nocere debeant.*
 17 *Matrimonium viro solamē est ob adiutorium quod praestat mulier viro suo.*
 18 *Domus non dicitur perfecta sine vxore.*
 19 *Politicae gratia necesse est nubere vel religionem intrare.*
 20 ~~*Nulla res potest monitori p... ligari...*~~
 21 *Matrimonium necessarium est vt fornicatio vitetur.*
 22 *Puella vel vidua patiens se stuprari, an eō veniat puniendā.*
 23 *Meretricum raptus an sit punibilis.*
 24 *Stuprator quibus habeat satisfacere.*
 25 *Stuprator teneat prole ex suprata genitā alere & educare.*
 26 *Mater tenetur alere filium spurium triennio.*
 27 *Pater an teneatur dotare filiam spuriam.*
 28 *Episcopus seu eius vicarius potest concedere literas monitorias petentibus vt res earum detinētes restituat sub pena excommunicationis.*
 29 *Literae monitoriae procedere possunt vt cognoscens furem teneatur ostendere.*
 30 *Literae monitoriae concedi possunt contra scientes detentorem rei alienae, vt habeant rem propalare.*
 31 *Furem indicare an quis teneatur aut cogatur.*
 32 *Stylus Romanae curiae fundari solet in iure communi.*
 33 *Literae monitoriae conceduntur contra testes quorum nomina ignorantur, vt habeant de veritate deponere.*
 34 *Laici possunt à clericis compelli vt veritatem dicant.*
 35 *Excommunicatio in genere tantum operatur quantum excommunicatio in specie.*
 36 *Literae monitoriae possunt sic concedi vt etiam non solum alium, sed & seipsum quis teneatur indicare.*
 37 *Iudex tenetur occultum peccatorem abscondere.*
 38 *Peccatoris occultum propalatio potius licentiam inducit peccandi, quam emendae.*
 39 *Iudex debet diligere occultum peccatorem sicut seipsum.*
 40 *Denuntiationum species sunt quatuor.*
 41 *Iudex ecclesiasticus non debet de facili concedere denuntiationem priuatam.*
 42 *Prodere seipsum nemo tenetur.*
 43 *Furari aliquid pro sibi debito si aliter haberi nō potest an sit licitum.*
 44 *Docere de iure parti competenti an quis teneatur.*
 45 *Relationem secretam propalare an quis cogatur virtute litterae denuntiatoriae vel monitoriae.*
 46 *Iuramentum de veritate dicenda non extenditur ad penitus occulta.*
 47 *Literae monitoriae non procedunt in coniuge nec in descendentes: quia non coguntur seipsum prodere.*
 48 *Literae monitoriae non procedunt nisi pro occultis.*

Res

- 49 *Res parui pretij non sunt via monitoria exigendae.*
 50 *Literae monitoriae si sint criminosae vel diffamatoriae nō colligant.*
 51 *Clausula iustificatiua in literis monitorijs apposta minuit ipsarum vigorem.*
 52 *Denuntiantis dictio an sit standum.*
 53 *Calumniæ praesumptio tollitur per iuramentum.*
 54 *Stare statuto quod debeat positionibus cum iuramento simpliciter responderi, potest talis responsio modificari.*
 55 *Literae monitoriae à concedentis intentionem sortiuntur esse sum.*
 56 *Impossibilitas excusat ab omni executione.*
 57 *Monitorijs factis si monti non pareant quid agendum.*
 58 *Forum rei qui est secularis sequi debens quo iure agere debet coram iudice ecclesiastico.*
 59 *Iudex ecclesiasticus an omnino cognoscere debeat de re furtiua restituenda si via monitoria procedatur.*
 60 *Iudicium non debet esse diuisum : nec literae monitoriae possunt inceptum diuidere.*
 61 *Propalatio virtute litterae monitoriae facta an possit iudicialiter coram ipso propalante legi.*
 62 *Literae monitoriae vt vim habeant quibus indigent probationibus.*
 63 *Debitore principali debitum consistente an alius sciens debeat propalare.*
 64 *Nubere esse vtile communior est opinio.*



DRAEDICTIS non oblatibus teneo con-
 trarium per text. in auth. de nupt. in prin. vbi ^{Laudes} dicitur, quod matrimonium humano gene-
 ri immortalitatem tribuit. facit l. liberorum.
 in si. ff. de verb. sign. & dicit tex. in auth. de
 rest. & ea quae par. in §. rursus. quod dicitur nuptijs
 nihil est vtilius hominibus, rāquam solis facere homines valē
 tibus. Curt. Sen. in reper. l. admonendi. col. iij. ff. de iure iur. est
 enim matrimonium seminariū generis humani. secū dū Cic. quē
 refert Fortun. de sine iuris. col. xxxv. pulchrē Bal. in c. ex trā-
 missa. ij. col. vbi propterea subiicit quod sine eo resp. stare nō po-
 test. faciunt plura quae adducit Luc. de Penna in l. mulieres. C.
 de incolis. lib. x. Rosariū Bult. in j. par. ferm. xxij. col. si. & in ij.
 par. ferm. xxv. quasi per totū. facit Guillelmina de sacramētis.
 & potest in tot tractatib. de matrimonio, & in tot orationib.
 nuptialibus varijs authorib. editis: inter quas vide eā quam ha-
 buit Catebartus Tōstali in spōsalibus Delphini, & Mariae filie
 regis Anglię. Anno M. cccc. c. x. Cāpanū in suo tract. de digni-
 tate matrim. Erasmus in Encomio matrimonij. Bibliam Au-
 ream

reâ c.lxxxiiij.de matrimonio.col.fi.Oraciones Augustini Da-
thi,& in eius Epistolis.chart.clj.& in epistolis Martilij Ficini.
lib.iiij.chart.xcv.& in epistolis Francisci Philel.lib.iiij.Fede-
rico Cornelio.epist.incip.quem nuntium.& decade ij.Satya
x.incip.qui finê.& idem epistola directiua Nicolao Cebe.in-
cip.fuissent.lib.xj.fratr Baptista Carmelitanus plura dicit in
suis Syluis : maxime in illa quæ incip.exultemus. Frâciscus Bar-
barus de re vxoria.cap.j.quid sit coniugium,& quæ eius bona.
Faciunt plures rationes. Et primò ratio cap.omne.itaq; xxvij.
q.ij.quæ est trimembris,Fides,Proles,& Sacramentum.vt dixi
in iiij.ampliatione.& j.prosequar membrum secundum.in vj.
ratione.

Fides.
Proles.
Sacramen-
tum.

3 ¶¶¶ Secundò facit trimembris ratio dignitatis suæ : scilicet ra-
tione institutoris.nam fuit Deus optimus : ideò vxor dicitur
venire de ara deorû.Philosophus j.Oeconomic.R efert Ifern.
in cap.imperialem.col.vij.de prohi.feudal.per Feder.Ias.in
lj.col.iiij.ff.sol.matr.Item & ratione loci, quia fuit constitu-
tum in Paradiso.Barbat.in Ioannina.col.xvij.Panor.in cap.
fin.de frig.& malefic.Tabiena in verb. matrimonium.ij. §.j.
Item & ratione loci, quia fuit constitutum in Paradiso. Petrus
Subert.in tract.de vinea domini.iiij.parte.cap.xv.Io.Lup.in
cap.per vestras.de donat.inter vir.& vxor.char.lxxvij.col.iiij.
Item ratione temporis, quando fuit primum ~~constitutum~~ in-
stitutum.vsq; tempore innocentie.& probatur ista tria mem-
bra Gen.c.ij.& iiij.& bene pondera vnicum & primum præcep-
tum Dei.Gen.j.& Rosarium Busti quem statim allegaui.

Ratione
instituto-
ris,loci &
temporis.

4 ¶¶¶ Tertia principalis ratio est delectationis, quæ tanta est in
matrimonio quanta dici potest : & quam ibi Deus posuit vt
genus humanum conseruaret.Anteros Fregosij.chart.xlvj.
post Lactantium.Aegidius de regim.princ.lib.j.part.ij.col.v.
vnde solet dici,q; qui nõ habuit vxorê, nescit quid sit bonum.

Delectatio
nis.

5 ¶¶¶ Quarta ratio qua quis moueri debet, est exemplum maio-
rum : nam maiores nostri matrimonium contraxerunt : & nisi
sic fecissent,nos non essemus : vnde vestigijs maiorû in hære-
dum est. §.fi.institr.de adopt.l.testamenta.C.de testam.ibi,mos
fidelissimæ verultatis,&c.bonus text.in l.apud Iulianû. §.con-
stat.in fin.de leg.j. quem ad hoc allegat Socin.conf.elxix.circa
primum.col.vj.vers.confirmo.faciunt proœmia Regularum
Cancel.Apostolicæ,ibi:prædecessorum vestigijs inhærendo.
l.maximum vitium.C.de lib.præter.in proœm.clem.in §.nos
verò

Exëplum
maiorum.

verò facit cap.literis.in fin.de rescrip.vbi principes de more
sequuntur vestigia maiorum.pulchrè Oldr.conf.xciii.magi-
ster.iiij.col.ver.imò est verisimile.Bald.in l.nemo.C.de sent.
& interloc.quem refert Fabianus de Monte in tract.de empt.
& vèd.in q.v.col.vij.& probat Hadrian.Papa noster in Quo-
libetis.q.xij.cap.iiij.inquirendû est.col.iiij.quòd exemplo effica-
cius alios corrumpimus,quàm doctrina.hinc Cato, Mutorû
disce exemplo quæ facta sequaris.vbi Ascensius.& ibi Polycar-
pus allegat illud Ouidij:Fas est & ab hoste doceri.latè Iudocus
in tract.de nobilitate.cap.vij.& chart.fin.intelligendo.de bo-
nis exemplis.Isoocrates in oratione de bello fugiundo.incip.
omnes.in toto opere.col.xxiiij.latè Felyn.in cap.inter cætera.
de offic.ord.Sed maiores nostri etiâ plures sancti viri matri-
monium cõtraxerunt : vt latè refert diuus Hieronym.contra
Iouinianû.quem latè reassumpit August.Darius circa fin.sui
operis.in tract.de connubio sanctorum.& habetur aliquid de
hoc in ij.parte Rosarij.ferm.xxv.litera f.quid maior exemplis
quorum me turba fatigat? Curt.Sen.confil.xlix.memoriae. §.
ad quartum.col.ij.imò plures habuerunt duas,quod hodie nõ
licet.Gilbertus in quæstionib.post Philosophû.ij.Oeconom.
chart.iiij.& exempla eò quidem efficaciora sunt,quò à nostra
cognitione minus remota.Card.Papa epist.cclxxxij.post me-
dium.Petrarcha epist.viiij.animi.circa medium.vbi plus credit
factis,quàm verbis.epist.xc.exemplis abundo.Matthæus Bo-
sius epist.xj.quod ardebâ.& lj.nuper.chart.iiij.& exempla præ-
sentia plus mouent quàm præterita.Greg.quem refert frater
Gregor. Britânicus.ferm.funebri.xxxvij.facit Aristot.parte
xviij.problem.iiij.Ab eis ergo licet arguere.gl.ij.in cap.quod
suspecti.iiij.q.v. Etenim per exëpla rem melius & velur ocula-
ta fide intelligimus.pulchrè Galiaura in l.j.col.j.ff.de verb.
oblig.& propterea.

¶¶¶ Quinta ratio est,exëpla Moder.quæ magis mouent,quàm
verba referètia exempli antiquorû.l.prætor. §.Iulianus quo-
tiens. ff.de collat.bon.& plus est opere docere, quàm voce.Io.
j.refert Zachar.in ferm.concilij Pisani.col.ij.Matthæus Bosius
epist.vj.biênio.& dicit Comes Purliliarû in lib. de educatio-
ne liberorum.chart.vj.cap.de ludis adolescentie,quòd super-
stitis viui, magis quàm mortui, fama ad virtutê impellit : què-
admodum viua vox habet nescio quid latentis energia,vt effi-
carius quàm ea quæ leguntur in viscera audientium penetret.

Matth.

Matth. Bosius de tolerandis aduersis. in ij. col. chart. j. Felyn. in rub. de fide instr. col. j. Io. Mirandula epist. in cip. solidius nunquam. Sed nonne videmus quotidie eos quibus vxor praemortua est. nūquam quiescere, donec aliā, imō & proprijs filijs nouercam superinduxerint. L. non est. ff. de inoffic. testam. Ang. in l. si adulterium. §. idem imperatores. vbi postilla. ff. de adulter. Corn. in l. iubemus. col. ij. C. ad Trebel. de quo gl. & Doct. in §. affinitatis. instit. de nup. dixi in verb. per se & haeredes. char. x. facit Io. Vilemati. in repet. l. diuus. ff. de scar. col. pen. num. 163. Inquit enim Hieronym. contra Iouinianū. c. xv. quod nemo melius scire potest quid sit vxor, vel mulier, quam ille qui passus est. & sic succedit illud Hesiodi, Non est ducens vxorem, qui non tempestatibus agitur. Dicunt omnes, & ducunt vxorem scientes. faciunt quae ponit Petrarcha de remedio vtriusq; fortunae. lib. j. dialog. lxxvj. de secund. nup. & in hanc cōuenit Pontanus in dialog. de obedientia. lib. iij. in primis quinque capitulis. vbi plenè loquitur. Cū igitur peritis in arte credendum sit. l. j. ff. de vent. in sp. cap. proposuisti. de probat. vbi latè Decius in vlt. not. Hippol. in l. j. §. praeterea. col. xx. in l. diuus Pius. col. iij. ff. de quaest. quia dicit Philosophus j. Metaphys. quod experientia facit artem. refert Bart. in tit. de pac. tenen. in si. princip. Et propterea dicit in vj. Ethicor. & alibi, vt refert Fortunius in l. j. col. xix. ff. de iust. & iur. Albertanus lib. ij. cap. de prudentia. col. ij. quod iuvenes non possunt esse prudentes: quia prudentia requirit experientiam, quae indiget tempore. & viij. Politic. quod impossibile est vel certè admodum difficile, vt qui opera ipsa nō tractat, peritè valeat iudicare: & propterea dicimus, quod experientia est rerum magistra. cap. quā sit. de elect. lib. vj. in auth. de appel. & intra quae temp. in princ. ver. ex rerum autem. & Quid. in ij. de Arte: Solus & artifices qui facit, vsus adest. & Boetius in j. de disciplina scholarium. dicit, quod scientia sine vsu prodest parū: vsus sine scientia prodest multū. facit Alber. in Dictionario. in verb. argumentū. col. vij. dicēs, quod experientia est nobilior eloquētia, licet nō sciētia. pulchrè Barb. lib. ij. cōf. lvj. sapiēter. col. j. plura Panor. in procem. suae practicae. col. j. Spec. in tit. de lib. cōcep. col. j. Ponzinibius in tract. de bannit. col. xj. vers. ij. Quia Claudius in monarchia Franciae. parte xj. secūda gl. pragmaticae. in §. sint veri. in verb. experientia. in char. cxlvij. Ang. cons. cx. Sāctissima. col. iij. subiungens, quod tantū distat scientia à practica, sicut tactus à visu

Peritissimi
in arte
credidit.

Experientia.

7

visu intellectuali. Quia experientia est sicut lapis quo probatur aurū. Et apud Sallustiu in Ingurthino, inquit Marius: Quae illi audire & legere solent, eorum partem vidi egomet: aha gessi, quae illi literis, ego militado didici: nunc vos existimate facta an dicta plura sint. Matth. Bos. epistol. l. j. nuper. chart. ij. latè Iac. in oratione ad Alex. vj. incip. Priscorū. chart. iij. Et non minus in haeredum est expertorū sententijs sine demonstratione, quā demonstrationibus ipsijs. vj. Ethic. refert Hadrian. Papa noster in Quodlibet. ij. puncto iij. col. j. est char. xxix. in fin. facit Lisoperita. chart. j. ij. argumēto. Cacialup. de debito fugi. q. ix. Et in repet. l. diem functo. ff. de offic. allef. col. xij. quod vsus est magister. Aegidius allegat Casarem in commēarijs. Et propterea cū liber Rosfredi de libel. sit mera practica, solet dici melior liber qui sit factus super Ius Ciuile, licet ibi plura falsa immiscuerit. Et propterea Doct. eum raro nominant in Scholis, vel alibi etiam in bene dictis. sunt verba Pet. Iac. in sua practica. in libello, super conditione ex moribus. col. xix. est chart. lxxxix. vide tamen Lancel. Politum in tract. de offic. aduoc. in rubr. de scientia. Qualis requiritur in aduocato. Carell. in ij. parte Memor. in verbo, practica. quae allegabo infra in viij. limit. quod sit iudicandum pro communi opin. Si ergo isti tales secundas nuptias ita accelerāt, & qui experti sunt, ~~quae illi audire & legere solent, eorum partem vidi egomet: aha gessi, quae illi literis, ego militado didici: nunc vos existimate facta an dicta plura sint.~~ Et iuxta illud Comici Philemonis, Qui nō admirabatur si quis semel mare esset ingressus: sed si quis iterum. nec eum qui semel vxorem duceret: sed qui iterum. refert Baptista Egnatius in Racematione. cap. xij. ante medium. oportet dicere quod bonum est nubere: aliās essent stolidiores animalibus irrationabilibus. nam, Quae semel euasit retia, vitat auis. Et, Qui semel captus fallaci piscis ab hamo, Omnibus vnica cibus ara subesse putat. gl. in cap. j. de pœnit. dist. v. in verb. moriturus. faciunt quae dixi de reconcilianda vxore adultera. Et licet Pontanus in Charonte, chart. pen. adducat illum cui de prima vxore bene successerat, noluisse ea defuncta de secūda periculum facere: quia sciret temeritatem non semper felicem esse, vt plura prouerbia. Et Alex. Benedictus in tract. de Peste. circa princ. tamen econtra videmus plures nouiter attentare quae infeliciter experti sunt. latè Petrarcha epist. xlv. ad eō pertinax, licet spes quandoque fallat etiam sapien

rem duceret, castigaretur: & si mare haberet vxorem, non esset ita procellosum. Cacialup. in consilio pro monachis contra canonicos. col. antepe. vbi allegat Gelliū in Noctibus Atticis lib. vii. c. xiiij. ibi, nō qui plures annos natus: sed qui plures liberos & c. est lib. ij. c. xv. incip. apud. Purpur. in l. cum quid. ff. si cer. per. nec est omnino felix, qui est specie turpissimus, & sine prole. secundū Philosophū. j. Ethic. ¶ OCTAUA ratio est amicitia: nā plus valet amicus, quā amī in capla. gl. in c. nisi specialis de offi. deleg. Ascēsus super illud Catonis, Si pores ignoris & c. Albert. in rubr. de multiplici vtilitate. & dicimur posse quod per amicos possumus. iij. Ethic. Hadr. Papa in Quodlib. q. viij. litera p. Pulchrē Erasmus in epist. ad regē Anglorum ante opuscula Plutarchi, de adulatore. & in j. parte Prou. cccxij. Vbi amici, ibi opes. & ij. parte prouerb. clxxiiij. amicus magis necessari⁹, quā ignis, & aqua. & char. v. Amicus est alter ipse. Philosophus ix. Ethic. & Cicero de Amicitia. Refert Rosarium ij. lib. serm. xv. litera m. & xxxviij. litera k. plura Barbat. in c. ix. in vj. col. de cōstit. vbi dicit hoc nō procedere in amicitia marchiana, vbi nullus reperitur amicus verus: sed in bono amico, de quo ipse in Ioannina colum. cxviii. sunt enim marchiani de quibus gl. in l. rem legata. ff. de adin. leg. Cū fueris felix, multos numerabis amicos, Tēpora si fuerint nubila, solus eris. de Catelanis etiā cauē. dicit Bald. in proo. rex pacificus. col. vij. & dicit Fely. in c. quoniā abbas. iij. col. de offi. deleg. quōd licet scholares diligant se in scholis: quando sunt praelati, dicunt, Non noui vos. Sed quæ est maior amicitia quā vxoris? vt inquit Franc. Barbarus de re vxoria lib. ij. c. j. de charitate coniugali. Aegidius de regim. princip. lib. ij. parte j. c. vij. & seq. & c. fi. vbi quōd etiā aliqua secreta sunt eis communicanda propter amicitiam: & inter maritum & vxorē est maximus amor. Signor. consil. lxiiij. Titius. col. ij. amor enim & pax. est principium omnium rerū naturalium, vt habetur in Phisicis. refert frater Dominicus de Guelfis & Gebelinis, charta. iij. & cur sit tantus inter coniuges, nulla ratio reddi potest, nisi quia sic est: vt dicit Angel. consil. cccxxxix. incip. super primis. col. v. Ista enim magis intellectu percipi, quā exprimi possunt: vt in simili Cy. in l. legem. C. de rer. permitt. & in l. si constante. col. iij. fina. C. de dona. ante nupt. vbi dicit quōd hoc sunt experti. & inquit Propertius, Omnis amor magnus: sed aperto in coniuge maior. refert & plura exempla ponit Frego. in suo Antero- te. char.

 41 uir. dum volunt, ¶ quod iudex ecclesiasticus ad hanc iudicalem denuntiationem priuatam ita de facili moueri non debet: sed solum in certis casibus ibi enumeratis, in quibus iudex ecclesiasticus potest cognoscere de causis laicorum: aliàs, secundum eos, eneruaretur funditus iurisdictio temporalis. facit Bertach. in tract. de episcopo. vbi plures enumerat char. xxiiij. est in ij. parte. lib. iij. q. iij. facit pro d. Ambros. quia excommunicatio non debet ferri pro protectione rerum temporalium, vt Instructio ecclesiasticorum. char. xix. & seq. Sed solum pro peccato mortali, quod aliter corrigi non potest. Hadr. Papa noster in quodlib. q. vj. col. vj. quia est grauior poena quæ sit in ecclesia. Panor. in cap. clericos. de coha. cler. & mul. Ias. in l. si is qui pro emptore. col. lxxvij. ff. de vsucap. Enchiridion militare. chart. xxxvj. dñ loquitur de gladio spirituali: excommunicatio enim appellatur mors. Monferr. in reper. l. si constante. ff. sol. mar. col. iij. quia excommunicatus est seruus diaboli. gl. ij. in l. Pedius. ff. de arbit. & diabolus vtitur excommunicato, sicut rusticus suo asino, & habet potestatem in eo sicut in pecore. Ias. in l. Gallus. ij. lect. in §. & quid sit rantu. col. ij. ff. de liber. & posth. & quatuordecim malignitates excommunicationis tradit Car. in c. nihil. xj. q. iij. & vsque ad xxvj. enumerat Rosarium Bussi. lib. ij. serm. xxxvij. est char. cccclxxij. & seq. & qui in ea perseuerat in annu, efficitur suspectus de heresi. Roch. in c. j. de iudic. vbi subdit, quod potest priuari iure suo. c. si. de poenis. Et quædam miracula ponit Pet. de Lesnaudiere in tract. de Doctoribus. lib. j. q. xvij. Et propterea non debet ita faciliter & frequenter fulminari: vt contra quosdam fatuos inuehit frater Thomas Illyricus in tract. de potestate Papæ. chart. ciiij. Scotus xxj. dist. iij. dicens, quod Apostoli ea raro vtebatur. & in epistolis Pauli ter mentionem duntaxat fieri comperitur. quanto ergo delectius eam proferre iniuste? Bert. in tract. de episcopo. lib. iij. parte ij. q. xxxvj. Card. in c. nemo contēnat. xj. q. iij. quia licet iniusta, tamen est timenda. secundum Barb. in c. ab excommunicato. colum. viij. de rescrip. Nisi esset iniusta notoriè: vt per eum in c. si. col. pen. de offic. ord. Card. in c. sentētia. xj. q. iij. Hadrianus & Instructio ecclesiasticorum in locis prædictis. & Rosarium Bussi, vbi s. qui enumerat vsque ad xliij. casus in quibus non

non est timēda. Sed respōderi potest, quod licet ista denuntiatione iudicialis sit, & ad priuatam vtilitatem, est nihilominus ad similitudinem Euāgelicæ. vt Panor. in d. c. nouit. col. v. Imò fortè nõ esset inconueniens dicere, quod ista iudicialis sit Euāgelica, tanquam species sub genere: vt in simili dicimus de arrogatione & adoptione. l. ij. ff. de adopt. probatur, quia vt dixi. Io. Andr. & omnes volunt quod denuntiatio, de qua in d. c. nouit. est iudicialis: & tamē rex. ibi allegādo Euāgelium vult quod est etiam euāgelica, quam prælatus facere potest: vt ibi in tex. Sed finis euāgelicæ, quæ est vt poeniteat, quomodo seq. potest, nisi rem alienam restituat, vel propalet veritatem? Si ergo ad poenitentiam cogi potest, ergo & ad rei restitutionem, seu propalationem. l. ij. ff. de iur. om. iud. Breuiter veritas istius ampliacionis depēdet à dictis per Aret. licet alij ibi hoc non tãgant in c. qualiter & alios per eum relatos, dum quærit an reus interrogatus de crimine teneatur contra se respōdere veritatem. de quo est gl. mag. in c. ex poenitentibus. l. dist. Archi. in c. si peccauerit. ij. q. j. in vj. q. & seq. Præpos. in c. de accusacione. col. xxxvj. ij. q. vj. vbi latè ponit totā materiã criminalem. Itē ex dictis Doct. nunquid positioni criminosa sit respōdendū. de quo Cur. in tract. positionū. xxj. breuiloquio. Bolog. conf. xxvij. vt in presenti. col. ij. Hipp. in l. de minore. §. tornēta. col. ij. ff. de quaest. larius & magis ordinatè quàm ceteri conciuus noster d. Georg. Natta in cle. sape. §. & quia. in vij. col. de verb. sig. vbi ponit regulam negatiuā cum octo fallentijs. quæ semper vide. Aret. in d. §. de. ber. col. iij. dicit quod si nulla præcedat infamia, communiter cōcluditur quod non tenetur accusatus respōdere. d. vers. non tibi dico. & per ea quæ habētur ij. q. j. c. si peccauerit. nisi accusetur de crimine quod impediatur executionē officij peracta poenitentia. postea refert opin. Panor. in d. c. ij. vbi in fi. Panor. facit duas cōclus. & in vtraq; earum semper requiritur quod id de quo quæritur sit famosum. Aret. postea dicit quid quærit Panor. an quis teneatur respōdere ad accusacionem, ponit S. Thom. & Io. And. qui dicūt, quod accusatus tenetur respōdere. Et dicit earū opin. esse veram. idē latè defendit Prepos. in d. c. de accusat. col. xxxvij. & duabus seq. pro qua facit Panor. in c. cum ex officij. de poenit. & remis. post Innoc. quæ latè refert Had. Papa noster in Quodlibet. char. vj. col. iij. ¶ Et idē quod non teneatur quis se prodere etiã si iurasset dicere veritatem,

An teneatur
 respōdere de iure suo.

nisi esset infamatus de tali negotio de quo quaeritur, vel esset notorium contra eum, vel esset probatum saltē semiplenē contra eū. tenet Angelica in verb. confessio delicti. in prin. & in vers. inquisitio. §. pen. & in verb. denuntiatio. §. xij. Sylvestrina in verb. accusatio. vers. l. xij. & etiā Angelica in d. verbo. confessio. dicit q̄ etiā si esset infamatus, quādo tamē ageretur ad aliā p̄nā, quān spirituale, non tenetur propalare, quod dicit esse notandū: quia istae monitoriales fiunt ut plurimū ut procedatur indicialiter. vt Angelica in d. verb. denuntiatio. ad fi. Formulā rīū provinciale char. lxxvij. facit quod vult Angelica in verb. 43 furtū. §. xij. & ibi Sylvestrina. §. xv. dum dicit, quod si ego furatus sum aliqd̄ alicuius vt mihi satisfaciā de eo in quo mihi tenebatur, q̄ in cōscientia videtur esse licitū: vt per eos. & Ias. in l. j. v. col. C. de test. Hipp. not. clxxvij. malitijs. & in l. j. §. cum quis latrones. iij. not. ff. de quaest. omnino in hoc proposito Barb. lib. ij. cons. xij. praclarē. si postea fiāt monitoria, non tenent restituere, nec propalare: imō nec sciētes me accepisse, si sciunt pro certo me fuisse creditore, non tenent etiā ipsi propalare. Cepol. col. xxvj. repetitio inter primū vol. Alex. cōs. l. c. xxxv. circa primū. Io. de Ana. in c. ad liberandū. de iud. col. ij. & Gallicus in les secretz. & loy. de Mariage. in vlt. char. Had. Papa noster in Quodlib. q. vj. litera m. Idē dicitur quod si pauperes Christi quibus debitū est illud quod de reditibus beneficiorum superest praelato, ad eius victū. Io. de Lign. in tract. de pluralitate benefic. circa fi. Fely. in c. per tuas. c. j. de simon. Burgos in c. j. in fi. vj. col. de emp. & vend. tales praelatos furētur, vt possunt secundū eos sine timore restitutionis, quādo videtur quod ipsi de talibus crapulātur & luxuriātur: quia de tali modo cōsumptis voluptuosē, tenentur ad restitutionē. Troilus in tract. de oblationibus. col. fin. Barb. in c. si quis sanē. col. iij. de pec. cler. Fely. in c. humanū genus. col. fi. j. dist. Instructio ecclesiasticorū char. xiiij. frater Thom. Illyricus de potestate papae. char. xcij. & cj. Hadr. Papa noster in Quodlib. q. v. col. xj. dicens, q̄ sicut & c. nō faciēs quod debet, licitē priuatur stipēdijs: ita praelatus decimis. & paulō j. subdit, q̄ aliena rapere cōuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur: & nedum tali modo cōsumentes peccant praelati, sed etiā dādo affinibus, vt eos faciāt ditiores. Fely. in c. quae in ecclesiariū. col. cxij. de constit. vbi apostilla contra Alex. Papā vj. & rarō q̄ de huiusmodi habeāt verā poenitentia. c. quis aliquādo. cum gl. iij. de poen. dist.

dist. j. vide quod singulariter not. Panor. in c. conquirente. iij. not. de cler. nō resid. qui dicit, quod potest priuari beneficio: & dispensatio non prodest in cōscientia, dicēs bene not. Facit quod notabiliter voluit d. Alex. in apostillis ad Bart. in l. j. de bon. eor. qui mor. sibi cōf. vbi dicit, quod respondens inquisitioni cum iuramento contra veritatem, non punitur de perurio: & q̄ ita fuit consultū per quosdā peritos Doct. nec alibi legi. Facit quod dicit Fely. in c. si duobus. col. fi. de appel. vbi dicit, quod si quis nō tenetur docere de iure faciēte pro sua parte aduersa: & subiicit, quod tacere veritatē, quando quis non potest in foro cōtētioso cogi eam propalare, nō est peccatū, etiā si esset vsurarius. Fely. in c. ex parte decani. col. ix. de referri. pro quo facit Panor. in c. sciscitatus. col. fi. de rescrip. licet aliās iudex possit imponere poenā iuranti, si dicat mēdaciū, & illam exigere. secundum Nicol. de Neapol. in l. ius alimētōrū. §. j. ff. vbi pupil. educ. deb. Facit quod dicit Bart. in l. j. circa fin. C. de iur. calum. vbi dicit, q̄ in criminalibus nō iuratur de calūnia. quia licitū est redimere sanguinē suū per factū propheta. notatur in l. transigere. C. de transact. & dicit Anch. in regula, possessor. col. xv. in iij. q. Hipp. in l. quaestiois habēda. col. penul. ff. de quaest. quod nemo in cōf. beneficiorū qui non tenentur restituere poenā quān moei. Et propterea dicit quod ipse sapius in criminalibus licet offerret papyrū, & fingeret se velle deferre iuramentū, tamē illud non dabit. quamuis Hadrianus Papa noster dicat quodlib. iij. chart. xxix. col. j. quod iudex tale iuramentū dare potest, etiā si suspicetur quod deierabit, licet secus in parte: quia iudex debet communi hominum vtilitati prospicere. Hinc dicimus quod si inquisitus in respondēdo sit varius in causa criminali, non propterea potest torqueri. secundum Paridē de Syndicatu. char. lxxxij. col. j. & ij. nō enim sumus vt Socrates, qui maluit mori, quān cum mēdacio se excusare. Aeneas Syluius epist. lxxxvj. Leonardo. & idem videtur si nō ingeratur poena sanguinis, propter infamiā. l. j. ff. de infamib. quae praepōderat timori mortis. l. isti quidē. in fi. ff. quod met. caus. Barbar. in c. verum. de for. compet. num. lvij. hinc si testis examinatus fuit contra aliquem qui opponit contra eum de aliquo crimine, non tenetur testis de eo respondere etiam si tale crimen sit notorium. Fely. in c. cum causam. col. xj. de testib. Facit quod vult Ias. in l. duo patroni. §. fin. col. pen. ff. de iureiur. vbi dicit, quod si aliquis indebitē detinere-

Respon-
dit in
inquisi-
tio. ni, non
puni-
tur de p-
iurio.

44

**Iurans re-
dire ad car-
ceres.**

etur, & esset periculū vitæ: si iurauerit se rediturū, vt relaxetur, & non redeat, non est periurus. Hippol. sing. clxxvij. incip. ma-
licijs. Bauria in tract. de virtute iuramenti. vers. lx. incip. nam
si aliquis. Barb. in c. j. num. lxxxix. de mut. pet. consil. vt infra la-
tius addā. circa illud: Dolus an virtus, quis in hoste requirat,
quod facit ad disput. quam ponit Cicero in iij. Offic. circa fin.
in rub. de Fortitudine. nunquid Regulus debnerit obseruare
iuramentum de redeundo ad Carthaginenses. faciunt aliqua
fundamenta, quæ refert Flor. in sua pulchra disp. incip. varia.
dubio j. vbi disputat, An liceat carcerato aufugere: licet incli-
net quod nō. vide etiam opin. quas refert Aret in l. decem. col.
fin. ff. de verb. ob. licet dicat quod fortē in conscientia non li-
ceret mentiri cum iuramento. & dicit Luc. de Penna in l. ij. C.
de incol. libr. x. col. j. quod peccat. pro quo facit c. cum dilecti.
de accusat. Formulariū prouinciale char. liij. Dicit enim Boë-
rius in iij. de consolat. profa xj. quod abhorret natura quæ cō-
seruari desiderat, mortem perditionemque deuitat. sequitur
Anchar. consil. xxij. visa inquisitione. col. ij. Barb. in Ioanni-
na. col. xvj. Fortunius in l. j. §. ius naturale. col. v. ff. de iustit. &
iur. frater Greg. Britannicus serm. xxvij. & vt corpus redimas,
ferum patieris & ignē. gl. in c. j. de pœ. dist. v. hinc dicunt phi-
losophi, quod musca quæ redeat ad locum vbi statim fuit læsa,
est sine memoria: est enim mors vltima passio animæ. Bal. in l.
j. col. vj. C. de confes. & vltimum terribilium. iij. Ethic. latē Ro-
sarium Bult. lib. j. serm. xiiij. litera y. post medium. Barb. in cap.
significante. col. viij. de rescrip. vbi Moder. in apostil. in cap.
quærenti. de offi. deleg. col. v. facit Iosephus de bello Iudaico.
lib. iij. c. xxj. circa medium. Tu magnanime vt minus mortem
timeas, considera quod nisi per eam videre nequeas Deum fa-
cie ad faciem. xij. q. j. c. quam præposterum. idē Apostolus
cupiebat dissolui & esse cum Christo. frater Greg. Britannicus
serm. liij. cupio. & xxxj. melior est dies. & serm. x. incip. melior.
& xxij. etiam incip. melior. Petrarcha in triumpho Mortis. c.
ij. & omnes electi ad vitam æternā nō possunt habere bonum
tempus in hoc mundo. secundū Vivald. in Opereregali. cap.
pen. incip. taceo. quia hīc non habemus ciuitatem permanen-
tem, sed futurā inquirimus. & quod feminamus non prius vi-
uificatur, quàm moriatur. Bal. in c. j. de vita & hone. cler. Quid
est vita nostra, nisi stultitia? Erasim. in Moria. per totū. Nauis
Stultifera. per totum. & nisi fabula. Codrus serm. j. per totū.
& nisi

& nisi mendacium. Codrus serm. vj. incip. iam quindecim. per
totum. quod postea ipse reperit in versibus. chart. cl. quàm pul-
chrè ergo ille Patauinus suum ingens palatium inscripsit hoc
titulo: Quel che mirate, e somno, fumo, & vmbra. Et ad eam
omnes currimus, vt in illis versibus totiens repetentibus, Va-
do mori. qui sunt impresi post dialogum Luciani. vide Sene-
cam de remedijs fortitorū. & sæpe in suis epistolis. Petrarcha
de remedijs vtriusque fortunæ, & in magna Chronica Alema-
niæ char. cclxiiij. sunt descripta hæc carmina: Morte nihil mel-
lius, nihil vita peius iniqua. Optima mors, hominum requies
æterna laborū. Tu senile iugū domino volēte relaxas, Victo-
rumq; graues adimis ceruice catenas, Exiliumq; leuas, & car-
ceris hostia frāgis. Eripis indignis iusti bona partibus æquas:
Atque immota manes, nulla exorabilis arte. A primo præfixa
die tu cuncta quieto Quo iubes animo præmissis sine labo-
rum: Te sine supplicium vita est, carcerque perennis.

¶ Amplia quintō, quod teneatur sciens pro palare etiā si ha-
beret per secretā relationem, vel iurasset nō pro palare. Capel-
la Tholosana q. ccxli. si tres socij. Aret. in c. qualiter & quādo.
el. j. de accus. in fin. Felyn. in cap. intimaui. col. j. de rest. in cap.
no uit. de iudic. col. pen. verb. iuramentum. quia non valet iu-
ramentum. de veritate tacēda. Felyn. in cap. olim. col. iij. de ac-
cus. sed Scotus & Theologi in xxj. dist. iij. dicūt quod ex quo
secretum est de iure naturæ, non tenetur quis etiam ad præce-
ptum Papæ ipsum detegere: quia fortius est ius naturæ, quàm
ius humanum. facit Burlifer in prologo primi. chart. viij. col.
iiij. vers. ij. propositio. facit Matt. xxxiiij. De die illo nemo scit,
nisi Pater solus, & c. quia Filius qui est idē cum Patre bene scie-
bat, sed in secreto. facit Anan. post Ant. de Burr. quem refert in
d. cap. qui cum fure. in iij. col. vbi dicit, quod si quis scit furtū
per secretam relationem, quod non tenetur indicare. per glos.
not. xiiij. dist. cap. nerui. in ver. à contagione. vbi post S. Thom.
idem videtur tenere Card. Alexandrinus. Socin. lib. iij. consil.
cij. cum præsentis. Baurius in §. item furiosi. col. iij. instit. qui
testam. fac. pos. responderet, quod hoc possēt procedere in sa-
cerdote qui habuisset in confessione, quia non debet reuelare
etiā si mandet Papa: imō si interrogetur cum iuramento, po-
test respondere se nihil scire, nisi de voluntate confitentis. An-
gelica in verb. cōfessio. vltimo. §. iij. & in j. Alberic. in Diction-
ario in verb. confessio. ij. col. v. ver. confessionē celare. Felyn. nem.

in cap. testimoniū. col. penul. de testib. in cap. j. col. j. de except. & vtrobiq; limitatur in Apoftholis, nisi in causa matrimonialis quia in causa dos cogi potest propalare que habent in confessione. Panor. in c. dilectus. de excess. pralar. in cap. omnis vtriusque sexus. col. penul. de pœnit. & remiss. & vtrobiq; in apoftholis. nisi talis laicus fuisset ad confessionem ex causa necessitatis, puta tanquam interpres, vel in delictum fecerit. Aliter tamen reuelare tenetur. secundū Felyn. in d. cap. intima. dicentem hoc procedere etiam si talis confessio fuisset facta laico in forma confessionis pro salute animæ, dummodo non ex causa necessitatis: quia licet debeat tenere secretum, debet intelligi, nisi producat in testem. dicit tamen Rosariū Busti. ij. parte. serm. xxxvij circa h. v. partis. litera Q. incip. sed hinc queritur. quod quando fiunt tales monitoriæ, scientes non tenentur reuelare parti, sed Prælato ecclesiæ, seu deputato per eum: imò si ipse solus scit, non tenetur reuelare prælati publicè, sed solum in secreto, vt possit providere: nam quis scire dicitur illud quod probare potest. gl. in cap. sacerdos. de pœnit. dist. vj. Socin. d. consil. c. ij. Et si Episcopus inquireret quis fecit tale quid, debeat propalare sub pœna excommunicationis: si probare non possit, non tenetur propalare. latè & pulchrè Ripa in tract. de peste. chart. antepen. vbi dicit se cōsuluisse, quod propter tale monitorium generale, amicus cui in secreto fuit ostensa apodicia, nō tenetur propalare. Felyn. in cap. decate. ro. col. fin. de re iud. Henr. Boich. in cap. qui cum fure. de furt. qui melius loquitur & apertius secundū Ioan. Montolonium in Promptuario Iuris. in verb. argentū. vers. vltimo. & in verb. fur. col. ij. & hanc opin. tenet Archiepis. Flor. in iij. parte Summæ. tit. xxiiij. cap. lxxiiij. col. j. Angelica in verb. denuntiatio. col. fin. in verb. excommunicatio. iij. §. xx. Rosella in verb. excommunicatio. ij. §. xvj. Syluestrina in verb. excommunicatio. ij. §. iij. & viij. dicens notandum in practica. Formulariū provinciali chart. lxxviij. Decius in l. culpa caret. col. fin. ff. de reg. iur.

fur. Hadr. Papa noster in Quodlibet. fin. & est chart. xlvi. col. f. latius q. xj. per totū. maximè litera cc. vbi post Henric. de Gandauo mirabiliter subiicit, quod iuramentum de veritate dicenda non extenditur ad penitus occulta. facit Instructio ecclesiasticorum allegando Angelicam, vbi s. item vult Angelica referens Henric. in verbo, confessio delicti. §. j. & ibidē Syluestrina, & Angelica in verb. interrogaciones in confessione. col. j. allegat Prouerb. xj. Qui inuestigator est malorum, opprimetur ab eis. Et licet Rosella & Syluestrina videantur tenere contra Angelicam, volentes, quod teneatur dicere prælati in secreto, vt corrigat occultè: tamen hoc etiam in secreto fatebatur Angelica in d. verb. denuntiatio. §. x. Quæ propterea in d. §. xx. infert, quod si iudex in monitorialibus diceret quod scientes propalent, siue probare possint, siue non, quod non valent quia continent errorem intolerabilem: nisi adderet, qui non potest probare, dicat sibi in secreto. & sequitur Instructio ecclesiasticorum, vbi s. Nec placet saluatio Syluestrinæ in d. §. viij. dum intelligit tales monitorias saluo ordine Euāgelico: id est, prius corrigas inter te & ipsum, antequam dicas Ecclesiæ: quia denuntiatio quæ fit per tales monitorias, dicitur iudicialis, ad quam nō requiritur illa monitio inter te & ipsum, secundum Io. Andr. & alios in d. cap. nouit. & est de mente Tabienæ. in verb. accusat. §. xiiij. & in verb. inquisitio. §. vij. vbi in sua distinctione semper dicit, quem nō teneri dicere iudici, nisi de eo quod probare potest. & Alber. in Dictionario. in verb. inquisitio. allegat ad hoc cap. ernbescant. xxxij. dist. & cap. consulti. ij. q. v. etenim silent boni viri quod probare non possunt. cap. plerunque. ij. q. vij. Scrutinium chart. xxxij. in fin. j. pagina, allegando Hieron. Alex. lib. iij. cons. lv. perspectis. col. xij. & quomodo intelligatur illud, Dic Ecclesiæ. latè frater Thom. Illyricus de potestate Pontificis. chart. xxxiiij. Et sic patet quàm sit erroneus stylus eorum qui in monitorialibus dicunt, quod debeant propalare iudicialiter, vel coram notario & testibus, in forma fidem faciente. nam acta faciunt notorium. l. gesta. C. de re iud. Alex. in l. exitus. ff. de acq. pos. Felyn. in cap. significauerunt. col. ij. & iij. de test. Decius in cap. palto. ralis. col. ij. de excep. Alex. lib. v. consil. clij. viso processu. col. iij. vers. præterea etiam si sententia. vbi dicit, quod imò sola accusatio infamat: & sic videntur continere errorem intolerabilem. Et sic restringitur ista ampliatio, vt etiā si eam teneamus, quod

quod non procedat vbi id quod in secreto mihi fuit commissum, probare non possem. Secundò restringitur, vt hoc propalare in secreto nec in aperto teneat impentis meis: p̄nter hoc potest ire ad vicarium episcopi, vel Romam, vel alium degentem in remotis partibus, quem adire non possum sine impensa. Rossella vbi s̄. pro qua facit Alex. in l. recusare. §. si quis alio. col. j. ff. ad Trebel. Felyn. in c. p. j. de test. Bertach. in tract. de episcopo. lib. iiii. parte ij. q. vii. est chart. xxv. vbi volunt, quod debet testi satisfieri pro expen. & tempore perduto. quicquid ergo in contrarium voluerit Syluestrina, si monitoriæ aliter decernat, non ligant.

- 47 ¶ Tercio restringitur vt non procedat in cõinge, nec in descendentiibus, & alijs quos enumerat Angelica in d. verb. de nuntiatio. col. fin. qui sicut nõ tenentur testificari, ita nec propalare ob tales monitorias. & est de mente Panor. in d. chart. ad peccatũ. el. ij. de iureiur. dum dicit, quod tacere veritatẽ est peccatum: scilicet quando quis potest compelli eam dicere. idem vult Formularium prouinciale chart. lxxviii. dicens idem quando propalans ob hoc poneret se in aliquo scandalo, pro quo facit Steph. Maleroti in tract. de elect. chart. x. col. ij. post Bald. in cap. cum nuntius. de testib. vbi si ille qui solet mittere minas executioni, minetur mihi mortem: si recuso deponere, sum excusatus. quod not. Pari modo ergo excusaretur vasallus à propalando. contra dominum Prapof. in cap. j. §. similiter. per illum text. de consuet. rec. feu. Pari ratione excusaretur etiã aduocatus, vel medicus, ne dicantur prauaricatores & proditores causæ. l. j. ff. de prauar. Specul. in tit. de aduoc. §. nunc tractemus. col. si. vers. caueat. & vers. seq. Bar. in l. j. §. si is qui. ff. de fal. Nata in clem. sape. in fi. prin. de verb. sig. Ang. in §. præter ea col. j. inst. de leg. Aquil. Fely. in c. accedẽs. el. j. col. j. vt lit. nõ cõtest. Angelica in verb. falsarius. Rosel. in verbo, aduocatus. §. xj. & ibi Syluestr. §. x. Tabiena §. xiiij. Sed dubiũ facit, quia monitoriæ fiunt de occultis: vt dicam in ij. limitatione. & sic quãdo aliter veritas haberi nõ potest, quo casu aduocatus cogitur testificari. secundum Stephanũ Aufrerij de reprobationibus testium. in verb. aduocatus. ad fin. quia tunc nemo excusatur. Felyn. in cap. j. col. ij. de testib. cog. Hippol. in l. de minore. §. tormenta. col. fin. ff. de question. Curia Tholos. q. ccccxiij. an testes. quia occultare veritatẽ est peccatũ mortale, cuius correctio spectat ad ecclesiam. Hosti. in Summa de test. cog. §. j. ante fin.

fin. & §. & quia. ante fin. Sed istud dubium respectu Medici & Aduocati non procedit: quia in contrarium dicitur in chart. nam vulnus detegas, si opus medicatĩ expectas. Bald. in cap. super eo. de cohab. cler. & mul. dicam infra loquendo de aduocato sollicito: & vt confessorĩ, ita aduocato & medico est dicenda veritas. secundum Spec. in tit. de aduocato. §. nunc tractemus. circa princ. & sic comparatur aduocatus confessorĩ: vt ibi & pulchrẽ. Ias. in l. j. ff. de iust. & iur. Et pro ista opin. facit Ripa in tract. de Peste, dicens qd aliud est propalare admonitoriũ generale, aliud testificari. Ergo vt paulò s̄. dicebã si cõfessor cui ex necessitate dixi, nõ tenetur propalare, ita nec aduocatus, nec medicus. Quartò restringitur secundum Angelicam vbi s̄. quando quis vellet procedere criminaliter contra eum cõtra quem vellemus quem propalare, vel testificari. facit Capel. Tholosana d. q. ccccxiij. Angelica in verb. testes. §. xxvj. maxime pecuniariter, quia CHRISTVS nõ sic fecit quando liberauit adulteram: sed solũ dixit, Noli amplius peccare. Et sic patet quod limitatio Claud. in repet. l. vt vim. in chart. pen. ff. de iustit. & iur. dum dicit, quod quis in foro conscientie teneatur reuelare, est diligentius cõsideranda: quia omnes prædicti Summatores loquuntur in foro conscientie: quanquã & in procedendo in foro contentioso, etiam corã vicario episcopi non esset necesse seruare ea quæ sunt de stricta conscientia: vt Felyn. in d. cap. nonit. de indic. col. v. post d. Ant. in cap. inquisitioni. de sent. ex com. vbi ponit rationẽ diuersitatis inter vnũ & alterũ. idẽ Felyn. in c. j. de constit. col. x. tertius casus.

- ¶ Limita primò vt non possint concedi tales monitoriæ excommunicato. Panor. in d. cap. nonit. de iudic. col. ix. in ij. ad conditione. vbi dicit, quod etiam non admitteretur ad Euangelicam: licet secus in alio criminoso emendato. vt ibidem Imol. col. iiii. Decius col. xiiij. Roch. chart. xxij. Cap. Tholosana. q. clxxxix. incip. an excommunicatus. & hanc dicit ibi Aret. col. v. esse communem, licet aliqua adducat contra eam ad quæ responderet ibidem Roch. & quod ad iudicalem non admittatur, facit cap. intelleximus. de iudic. Subdit tamen Aret. in d. c. no uer. in fin. quod licet criminosus non admittatur, iudex tamen debet inquirere ex officio proprio vt faciat resarcire damnum eui debet, dicens esse singulare.
- ¶ Limita secundò vt istæ monitoriæ procedant pro rebus occultis: nam si sciretur quis istam rem esset furatus, seu aliàs aduer

aduersarius, debeo contra eum experiri & agere via ordinaria coram iudice cōpetente. Gemin. in cap. fin. de elect. lib. vj. vbi Anchar. & sequitur Felyn. in cap. ij. col. v. versic. circa tertium. de constit. vbi dicit, quod quando aduersarius est certus, non debent fieri ista edicta generalia: imò si fiant, nihil valent, vt per eum, qui dicit hoc esse notandum contra citationes quae fiunt per edicta. facit quod vult Anch. in regula, ea que. col. xx. est in viij. q. princ. vbi dicit, quod non debet procedi corā ec. clestiaſtico in peccato notorio, quando illo casu potest incurri per iudicem laicum. Sed super oculis in quibus non pateret probatio, nisi per monitorias, licet adire iudicem, qui potest melius prouidere: aliàs nec iudex laicus, nec ecclesiasticus possent ei succurrere, si tamen feratur excommunicatio, licet fieri non debuisset, tenebit. glos. in cap. j. vt lit. non contest. in glos. fin. in fin. not. in cap. reprehensibilis. de appel. in cap. Romana §. caueant. de sentent. excommunic.

- 49 ¶ Limita tertio vt non procedant tales monitoriae generales pro re leui, puta pro vna gallina: quia licet dicamus quod pro leui contumacia quis possit excommunicari, quia contumacia est peccatum. Felyn. in cap. ex literis. col. fin. de constit. in cap. testimonium. num. 25. de testib. in cap. cum super. col. ij. de test. cog. vbi dicit, quod tanto est maior, quanto ex minori re surgit. auth. si omnes. cum ibi not. C. si vt se ab hæred. abft. Bart. in l. si eo tempore. C. de remis. pig. & talis contemptus est delictum grauissimum. Barb. in Ioannina. col. cxij. quia hæc intelliguntur pro leui contumacia in non comparando, non pro leui contumacia in restituendo. l. creditor. §. iustus. ff. de appel. gl. magna. circa princ. in clem. j. de dol. & contum. Barb. in cap. de causis. in fin. iij. col. de offic. deleg. in cap. olim. col. iij. de rescrip. Decius in c. j. vij. not. j. lect. de iudic. & facit Alex. lib. v. cons. clj. incip. viso processu. col. iij. vers. nec ad hoc obstat. Stephanus Costa in cap. cum medicinalis. de sent. excom. lib. vj. col. iij. Ioan. Lup. de donat. inter vir. & vxor. chart. l. vj. col. iij. vbi de furante vnam candelam vel vnum clauum. ~~de excommunicat. vers. iij. Hadr. Papa noster in Quodlibetis. q. xj. litera ll. nisi in talibus esset animus damnificandi: quia etiam tunc committeretur furtum. idem vult Summa Tabiena. in verb. furtu. §. v. Et dicit Iaf. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. col. vj. quod res dicitur vilis quæ non valet duos aureos. Cacialup. de debit. fugitiuis. q. iij. in fine. pro & contra Andreas~~

Andreas Alciatus in repet. c. j. de iudic. nu. xvij. & seq. Et propterea inferebam quod non poterant cōcedi pro canibus, quæ plus incōmodi habent quàm cōmodi. vt Poggius faceria cxv. pro quo facit l. proprie bona. ff. de verb. sig. & facit frater Tho. Illyricus in tract. de potestate Papæ. chart. c. iij. illud Catonis: Quæ nocitura tenes & c. secus pro canibus vtilibus: vt sunt Molisi, vel eos de quibus Gilbertus post ij. Oeconomicorū Arist. char. vij. Item nec pro damno leui, puta dato per vnā gallinā, quam propterea quis nō debet occidere, sed capere si potest, & presentare iudici, ita in alijs animalibus. Pérr. de Lesnaudiere in tract. de doctor. iij. parte. q. lxxxj. nec liceret coquere semē canape cum sale, & spargere cum alio semine vt gallinæ vicini deustantes canapale moriantur. Ang. in l. j. §. item sit iniuria. ff. de extraord. crimin. Sed monitoriae fiunt vt restituat, nō autem precifē arctant ad comparē. ergo & c. Contra tamen præmissam communē opin. mihi facit alia communis opin. quam refert Alexand. in l. stipulatio ista. §. alteri. col. pen. ff. de verb. oblig. vbi pœna adiecta facta subrogato loco quantitatis ita censetur in fraudem vsurarū, sicut si esset adiecta quantitati. In proposito ergo ita dicendum est de ista contumacia quæ venit pro ista quantitate. ¶ Limita quarto quando iste monitoria essent criminosa & infamatoria alicuius personæ: pura qui cognouerit carnaliter talem mulierem, debeat propalasse. v. q. j. c. j. & tribus seq. l. item apud Labeonē. §. ait prætor. ne quid infamandi. ff. de iniur. Socin. cōs. l. cxvij. visa narrat. col. iij. & v. Bar. lib. iij. consil. xv. incip. capio. vltimo dubio, aliàs iniuriarum nasceretur occasio, vnde iura nascuntur. l. meminerint. C. vnde vi. c. qualiter & quādo. el. j. de accusat. Socin. cōs. l. cxliij. visa. col. iij. ¶ Limita quinto prædictam materiam d. Am brof. de Vignate in dictis locis, quæ simpliciter refert Guid. Pa præsing. dccvij. de monitione. vbi summat prædicta eius fundamenta vt debeat desisti à talibus monitorialibus contra aliquem, quotiescunq; ille talis corra quem fiunt in termino clau sunt iustificatiuæ quæ solet apponi in dictis literis. Zab. & Lamfr. de Brixia. in clem. de spectōsam. de iudic. super gl. in verbo, præmoniti. quam etiam Anch. & Imol. ibidem approbant, & eam dicit signandam Card. in x. not. & q. xx. & tribus seq. com pareret coram vicario episcopi, dicendo quod rem de qua in monitorialibus, non habet cum peccato, nec contra conscientiam: & si eam tenet, cum peccato nō tenet: sed est paratus stare

Comparēs
facit reuo-
cari moni-
torias.

iuri coram iudice competēti, coram quo se remitti petit & de-
fisti à monitorialibus : quia à præceptis non est inchoandum.
Iaf. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. ij. col. ff. de offic. procōf.
& leg. Et ideo illas esse reuocandas. Iaf. & Lancel. in l. si pacto
quo pœnam. col. ij. C. de pact. aut saltem resolui in simplicem
citationem virtute suæ comparitionis in termino clausulæ in-
stificatiuæ factæ. Doct. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper.
nou. nunt. & in terminis monitorialium. Card. & Lanfr. in d.
clem. dispendiosam. super gl. in verb. præcioniti. Aliàs profe-
teretur de nullitate tali enim casu dicit do. Ambros. quod iudex
ecclesiasticus tenebitur eum remittere & eximere : quia ad eum
non pertinet cognoscere an iustè vel iniustè teneat : nec po-
terit excommunicare etiam in genere. secundum Inn. Ioā. And.
dom. Ant. & Panor. in c. nouit. de iudic. Innoc. in c. statuius.
de offic. deleg. col. ij. post gl. ibi subiungens, quod in occultis
quando est cōfessus factum, non est ulterius cogendus. Bart. in
extrauag. ad reprimendum. in vers. per denuntiationem. An-
char. in regula. ea quæ. viij. q. prin. de reg. iur. in vj. Doct. in c.
cum sit generale. de for. compet. vbi omnes dicunt, quod nisi
ita diceremus, sequeretur inconueniens, quod iudex ecclesia-
sticus traheret omnes causas ad forum suum. faciunt Moder.
in apost. ad Benedict. de Plumbino in l. nōminatim. ff. de ma-
num. test. & dicit Panor. in d. c. nouit. col. antepen. in vj. addi-
tione. de iudic. quod facta ista comparitione, nisi peccatū esset
notorium, si denuntians vult quod procedatur coram ecclesia-
stico, debet probare quod talem rem teneo cū peccato : quod
est valde difficile. secundum eum, qui post Bart. & dom. Ant. ibi
col. xj. referentem Innoc. dicit, quod ad excludendum proba-
tiones quas faceret iste denuntians pro retinendo causam co-
ram ecclesiastico, sufficeret denuntiato allegare aliquam cau-
sam probabilem & verisimilem, per quam talem rem : enet. pu-
ta exemptione : nisi aliàs contra eum præsumptio laboraret :
puta quia esset vir modicæ fidei, vel à principio purè negasset.
52 Et ita etiam vult ibidem simol. col. fin. & Decius col. fin. im-
pugnans Felyn. & respondere ad illud, quod nō iterum dicto ali-
cuius etiam de consuetudinibus in animo, quādo habet præsum-
ptionem cōtra se. Bart. in l. inter omnes. §. rectè. de furt. vt non
procedat vbi agitur de conscientia. Item nec quando allegat-
ur causa probabilis. & cum ista vltima trāsūt ibidem Roch. in
An. iij. q. & dat aliam & tertiam solutionem, quod cum ista de-
nuntiatio

Statut di-
cto denun-
tiantis.

nuntiatio sit extraordinarius modus agēdi, secūdu Panor. ibi.
nimirū si in ea mitius agitur cū denuntiato. arg. l. cū qui. ff. de iu-
re iur. & hoc puto fortius procedere, quādo iste denuntiatas ta-
lem causam probabilem allegaret cū iuramento : quia tale iuramē-
tum malā præsumptionē excluderet. secundū d. Ant. in d. c. no-
uit. col. xij. pro quo facit Claud. in l. Celsus. col. vj. vers. iij. fal-
lit. ff. de vfu cap. dicēs, q̄ præsumptio calūniæ tollitur per iura-
mentū. Facit Iaf. in l. fin. C. ad Carbon. in l. iij. §. condemnatū.
col. iij. ff. de re iudic. Et puto q̄ possit iste cōparens cōditiona-
liter rēspōdere, dicendo, si teneo & c. ne aliàs simpliciter confi-
tendo se ponat in laqueo. Angelica in verbo, cōfessio delicti.
in fin. princ. facit quod vult Iaf. in l. manifeste. col. fin. vers. item
adde circa vltimam. de iure iur. vbi dicit q̄ quādo offertur iura-
mentū decisiuū, potest sic iurari : Si aliquid mutuaſti, tibi red-
didi : vel sic iuro, q̄ nihil mutuaſti ex quo sim tibi debitor. idē
Iaf. in l. l. verum debitorē. ff. de cōdict. indeb. col. vj. vers. ad
tollendum. Barb. lib. ij. consil. xij. incip. præclare. col. ij. Facit
quod vult idem Iaf. in l. iustitiam. & ad pecunias. §. ait prætor.
vlt. not. ff. de iure iur. vbi dicit, quod t̄ stante statuto quod de-
beat positionibus cum iuramento simpliciter responderi, po-
test ex causā rēspōnsio modificari : puta si est mutuum, & resti-
tutio eius fuerit in secreto, possum positioni respondere mo-
dificata : si mutuaſti, restitui. Alexan. in l. j. ff. de vulg. & pup. iij.
falleatia. Hippol. in repetit. rub. C. de probat. Angel. in §. his
itaq; instir. de iustit. & iur. Cartius in tract. position. xxiiij. bre-
uiloquio. Felyn. in c. præterea. col. j. de offic. deleg. vbi etiā di-
cit, quod iudex non potest cogere quem simpliciter responde-
re, quando quis respondit, quod si occidit aliquem, fecit ad sui
defensionem. plus dicebat Perus. in d. c. cupientes. col. j. per gl. j.
in verbo, malignantium. de elect. lib. vj. & Barbar. d. consil. xij.
quod hoc casu posset purè negari cum iuramento absq; timo-
re periurij. Felyn. in c. ex tenore. ij. not. de testib. Decius in c. ea
est natura. ff. de reg. iur. quādo quo ad iuramentum. in contra-
rium faciunt quæ dicit Iaf. vbi supra. & in l. cum proponas. la
ij. col. ij. C. de pact. Bologn. in repet. auth. habita. C. ne fil. pro-
pat. col. liij. versic. quid autem. Corf. in tract. de pot. regia. q.
lxxxvj. ad fin. dum dicunt, quod licet quando foueo iustam cau-
sam, possim vti canillationibus ad me defendendum, vt per
eos. & Hippol. not. clxxxvij. incip. malitijs. & Petr. Gerard. not.
xxvj. incip. tu habes. Decius in c. sedes. in primis verbis. de re-

Responſo
qualifica-
ta seu con-
ditionalis.

scrip. & faciūt quę dixi in iij. ampliāt. an quis teneatur seipsum indicare, non tamen est licitū vti mendacijs, falsis probationibus vel periurijs: licet pars aduersa illis vteretur cōtra me, ita imitātes gl. in d. c. cupiētes. ideo ad euitandū periculū mēdacijs & periurij melius est admittere talē respōsionē cōditionalem seu qualificatā. vt per Ias. & alios p̄dictos. Et propterea videtur q̄ admitti. debeat respōsio quę datur positioni, dicendo non credit vt ponitur, nec ad finē ad quē ponitur. quod relinquit indecisum practicus. P̄pos. in for. opponēdi cōtra positiones. in verbo primo q̄ publica vox. ad fin. vbi nihilominus videtur magis inclinare pro ista parte: licet dicat q̄ non vidit doctrinā perfectā. & hanc videtur tenere Alex. lib. j. cōsil. xiiij. incip. ex his qui in themate. col. j. repet. in eodem cōsil. xcvi. & in iij. part. cōsil. xix. vbi dicit valere illā respōsionē, nō credit vt ponitur: cū quibusdā alijs verbis ibidem additis. Est vtrū q̄ Spec. in tit. de positionibus. §. vij. versic. xj. circa mediū. dicit quōd licet aliqui admittant talem respōsionem, prout admittitur in libello, nego narrata prout narrantur: nihilominus iudex debet curare quōd positiones fiant clarę, & quid certū ponatur, & quid certum respondeatur. Sed non puto eius dictum procedere subsistere causa de qua supra: quia si fateor, incurro periculum soluendi bis: & si nego purē, incurro periculū periurij. Cogitandum ergo est, quia vidi peritissimos iudices admittere & respucere tales respōsiones: & non solū diuersos, sed etiam eundem iudicem diuersimodē in hoc articulo indicasse. Et secundum aliquos, legitime nō propalanti non creditur. clem. j. vbi gl. & Card. de renunt. cap. ij. de rescrip. lib. vj. auth. contra qui propriam. C. de non num. pec. Panor. in d. c. nouit. vlt. addit. de iud. Et an legitime propalauerit, vel nō, in d. c. quis in conscribendo. C. de pact. hæc mihi non dicit. ¶ Limita sextō, quando is ad cuius instantiā cōceduntur monitoria, prius pactū fecit cum parte, q̄ si etiā faceret publicari monitorias, q̄ nec ipse nec scientes per hoc teneantur propalare: quia excōmunicatio regulatur ab intentione excōmunicatoris. gl. in c. ij. de testi. cog. in c. P. & G. de offic. deleg. in c. j. de iud. ideo in excōmunicacione generali. Panor. in c. si sacerdos. de offic. ord. circa fin. Summa Tabienā in verb. excōmunicatio. ij. §. xj. & seq. facit Corf. in repertorio. Abb. in verb. excōmunicatio. col. iij. vers. si iudex p̄cipit. Et quod in simili dicimus de lege postriua,

postriua, cuius p̄cepta nō se extendūt vltra intentionē p̄cipientis. S. Thom. quē refert Hadria. Florent. de Traiecto Papa noster in quodlibeto j. litera k. est char. ix. col. iij. Sed si concedens monitorias sciisset hoc pactū, verisimiliter excōmunicatorias nō concessisset: ergo nō ligant. facit idem Panor. in c. ex parte. de offic. ord. in c. j. de loc. vbi quando cōstitutio p̄nalis emanat in fauorē vnius, cōtrafaciens non incidit in p̄nā, si ille de cuius fauore agitur consentit. vnde p̄ceptū factū debitori q̄ soluat infra Pascha sub p̄na excōmunicacionis, nō ligat, si creditor sibi tempus prorogauit. Rosariū Busti ij. part. ferm. xxxvij. litera q. Et ita consuluīt capitulū prouinciale fratrum Minorum. & cōsiliū composuit magister Ioanninus legens Taurini, & se subscripserūt septem Theologi. ¶ Septimo limitat Rosariū Busti vbi supra quādo debēs implere hoc facere nō possit: quia tales excōmunicaciones debent intelligi ciuili modo, scilicet quōd quis non arceatur ad impossibile. ¶ Superest pro cōplemēto materię subijcere aliquas quaestiones in practica frequētiore. ¶ Quero ergo primō factis & executis istis monitorialibus si aduersarius nō comparuit, nec propalauit seu restituit, quid agendū? Respōd. q̄ errant qui faciūt citari principālē ad allegādū causas quare nō debeat excōmunicari. Guido Papa. d. sing. dcviij. & etiā quia ab executione nō inchoatur. l. j. C. de execut. rei iudic. ideo bona practica est vt detur libellus corā dicecesano faciēdo fidē de propalationibus illorū quę dixerūt cōtra istū aduersariū, quę propalationes vidētur vtilēs. arg. eorū quę dicit Card. in clem. dist. p̄diciofam. q. xxij. de iudic. vbi Lāfr. col. ij. Proponēdo q̄ licet emanauerint monitoriæ generales cōtra detinētes res meas, & cōtra sciētes, & emanauerint excōmunicaciones generales: vt patet ex ipsīs monitorialibus debitē executis de quibus sit fides: licet alij propalauerint Titium talē rem meā tenere: tamē idē Titius propalare neglexit, nec restituere curauit, imō talē rē indebitē detinēdo, & cōtra cōsciētā perseuerat in peccato, tales cēsuras in cōtemptū deducēdo. Quare peto ipsum Titium sic in genere excōmunicatū cogi ad p̄nitentiā, & in specie & nominatim excōmunicari, cū magis timeatur quod specialiter iniūgitur, exindeq; non absolui, donec exeat de peccato & dictā rē mihi restituat, cū imploratione officij iudicis, & cū alijs clausulis in libellis apponi cōsueris. Et ista cōclusio libelli sonat in euāgelicā: quia vt p̄niteat. Itē & in iudicialē vt restituat. quod dicit

Roch. in d. c. nouit. char. xxvij. est vitale ad euitandū cōfictum op. in licet forma libelli in vtraq; denuntiatione habeatur in apost. Fely. in d. c. nouit. col. fin. in denuntiatione est necesse secundū Felyn. cōcludere certū per certū, nō autē sufficeret cōcludere præsumpitiuē. & ibidē Decius col. pen. dicit hoc verum in euāgelica, quādo nō agitur de priuato interese denuntiantis. Oblato ergo libello fiet lit. cōtest. Panor. in d. c. nouit. in si. prima addit. est col. ix. & infra latius dicā. recipiēturq; probationes parte citata ad videndū iurare testes. Et tūc poterūt examinari illi qui propalauerūt: quia aliās fidē non facerēt: nō enim possunt dici instrumentū, quia nō sunt rogati à duabus partibus. Alex. in lib. ij. cōsil. cx. incip. eximie. col. j. las. in l. preter. ij. col. ff. de edēdo. nec antea probant vt testes, quia nō iurati. Felyn. in c. de testib. per illū text. cū gl. antepen. vers. & inquantū. de testi. in c. constitutus. col. vij. vers. vnde absolute. de rescrip. vbi dicit, quōd Papa circa hoc dispēlare nō possēt. & in c. quis quaestioibus. de testib. illisq; publicatis si nihil opponitur & reperiatur, iste Titius culpabilis iudex pronuntiabit eū incurrisse dictas cēsuras in genere, praecepto sub pœna excommunicationis in specie q̄ exeat de peccato & rē restituat &c. Et ista est cōmunis practica, quam saepe vidi obseruari. ¶ Nihilominus ego putarē esse vtilius practicare alio modo, videlicet cōcludere in libello solūmodo q̄ cogatur ad pœnitentiā, nullā mentionē faciēdo de restitutione rei. nā idem effectus omnino resultabit: quia nō potest pœnitere nisi rem restituat. vt in regula, peccatum. Barb. in d. c. nouit. char. fin. vers. qualiter autem concipietur libellus. & erit magna vtilitas: quia in ista cōclusionē sumus in denuntiatione euāgelica, ex quo solū tenditur ad finem correctionis. vt volunt omnes in d. c. nouit. vbi Decius col. pen. & fin. Panor. in c. quemadmodum. col. iij. de iureiur. in qua non requiritur litis contest. nec ordo iudiciarius, secundum omnes indifferenter in d. c. nouit. vbi dicitur secus quando petitur rem restitui: & sic in iudiciali, & sic abbreviabitur lis, & cum minori impensu: imō fortius videretur quōd etiam nemine instante dicitur ex officio suo debeat denuntiare excommunicatum nominatim, & eum facere euitari, quando sibi constar. Aret. in d. c. nouit. ad fin. Panor. in c. parochianos. ij. not. & in cap. cum desydeseres. iij. not. de sent. excommunic. ¶ **¶** Quæro secundò quo iure possim agere coram ecclesiastico ex quo debeat sequi forum rei qui est laicus.

Respon

Respondeo quōd hoc est ratione peccati de quo solus ecclesiasticus cognoscere potest. c. nouit. de iudic. nec laicus est capax talis cognitionis. Panor. in c. si sacerdos. iij. not. vbi Barbar. col. iij. de offic. ord. Maria. in cap. verum. col. vij. & vij. de for. compet. maxime de excommunicatione in genere lata & eius viribus, an eam incurrerit ipse Titius, vel ne, solus ecclesiasticus cognoscere potest. facit c. veniens. de renun. vbi Panor. col. fi. vers. vlt. & c. dilectus. el. ij. vbi Panor. j. not. de præben. vbi dicit quōd quamuis ex monitorijs generalibus non quaeratur aliquid ius impetrati: potest nihilominus officium iudicis imploari vt illæ mandentur executioni saltē quo ad pœnam non parētium. ¶ **¶** Quæro tertio, an iudex ecclesiasticus possit cognoscere, an debeat Titius mihi talem rem meā restituere, an verò sufficiat pronuntiasse eum esse excommunicatum, & remittere postea cognitionem causæ iudici laico. Respondeo, quōd imō ipse ecclesiasticus etiā debet cognoscere, an res sit mihi restitūda: tum quia connexum est peccato: & de connexis idem est iudicium. c. translatō. de constit. Item accessorium sequitur naturam principalis. vt in regula, accessorium. lib. vj. Itē iudex preparatorij est iudex preparati. las. in l. quorrens. C. de iudic. Decius in rub. extrā eod. Item quia talis censura fulminatur vt exeat de peccato & pœniteat, sed pœnitentia sine restitutione est instructuosa. Felyn. in cap. ex tenore. in princ. col. penult. de rescrip. Laurētius de Rodulphis. in tract. de vsuris. ij. parte. q. cxxv. ¶ **¶** Quod tamē limita, si lis pēdet coram iudice laico contra Titium pro illa re: & postea pro habendis probationibus obtineo monitorias generales: & iste Titius non cōparuit, nec propalauit, an possim contra eum petere deueniri ad excommunicationem in specie. Respondeo quōd nō, quia vbi cœpit iudicium, finiri debet. l. nulli. C. eo. ff. de iudic. & continentia causæ diuidi nō debet. l. nulli. C. eo. facit c. lator. qui fil. sint leg. vbi Panor. & Præp. col. ij. vers. item notā. dicunt per illum text. quōd si causa principalis fuit intentata coram iudice seculari, nō potest ecclesiasticus qui cognouit de incidētī postmodum cognoscere de principali, sed debet partes remittere coram iudice seculari. nō obstat Guido Papæ ij. vol. consil. cv. in causa, quia motiua sua procederent vbi non fieret præiudiciū iurisdictioni laicali. lo. And. & alij in d. c. nouit. vnde in præiudicium iudicis pars renuntiare non potest. l. litigatores. in princ. ff. de arbit. gl. in verb. probari. in c.

Q 4

Propalationes non faciunt fidem.

58

si contra. de offi. deleg. lib. vj. Decius in cap. ceterum. j. not. de
 61 rescrip. in c. vt debitus. j. not. de app. ¶ Quæro quarto, an
 istis propalantibus qui vt plurimum solēt probare in scriptis,
 sit legenda eorum propalatio, quando postea examinatur in
 figura iudicij, si referant se ad eam petendo eam sibi legi prout
 communiter practicatur. Respondeo quod videtur quod sic,
 quia licet prima depositio sit nulla, hoc est quia nō iurata, nec
 fidem faciat, potest tamen testis se ad illam referre. secundum
 las. in l. legata inutiliter. in fin. vj. not. ff. de leg. j. licet Bart. ibi
 corruptè allegetur in libro meo. & ibidem Lancel. col. fin. fa-
 cit Felyn. in cap. cum in tua. col. j. vers. ij. limita. de testib. facit
 Hippol. in l. ex libero. iij. col. ff. de quaest. Flor. in l. j. col. j. ff. de
 test. Bart. & Bald. in l. si ad fi. C. de testib. vbi dicunt quod testis
 qui fuit examinatus si denuo examinatur de eodemmet nego-
 tio, potest petere sibi legi suam primam depositionem, quam
 iudex potest sibi legi facere, si vult. idē Fely. in d. c. cum in tua.
 in d. l. eos. & in d. l. ex libero. & in d. c. cum in tua. dicunt præ-
 fati Doct. quod si testis primo loco dixit vnum, postea aliud,
 statim primæ depositioni quam fecit cum iureiur. & non secun-
 dæ. de quo vide pulchrè Socin. in Bononiensibus, consil. xcij.
 lib. iij. incip. in causa d. Antonij. Ferratum cautela xij. incip.
 quaestio. & limitat vt per eos. Quantum autem attinet ad pro-
 positum nostrū in materia monitorialium, mihi videtur quod
 non debeat legi illa talis prima prolatio: quia hīc nullus sub-
 est timor variationis: nam illud primum dictum cum nō sit iu-
 ratum, nihil facit quominus testis possit contrarium cum iu-
 re iur. deponere absque timore cōtrarietatis, quia stabitur di-
 cto iuramento. Bart. in d. l. eos. Ferratus & alij in prædictis lo-
 cis. vnde cum Floria. Hippol. & Felyn. in locis prædictis dicāt
 quod est in arbitrio iudicis facere, vel non facere testi legi ta-
 lem depositionem, videtur quod nulla sublit iusta causa pro-
 pter quam debeat sibi legi. imò potius subest causa propter
 quam sibi legi non debeat, quia à communiter accidentibus
 obtinere tales monitorias faciunt scribi tales propalationes
 per aliquam personam sibi fidam quæ coadiuuat dicta propa-
 lantium, & illa describit quanto fauorabilius potest pro isto
 obtinente monitorias. vnde videtur iniquum quod isti testes
 debeant se postea ad talem dictum referre. arg. eorū quæ con-
 gerit Barbar. lib. ij. cōsil. xxv. incip. præclarè. col. penult. & fin.
 Paul. de Cast. cōsil. ccvij. super primo dubio & c. est in nouis.
 lib.

lib. j. cōsil. clxvij. esset enim dare materiam subornādi testes:
 quia bene est licitum instruere testem vt deponat dictū suum
 congrua ratione ita quod concludat: sed non tamen est per-
 missa instructio ad deponendum mutata substantia veritatis.
 Curt. in repet. l. admonendi. colum. lxxv. ff. de iure iur. Decius
 consil. clxxxix. col. viij. Felyn. in c. præterea. col. fi. de test. cog.
 in c. licet causam. col. xix. vers. & vnum circa. de probat. Baer-
 rius in §. pater. ad fin. instit. de testam. tamen facit se valde su-
 spectum Specul. in titulo de aduocato. §. vtriusque. vers. item
 sit cautus ne clanculo. & talis prima propalatio scripta manu
 illius est suspecta, quo casu quādo subest suspicio, dicunt Flor.
 Hippol. & Fely. vbi suprā. quod iudex nullo modo debet per-
 mittere legi talem depositionem. Et si dicatur quod hoc non
 procederet quādo in propalatiōe illi testes iurauissent, prout
 quandoque vidi fieri: quia tunc debeat stari primæ, & ne incur-
 ratur variatio debeat sibi legi. Quia respondeo quod ex quo
 sponte iurauerunt, quia monitoriæ non compellant nos de-
 ponere cum iure iur. sed solum propalare, etiam redduntur su-
 specti: debet enim testis coactè iurare. l. iurifuram. & l. si quan-
 do. C. de testib. aliās qui se ingerit suspectus est. l. quæ omnia.
 vbi gl. ff. de procur. Hipp. in d. l. ex libero. col. iij. in l. vnus. §.
 seruo qui vltro. ff. de quaestio. Barbar. in tractat. de Cardina. ij.
 tract. q. ij. col. iij. Felyn. in c. ij. col. viij. de testib. Corn. libr. iij.
 consil. cclxxxiiij. incip. in presenti consultatione. litera m. plus
 dicit Panor. in c. cum p. de accusat. quod ille qui se offert de-
 ponere contra me, dicitur inimicus meus. Cōcludo ergo non
 esse legendam testibus illam primam propalationē: & si sibi le-
 gatur & illi se referant, depositio sua reddatur suspecta. quod
 puto not. quia in practica quotidie occurrit: & nondum vidi
 in specie decisum, si iste propalās scriberet suam depositionem
 manu propria absque dictamine alicuius personæ: quia tunc
 cessaret huiusmodi suspicio. Sed Vide Panor. & Felyn. in c. de
 testibus. ¶ Quæro quinto & vltimo pro nunc quæ proba-
 62 tiones requirantur. Imol. in d. cap. nouit. col. vj. de iudic. dicit
 quod quantum ad excommunicationem in genere, sufficit vnus
 testis: secus dic quantum ad excommunicationem in specie &
 nominatim, quia requiruntur plenæ probationes, quia agitur
 de magna pœna. Panor. in c. clericos. de cohab. cler. & mul. in
 c. cum sit generale. col. iij. de foro compet. ¶ Quæro sexto &
 63 vltimo pro nunc, quid si principalis debitor propalauit: an
 Q 5

alius sciens adhuc teneatur pro palare. Respondeo quod non, per ea quae dixi in vj. limitatione de veritabili mente excommunicantis. item est superflua talis pro palatio. l. hac stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. nom. caue. cum sim. vt lat. in l. decē. ff. de verb. oblig. num. xxx. Marascot. in repet. c. j. de constit. lib. vj. col. xlij. nec abundat natura in superfluis, secundum Philosophum, quem refert Syluester contra Lutherum. char. xij. libro 64 j. c. iij. & char. lvj. est lib. j. c. x. ¶ TRESPONDENDO ergo ad Syluam nuptialem, ex praedictis patet conclusionem, Quod sit utile nubere, esse veriorē. Non quod inficiet quin possit esse talis mulier quam esset melius non habere, vt in simili. Periglus in l. legato generali. el. ij. ff. de leg. j. dicens. quod sono moliti homini ch'e me glo perder gle ch'e sinarrigle. Et licet ex praedictis satis colligatur solutio ad ea quae adducebantur ex opposito, quia cognitio veritatis est dubiatorū solutio. secundum philosophum. quē refert Syluester contra Lutherum lib. ij. c. fi. in princip. iij. Metaphysica. Lancel. Politus in tract. de offi. aduoc. in rubr. de prudentia. Nihilominus vt veritas lucidior appareat, ad vnumquodque fundamentum responderetur: vt j. quia vt dicit Philosophus in iij. j. Physicorum, vnumquodque pulcherrimè demonstratur non solum cum ostēditur quid sit proprium eius, & propria sui accidentia demonstrantur sibi inesse: sed etiam quando opposita circa ipsum soluantur. & in vij. Ethic. non sufficit verum dixisse, nisi causa fallitatis assequatur. & dicit Isocrates in oratione panegyrica, incip. iklos: char. iij. quod ad manifesta devenire nō sufficit nisi prius sublatis dubijs. Et dicit Platina de falso & vero bono. lib. iij. char. ij. quod qui volunt reponere nouum merum, vasa diluant necesse est, ne tetro saeculenti ac marcescētis vini odore nouum inficiant. & fuit sententia Boetij. lib. iij. metro j. incip. Qui ferere ingenuum. & dicit Ang. consil. cx. sanctissima. col. penul. quem sequitur Curt. Sen. consil. l. praesens consultatio. col. iij. vers. restat modo, quod nō respondere videtur ambitiosum aut ignorantiae tenebris inuolutum: quia non solum rami succidendi sunt, sed & radices euellendae, aliās frustra laboratur. gl. in l. obligationum ferē. §. placet. ff. de act. & oblig. in verb. lic. & in clement. dndum. §. super cathedram. in verb. radicitus. de sepultur.

LIBRI TERTII FINIS.

SYLVAE NVPTIALIS

LIBER QVARTVS.

ARGVMENTA.

1. Dicitur Matthaei xix. de non nubendo intelligi debet de valentibus continere.
2. Onus matrimonij an sit adeo timendum vt ipsius matrimonij intentum impediatur.
3. Persuadere minus malum an sit licitum vt maius euitetur.
4. Abstinentia à matrimonio, maiori subesse dicitur damno quam qui matrimonij onus acceptat.
5. Pauperes si laxa venit, ditissima res est.
6. Natura paucis ac vilius vt latatur.
7. Multa habens quandoque multis eget.
8. Mulier otiosa & sua habens commoda faciliè praesumitur luxuriosa.
9. Orii si tollas periere cupidinis arcus.
10. Aduersa fortuna plus quandoque prodest quam prospera.
11. Scientia & diuitiae vix simul possideri possunt.
12. Onera matrimonij facilius à sapiente feruntur.
13. Otium sine literis mors dicitur.
14. Amantis vita poenosa dicitur & damnosa.
15. Matrimonij subsidia & solatia cogitans non timet onera.
16. Apostoli dictum dicentis, Solutus es ab vxore, noli quaerere vxorem, qualiter sit intelligendum.
17. Matrimonium non est homini sapienti seruitus.
18. Rerum diuinarum contemplatio magnam seruo Dei iucunditatem inducit.
19. Maritus debet toti domui suae dominari, & tam corporibus quam bonis.
20. Acquisita per mulierem constante matrimonio praesumuntur acquisita de bonis mariti.
21. Bona per viduam acquisita an praesumantur ex bonis defuncti quaesita.
22. Lex quintus. ff. de dona. inter vi. & vxor. quibus casibus procedat, vel non.
23. Probatio vincit praesumptionem.
24. Fornicationis peccatum antiquitas minimum habebatur.
25. Mendacij peccatum grauissimum est & contra naturam.
26. Osculum libidinosum peccatum est mortale, & an sit sufficiens ad inducendam dotis priuationem.
27. Peccatum fornicationis reperitur tam in Veteri quam Nouo testamento punitum.
28. Mulieres multae vitae prudentes, & suis viris bona consilia dedisse.
29. Mulieris prudentia multum mederi solet vitijs maritorum.
30. Virtus pietatis dicitur inesse plus mulieribus quam viris, & ideo illae dicuntur citius saluari quam viri.

Virtus

- 31 Virtus dicitur tenere medium, & habet duo extrema vitiosa: vnum in deficiendo, aliud in superabundando.
- 32 Mulierum inconstantia non est à viris nubere volentibus consideranda: est enim proprium humanæ naturæ.
- 33 Incontinentia mulierum non est in causa nuptiarum alleganda: nam plures mulieres leguntur continuisse quam viri.
- 34 Mulieres dicuntur plus in coitu delectari quam viri.
- 35 Incontinentia mulierum quandoque excusabilis est.
- 36 Impudicitia reddit mulieres humiliores: & pudicitia insignis reddit eas imperiosas.
- 37 Mulier in vno vitiosa non est omnino damnanda.
- 38 Mulierum incontinentia non est semper illis ascribenda.
- 39 Persuasio nimia quandoque habetur loco compulsionis.
- 40 Preces & pretium æquiparantur.
- 41 Pretio aliquam corrumpens dicitur vim intulisse.
- 42 Leno peioris dicitur conditionis quam diabolus.
- 43 Amantis astutia diuersimodè consideratur.
- 44 Dispositio leum qui duas. C. de adult. non procedit vbi matrimonium secundum esset contractum per errorem, & alijs diuersis casibus. num. seq.
- 45 Amantes vt plurimum sunt in suis astutijs obstinati & excecati.
- 46 Dispositio l. j. C. de rap. virg. feruētissima est, sed multas recipit limitationes.
- 47 Viris potius ascribenda est incontinentia quam mulieribus.
- 48 Amor verus nō potest esse diuisus.
- 49 Reprehensione dignus nō potest alios cōmode reprehendere.
- 50 Mulier ex adulterio mariti lucratur augmentum dotis.
- 51 Error parvus à principio fit p̄sepe magnus in fine.
- 52 Legis proprium est præcipere.
- 53 Vitium zelotypiæ multum nocere potest in matrimonio.
- 54 Maritus non debet tribus ex causis esse zelotypus.
- 55 Credulitas nimia, stultitia reputatur.
- 56 Mulierum incontinentia viris est ascribenda.
- 57 Cedere iuri sibi oblato nemo debet.
- 58 Naturæ limites modicum transgrediens non est vituperandus.
- 59 Mulier excedens curiositatem pulchritudinis aut vestium & similibus vanitatum facile decipitur.
- 60 Venter mero æstuans facile despumat in libidinem.
- 61 Auarus non est in episcopum eligendus.
- 62 Absentis fama non est præcipuè in conuiuijs rodenda.
- 63 Choreæ nocturnæ sunt mulieribus impertinentes & periculosæ.
- 64 Mulier inuito marito nocturna conuiuia frequentans vel extra domum pernoctans potest repudiari.
- 65 Conuersatio cum infamibus impudicitia suspitione inducit.
- 66 Loquens ad aures super eo suspitionem fraudis inducit.
- 67 Licitum non semper est honestum.
- 68 Episcopus debet malos mores corrigere, ne sanguis omnium de manibus suis requiratur.

Prohi

- 69 Prohibentur multa non quia mala de se, sed ad malum inducentia.
- 70 Laruarum vsus an & quando sit prohibitus.
- 71 Episcopus potest prohibere ludos hasardicos sub excommunicationis pœna.
- 72 Furtum potest prohiberi sub pœna excommunicationis.
- 73 Edictum principis de non chorifando de nocte, validum est.
- 74 Correctio fraterna debet esse rationalis & discreta, quæ non tendat ad peccatum.
- 75 Edicta pœnalia præcipuè pœnam spiritualem inferentia periculosa sunt, & euitanda est eorum multiplicatio.
- 76 Vocans aliquem bonum hominem potest iniuriarum teneri.
- 77 Colloquia, amplexus, oscula, & similia præparatoria sunt ad libidinem.
- 78 Osculum par esse dicitur adulterij.
- 79 Vxoris curam habere debent præcipuè tria genera personarum.
- 80 Mulierum impudicitiam quandoque conuenit dissimulare.
- 81 Mulierum impudicitia multis rationibus est viris imputanda.
- 82 Honestatem violare an aliquo casu sit licitum.
- 83 Delictum præcipiens an tantum peccet quantum delinquens vel committens.
- 84 Deū propter temporalia cōtemnere iniquum est & miserabile.
- 85 Vir vitiosus non potest commode vxorem pro æquali vitio redarguere. Turpe enim est doctōri cum culpa redarguit ipsum.
- 86 Familiaritas nimia semper debet esse suspecta.
- 87 Cauendum est non solum à malo, sed etiā à suspitione mali.
- 88 Absentia summum remedium est amoris, & loci mutatione communiter mutatur mentis affectio.
- 89 Appellatione ciuitatis quandoque venit comitatus.
- 90 Identitas rationis quid in interpretationibus operetur.
- 91 Statuti dispositio procedere potest etiam in casu ficto si casus verus & fictus æquiparentur.
- 92 Spiritus peruersus difficile corrigitur.
- 93 Maritus ob panis vsu comestione multus versutis à iuuenibus derisus, quid breuiter habeat respondere.
- 94 Natura humana prona est ad malum ab adolescentia.
- 95 Mulieres multis gaudent prerogatiuis quæ nō sunt in viris, & si ipsæ (vt faciunt viri) scribere auderent, viros ipsos confunderent.
- 96 Prudentis viri est vnumquodque examinare prout natura requirit.
- 97 Aetas cur nunc breuior dicatur.
- 98 Virginitas mulieris atrahit ad se elephantem.
- 99 Matrimonio sedantur inimicitia.
- 100 Opera multa sunt falso alijs ascripta, vt Virgilio Priapismus &c.
- 101 Poëtarum proprium est mentiri.
- 102 Ingratus non dicitur moraliter viuere.

Vulgi

- 169 Fortuna raro virtuti aduersatur.
 170 Tyranno au sit tanquam præposito discholo parendum.
 171 Timor communis iungit separatissimos.
 172 Nobilitas factum : factus litem parit & arma : Lis odium,
 carpunt hæc tria mortis iter.
 173 Officium publicum per partialitatem obtentum exercens
 peccat.
 174 ~~Partialitas dicitur in rebus publicis esse quædam est~~
 Partialitatis peccatum qualiter sit puniendum.
 179 Potestatem malis artibus acquisitam bonis moribus admini-
 strari difficile est.
 177 Partiales & factiosi à curijs principum sunt expellendi ne
 alios inficiant.



NON obstat ergo primum illud quod scribi-
 tur Matth. xix. quia fateor illud procedere
 in valente continere : sed quis est hic & lau-
 dabimus eum ? vt dictum est s. in vij. funda-
 mento partis contrariæ de incōtinentia, dum
 disputatur. An liceat relicta vxore adultera
 alia superinducere : & in xij. ratione huius partis circa princi-
 pium. & potest secundo responderi vt j. dicam, respondendo ad
 tertium. ~~Præterea dicitur in i. q. d. de for. mul. c. de for. mul. c. de for. mul. c. de for. mul.~~
 Ang. in l. fin. §. ipsum autem. C. de bon. quæ liber. fortius Deus
 pater optimus maximus beatam & immaculatam semper Vir-
 ginem Mariam in sponfam voluit, vt testatur codex Hebræo-
 rum, quem refert Bertach. in tract. de episcopo. chart. xxij. est
 lib. iij. col. j. latius Petr. de Lesnaudire in tract. de Doctorib.
 iij. parte. q. lxxxv. & seq. eandem sententiam vide per illū He-
 bræum qui consulebat Pontificem suum. Sed nunc Iudæi tenent
 vnum librum ad oppositum. secundum episcopum Scilacensem
 in tract. de fide cathol. char. fin. col. ij. dum tamen dicitur quod
 CHRISTVS erat sacerdos templi vide Matthæum Bosū epist.
 lxxxvij. Quæ virgo, mater gratiæ, lumen æternum mundo ef-
 fudit IESVSVM Christum dominū nostrum, qui est sol iustitiæ,
 qui pro nobis homo factus est, in cuius nomine omne genu
 flectatur cælestium, terrestrium, & inferorum. Barb. in cap.
 nullus. de foro compet. col. antepen. Tremolus in addition.
 practicæ Bonacursij. ad fin. qui solus p. p. tendens ad d. n. q. d.
 candela amoris, quæ semetipsam consumit, vt nos illumina-
 ret. c. fin. xv. q. fin. acerba eius morte mortem nostrā occidit,
 & san

& sanctam catholicam Ecclesiā despōsavit. vnde, Mente agi-
 ta pretio quo sis ingrata redemptus, & si tanti humanum ge-
 nus es quod te sanguine diuino redimeret, & in crucis patibu-
 lo corde aperto pendens desleat:

Huc me sydereo descendere fecit Olympo,

Hic me crudeli vulnere fixit Amor.

Languero, nec quicquam nostro succurrit Amori.

Fortis Amor docuit vulnera tanta pati.

Pungentem capiti Dominum gestare coronam,

Pectus vt hauriret lanca fecit Amor.

Felle sitim magni Regis satiavit amaro:

Ille pedes clausi fixit, & ille manus.

De me solus Amor potuit habere triumphum:

Solus Amor docuit vulnera tanta pati.

Ergo pro meritis animi mihi pendere grati,

Dilige: pro tantis fat mihi solus Amor.

¶ Non obstat secundū ¶ de oneribus matrimonij: nec etiā di-
 ctum Philosophi paulò ante primū fundamentū per aduersan-
 tes allegatū, Quodcūq; feceris, te pœnitebit. Et sic non possumus
 inuenire pannū sine suo reuerso. Ang. in l. j. in princ. ff. de
 ap. facit Cod. de for. mul. c. iij. & seq. Quia respōdeo. &
 ista solutio satisfaciēt etiā primæ ampliatiōni. & sic vnica bul-
 lera transibo duo pedagia, & duos parietes eadem fidelia deal-
 babo. Polydor. prouerb. cclxxxj. Eras. in j. parte. prouerb. xc.
 & illud Horatij, Tūne duos vna scuisima vipera cœna. refert
 Barba. in c. prudentiam. col. ij. de offic. deleg. vbi not. xix. quod
 dicuntur fieri tunc duo clauī in vna calida. idem Barb. in cap.
 Raynut. de testam. col. xlij. Igneus in reperit. athen. ex causa.
 in arg. d. Laurent. circa fin. est col. cix. imò plus debemus dilige-
 re animam proximi, quàm corpus proprium. j. lo. iij. Hadr. Pa-
 pa noster quodlibet j. char. xj. col. j. quia cōcesso hoc dicto, se-
 quitur quod minor pœnitētia tanquam minus malum erit eli-
 genda. c. duo mala. & c. seq. xij. dist. l. fin. in fin. vbi Ias. vlt. not.
 C. de Carb. edict. Hadria. Papa noster quodlibet. j. est chart. vj.
 col. iij. & xj. col. j. & q. ij. in iij. puncto. litēra E. dicit, ¶ quod est
 licitū persuadere minus malum, vt euitetur maius. idem vlt
 chart. xliij. col. j. & c. x. col. iij. & in iij. q. vj. q. principalis.
 & chart. lxx. col. ij. dist. quod in rebus quod dicitur ex officio vt cæ-
 tera salua fiat. quicquid dicat scotus. & hoc tenet Arist. iij. Te-
 picorū. & in iij. Ethic. subiicit, q. minus malum habito respe-

Et uad maius, habet rationē boni. & refert Lancel. in d. l. si Salo mon. in reper. l. Gallus. §. & quid si tantū. char. j. idē Marth. Bo. sias epist. cvij. questio. Corn. lib. ij. consil. lxxix. de duobus. col. v. vbi subiicit illud euangelicū, Tene certum, & dimitte incertum, vnde postquam in omni re periculū inest homini. Bauer. in §. nihil. col. iij. instit. de testam. ¶ Sed damnū quod cōsideratur in matrimonio, respicit solū corpus: damnū autem abstinendi à matrimonio, respicit & corpus: vt per Fregos. in planctu Heracliti. c. viij. & animā quā pretiosior corpore. l. fancimus. C. de sacrosanct. xij. q. ij. præcipimus. Calcan. cōsil. cij. incip. pro parte. col. iij. Catell. ij. parte Memorial. in vers. anima. latē Bon. in tract. de nobilitate. parte ij. col. iij. & iij. Rosariū Busti ij. parte. ferm. x. litera z. & seruitibus lis operita. artic. ij. iij. dist. circa med. est chart. xxij. pro qua quā permutatioem dabit homo? Matth. c. xvj. in fin. Socin. lib. j. consil. xxij. col. ij. incip. circa prædictā. vbi col. iij. dicit, Quid enim prodest homini si vniuersum mūdum lucretur: animæ verō suæ detrimentum patiat? & Barbat. in Ioannina. cxx. lxxix. & x. pulchram rationem assignat Somnium Viridarij lib. j. c. lix. est chart. xv. igitur melius amittere capam, quā vitam. gl. in l. pen. ff. de instit. & iur. facit Gellius, quē supra retuli in x. ratione. hanc consequentiā facit Pauin. in tract. de visitat. col. ij. Ferratius cautel. xxxij. quotidie ad fin. Item ratio damni, corporis, & anima præponderat damno corporis solius: quia duæ rationes vincunt vnā. §. sed hodie. instit. de adop. c. cū infirmitas. de pœn. & remis. l. re cōiuncti. vbi las. in vj. not. ff. de leg. iij. Et ita in proposito in terminis nostris respondet Henric. Boich in c. commissum. in princ. desponsal. & matr. Et sic non ob. c. nos nouimus. xvij. q. ij. Et sic onera matrimonij quæ respectu impensæ non debent cōsiderari. Nam ¶ Pauperies si lacta venit, ditissima res est. gl. in verb. caute. in auth. de tabel. pulchrē Seneca epistol. xliiij. priuilegia. & cxx. quotiēs. Ant. in Peregrino lib. iij. c. xxij. quæ superueniens curat. Et sonat quod Tollere dolosam nescit medicina podagram. Felyn. in c. presbyterorum. in fin. de homic. Petrarcha epist. xxix. annilem. lxxxix. vna mihi. char. xxx. & vnam aliam receptam ad podagram refert Afflictus constitutione, quicunq; mulierem. col. ij. facit gloss. in c. legimus. de cōsecrat. dist. v. allegando Horarium. Conueniunt plura quæ cogit Christoph. Lafranchinus in tract. de præcedentia Doctorum & militum, charta xj. & duabus seq. frater Bernard.

Anima
præponitur
corpori.

Bernard. de Busti in defensorio montis. char. lxxj. & lxxvij. latius Cepol. in tract. de imper. mil. delig. char. antepen. vers. allegatio verō diuitiarū. Guilelmus Rouille in tract. de descriptione iustitiæ. lib. ij. cap. viij. Beroal. in tract. de felicitate. post med. Petrarca de Remedio vtriusq; fortunæ. lib. j. dialog. liij. de diuitiarum copia. & lib. ij. dialog. cxxxj. de damno. & contra diuitias, vide latē in duobus sermonibus beati Baslij à Greco traductis. Et si ad naturam viues, nūquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam eris diues. Seneca epist. xv. & seq. Landolphus in vita Christi, parte j. cap. lxxj. litera e. Boëtius lib. ij. prosa v. incip. sed quoniam. Albertanus de opibus acquirēdis, & eriam retinendis. ¶ Nam paucis natura cibis, ac vilibus vti lætatur & c. Philephus decade vj. satyra vj. nō nullos. circa fin. latius deca. iij. saty. vj. incip. non mihi. & deca. ij. satyra viij. incip. prodigus. & deca. viij. satyra ij. incip. rusticus. & satyra vij. incip. fortis. & decade ix. satyra ix. incip. diuitijs. vbi laudat paupertatem. & decade x. satyra ij. incip. paupertas. Brunus in statutis excludētibus scēminas à successione. artic. iij. col. j. Nauis Stultifera de sollicitudine diuitiarum. char. xxvij. & chart. xej. de contemptu paupertatis. ditices enim aut iniquus aut iniqui hæredes. Luc. de Pēna in l. ij. C. ne rustici ad vllū obseq. lib. xj. nam totum Euangelium vbiq; eas detestatur. hinc dicit rustici, Qui timet de anima, nūquam erit diues: qui timet de corpore, nunquam erit audens. facit Erasim. parte j. proverb. decc. liiij. & qualem dolorem conceperit Petrarcha ex diuitijs, vide per eum epist. xcviij. hesternē. & priuilegia paupertatis ponit Ang. in §. item propter paupertatem. institut. de excus. tut. pro quo Apuleius in prima Apologia, qui eā valde extollit: & epistola ante Bibliam incip. qui terrenis. pro quo Catell. ij. parte Memorial. in princ. pro cēmij. Ioan. Fab. instit. qui & ex quibus caus. man. non poss. in princ. vbi allegat Senecā. & inquit pro uerbium, quod refert Marian. in tract. de oblat. lib. xvij. in fin. totum fuit alterius, totum erit alterius. & vbi multę sunt opes, & multi sunt qui comedūt eas. Eccles. v. ¶ Nam multis eget, qui 7 multa habet. Gellius lib. ix. cap. viij. verum est. & tamē segnius expediunt commissā negotia plures. gl. in liij. §. quamuis. in ver. facilius. ff. de admin. tut. imō Scire volunt secreta domus, atq; inde timeri. gl. in cap. ex merito. vj. q. j. Eusebius de Evangelica præparatione. lib. xliij. c. iij. ante fin. licet famulus sit ad dominum, non dominus ad famulum. Curt. Sen. consil. xlvj. in

fin.col.ij.imò & sunt fures, vt dixi suprâ in decima ratione adiutorij, ad eò quòd erit neceffe dicere, Tot hostes, quot seruos, vt Seneca epist. xlvij. Polydor. Prouerb. xix. Erasmus ij. parte Prouerb. ccxxxiiiij. vide fratrem Ludouic. de Veritate contrit. in decimo præcepto legis diuinæ. ad fin. & in c. de peccato auaritię. est char. lxxv. Aeneam Syllium epist. xlv. magnas pulchrè Vdalr. in l. ij. ff. de orig. iur. col. lxxij. & in eius oratione ad laudem legum. quæ incipit, ex multis. & in oratione incip. superiore anno. Georg. Florus in dialogo de bonis temporalibus. chart. xv. & pluribus seq. & quomodo debeant serui tractari. Philosophus j. Oeconomic. cap. v. & chart. ix. Plebanus Arlotus post medium. facetia, ad castigandum vxorem. item Cantabit vacuus coram latrone viator. gloss. in §. idemq; institut. ex quibus caus. man. non licet. & diues semper timet etiam in lecto. propterea & Plato & Salomon, quos refert Eusebius de Euangelica præparatione. lib. xij. cap. xxij. dicebant, Paupertatem neq; diuitias dederis mihi Domine. contentemur ergo mediocritate, vt Campanus ad Papiensem, de fratris obitu. chart. fin. dum vituperat pompam funebrem. Petrar. epistol. lxxv. delectari. & epist. cj. summe. Card. Papa in Epistolis. chart. cccxxv. fragilis. est suum testamentum quod ibi ponit in fin. Epistolarum ante Chronicam. est enim pompa mundana breuis. vt ibi epist. quantis. & epistola seq. est charta cclxxij. August. Dathus lib. j. oratione penult. & fin. de medio vitæ statu. imò Exiguo pulchram ducit solertia vitam. gloss. in verb. solertem. in clemen. j. de offic. deleg. & econtra, Richeza mal disposta, a pouerta se acostat. Salyc. in l. vbi adhuc. col. ij. C. de iure dot. facit Celestina actu iij. incip. ad eò. circa medium. vbi de auaritia diuitum actu xij. post medium. Plus dicunt aliqui, & docet experiētia, quòd T mulier quæ habet ita sua commoda, est communiter otiosa. ergo luxuriosa. Claud. super Lucam chart. lxxiiij. allegando Ezechiel. xvj. Nam Ouid. in ij. de Arte: Luxuriant animi rebus plerunq; secundis. & Dardanus, Obcæcare animos facta secunda solent. hinc dicit Aefopus, quòd fortuna est ignarus medicus, quæ multos excæcat. & Cicero de Amicitia dicit, quòd non solum ipsa fortuna cæca est: sed eos etiam plerunq; efficit cæcos, quos complexa est. Pavinus in tract. de vilitatione. vij. quæst. ij. part. col. fin. vbi ponit versum, Diuitijs vti res est aduersa saluti. Biblia Aurea cap. cxij. de proprietate mundana. Albertanus de luxuria. & rubr. seq.

seq. Aegidius de regim. princip. lib. ij. parte prima. cap. xliij. & parte secunda. cap. xix. Stephanus Canuti in regimine castitatis. charta vj. cap. viij. ante finem. Iodocus in tractatu de nobilitate. cap. xvij. & sequen. & Alberi. in l. si quis ad declinandam. in fin. C. de episcop. & cleric. Hadrianus Papa noster in Quodlibetis. quæst. vij. litera A. secunda. allegando j. ad Timotheum vj. quem etiam & plura alia allegat Instructio ecclesiasticorum. charta viij. & seq. T Otia si tollas periere Cupidinis arcus. Queritur Aegisthus quare sit factus adulter: In promptu causa est, desidiosus erat. gloss. penult. in cap. nunquam. de consecrat. distinct. v. post Ouidium in j. de Rem. Rosarium Busti secunda parte. ferm. xxvij. litera q. & Seneca tragedia octaua. nutritur inter læta fortune bona. & Horatius: Miserarum est neq; amori dare ludum. Et dicit Gallus, quòd duo faciunt meretricem, Trop ayle, & mesays. Host. in summa de sacr. non iteran. §. quot sunt species. colum. j. frater Ludouicus. de veritate contritionis. in ix. remedio contra luxuriam. Erasim. pro uerbo ultimo. Auris Bataua. dum loquitur de Hollandia. etenim sine Cerere & Baccho friget Ventus. Polydor. pro uerb. cxxxiiij. Matthæus Bostus epistol. lxxxix. quod ego. & xcj. miror. Iodocus in tractatu de nobilitate. cap. xx. facit. Politianus centuria prima. cap. xv. allegando Iuuenal. & Ouidium, quem refert Hostien. in Summa de pœnitentijs. §. de quibus peccatis. colum. iij. versicul. quæ autem. Molliant animos lectus & umbra tuos. Franciscus Barbarus. de re vxoria. libro secundo. capit. v. de victu vxoris. & dicit Boëtius, quem refert Dodus in apologia contra fratrem Samuelem. charta vigesima quinta: Thominibus plus prodesse aduersam, 10 quàm prosperam fortunam. allegat etiam Psalmistam. facit quod dicebat Papa Iulius, quando vidit nunquam potuisse superare Ducem Ferrariæ, quòd ille dux multum sibi tenebatur: quia fecerat eum meliorem capitaneum Italiæ ob cōtinua bel la quæ ei Iulius intulit: nam vexatio dat intellectum, vt dixi in princip. operis. & sæpe extrema necessitas in virtutem vertitur. Morus in repetitione Vtopiæ charta lxxxiiij. & dicit Seneca: quem refert commentum Cicer. in j. Offic. chart. xxxvij. quòd calamitas est virtutis occasio, & felix necessitas quæ ducit ad bonum. cap. si quis fortitudinem. xxiiij. q. iij. prout dicimus, quòd mala quæ nos hinc premūt, ad Deum ire compellūt. Gregor. quem refert Hadrianus in Quodlibetis. q. vij. col. pen.

& vt inquit Marc. Varro. Paupertas optimus est ad summas diuitias progressus. Propterea dicebat ille, quod melius est pauperem ducere: quia si ipsa vel filia adulteretur, erit minus malum: quod id fiat per necessitatem, quam propter superfluitatem & delicias. l. palàm. ff. de ritu nup. dicam infra latius. Respectu autem filiorum, licet pater debeat thesaurizare filijs secundum Apostolum, quem refert Fabian. in repet. auth. nouiss. in xij. q. col. fin. C. de inoffic. test. facit l. scripto. ff. vndeli. ber. l. nihil. §. j. ff. de bon. liber. gl. in c. prædicator. xvj. q. j. in l. Paulo Calimachio. §. j. de leg. iij. Pich. in rep. l. in quartam. col. xlvij. in viij. limitatione. Bald. lib. iij. consil. cxv. considerandum. in fin. Barbat. lib. ij. consil. lx. col. vj. incip. illud. & consil. xx. illud. col. vj. Socin. lib. ij. consil. cclx. capio primum. in fine col. iij. pulchrè Ang. cōf. cx. sanctissima. col. iij. Igneus in rep. authen. ex causa. col. xcvi. cōsensu. vbi Saly. C. de repud. quando tamen superabundant filij in diuitijs confidentes, virtutes cōtemnunt: vnde felix necessitas quæ cogit ad bonū. c. si quis fortitudinem. xxij. q. iij. Landolphus in vita Christi j. parte. c. lxxxj. litera e. & lxxxij. litera e. Philephus in Sary. decade. xi. hecastica. ix. incip. diuitijs multū. Seneca ad Lucillum epist. xvij. & epist. xx. Fregos. in Valeriana. lib. iij. c. iij. de paupertate in primis verbis. hinc dicimus, quod ¶ sciētia & diuitiæ possideri nō possunt. c. gloria episcopi. xij. c. ij. §. pen. Cacialupus in tract. de modo studendi. col. iij. facit Barbat. in ele. j. §. nos itaque. col. iij. de iure iur. vbi allegat illud, quod sensus ex pinguedine crassus efficitur. Et mutantur mores cum concomitantur opes. Pulchrè & latè Rosarium Bult. ij. parte serm. xxx. per totum vbi disputat ad partes. Bolog. in repet. authen. habita. C. ne fil. pro patr. col. xxx. ver. vltius not. secūdū eum, quod respondit Phocron Atheniensis legatis Philippi regis Macedonum, sibi offerentibus munera. quem refert Mēsa Philosophica in rub. de pauperib. paulo ante medium operis: de Fabritio in simili Gell. lib. j. c. xiiij. incip. Iulius. Morus in repet. Vtopiæ. char. xxvj. & dicit Philorinus in dialogo vulgari capitis & birreti. char. pen. quod non benè conueniunt diuitiæ cum virtute. Quantum autem ad filios, habetur egregium responsum Socratis datum vxori roganti, vt alicui filios commendaret. dixit enim, nemini: nam si mei similes erunt, nulla indigebunt cōmédatione: sin secus, nolo filij Socratis dicantur. refert Platina de vera nobilitate char. iij. & illud: Si mihi sint

sint similes, satis est hic paruus agellus: Si mihi dissimiles, nimis est ille sibi ¶ Alia ouera in matrimonij à sapiētē facilliter suscipiuntur, maxime post alluēfactionem. Erasmus ij. parte Proverb. dccclxxxv. nota res malo, optima. & Quid. ij. de Remed. dicit. Esse solent magno damna minora bono. hinc dicimus, quod bonus est solidus qui melioret florenum. Laurēt. de Rodullis in tract. de vsuris. char. xxvij. col. iij. vers. ad responsiones. imò verte te quocunque volueris, vndique sunt angustia. Er in sudore vultus tui, vesceris pane tuo. Gen. c. iij. A medeus in dialogo de Amicitia. chart. xxj. allegans illud poëticum: Laboribus vendunt Dei nobis omnia bona. facit Codrus serm. iij. Christophorus Niger in versibus impressis ante Strabonem. incip. Dandule das tanto. Boëtius lib. ij. prosa iij. incip. tum ego: quam vulgarem fecit Tibaldeus in cap. incip. Chi dice esser felice, chi non nasce. Ioan. Lup. de donat. inter vir. & vxor. char. xciiij. col. iij. dicens, quod homo est natus ad labores. lob. v. Archiepisc. Flor. in j. parte Sumæ tit. v. §. v. vj. & hoc docet experientia: nam quando aliquis nescit quid agat, tempus est fastidio. hinc dicimus quod ¶ otium sine literis mors est. Senec. epist. lxxxij. detij. & Ennius, quæ refert Gellius lib. xvij. c. x. memini. Otio qui nescit vti, plus negotij habet: quia cum est negotium in negotio & c. hinc Bart. in procem. trium lib. C. dicit, quod non poterat exhilarare ab ægritudine, nisi aliquid componeret. & ibi Moder. in Apollil. & Odofr. referit, quod Azo nunquam infirmabatur, nisi tempore vacationum. vnde melius est laborare, quam torpescere. postquam euenit vt ferro, quod si exerceas, conteritur: si secus, rubigo tamē interficit. Gellius lib. xj. c. ij. elegans. & de otio literario Beroaldus in annotationibus char. lvij. epist. incip. Portius. Et propterea dicit Cyn. in l. actor. col. ij. C. de probat. quod licet homo nascatur nudus, nō propterea debet præsumi pauper: quia ipsa natura facit homines rationales & industriosos, & ex labore & industria quaerunt diuitias: aliàs non posset viuere. ex quo qui non laborat, non manducat. gl. ij. in l. quamuis alienus. ff. de dam. infect. meritò igitur præsumitur quis acquirere in futurum & ditari. l. curat. §. deficientium. ff. de muner. & honor. Et licet omnes clament de istis oneribus matrimonij, euenit postea nupto quod refert Gellius lib. xij. cap. ij. de quibusdam pomis quæ etiam quod acerba nascuntur, sunt tamen mitia & iucunda. Ideo occurrit marito vt vulpi, quæ leonem

tutis: quoniam responderetur quod quilibet in domo sua potest dici imperator, seu rex. cap. duo ista. xxiiij. quæst. iij. Cor. fer. in tract. de pot. regia. quæst. xxxiiij. in fin. vbi refert de illo rurali qui receperat regem Angliæ in cognatione, qui se pendere rat venando: quem rusticus percussit, quia noluit ei obedire in lotionem manuum: & qui nulli cupiditati feruit, dicitur &c. Cicero pro Sylla char. iij. in suis orationibus. & Servire Deo. est summa libertas. Bald. in proemio Greg. col. iij. & regnare est Bart. in Ioannina. col. xv. Iodocus in tract. de nobilitate. c. 18 xj. in princip. & probantur evidenter: Tquia servus Dei maiorem delectationem incomparabiliter capit ex contemplatione rerum diuinarum, quam quis possit habere ex omnibus regnis mundi, quæ pacificè possidere possit. vt patet ex dictis religiosorum expertorum: & Pyrrhi Epitome, quem infra referat, loquedo de bello. & dicit Augustinus, quem refert Instructio ecclesiasticorum. charta. viij. quod qui biberit guttâ vnam ex flumine Paradisi, extinguitur in eo fitis mundi. pulchrè Polycratus in proemio. & Servire rationi, est summa libertas. Bal. in consilio schismatis. colum. v. versic. si libertas. & in proemio. Greg. col. iij. dicit quod doctor est quidam regulus discipulorum suorum: vitiosi autem, vt sunt amâtes, seu verius amantes. Alber. in rub. C. de heret. in illa questione quam refert Decius in c. ad audientiam. §. confessio. ad fin. de rescript. bene sunt in seruitute. vt Carmelitanus ecloga. j. Ludit amor sensus, oculos prestringit, & aufert Libertatē animi, & mira nos fascinat arte. callida vulpina nos simplicitate gubernat. facit Stephanus Canuti de regimine castitatis. charta xj. columna quarta. Cicero, quem refert Hostien. in summa de pœnitent. & remis. §. quæ impediunt pœnitentiam. ad finem. dicens, illum ego liberum dicam, cui mulier imperat: leges imponit: vocat veniendum est: eiicit abeundum est: potest dandum est: minatur extimescendum est. Imò à tali seruitute non exeunt etiâ morte carcerantis, vt Carolus Magnus, de cuius amore deperdit Petrarcha epistola tertia. & Bonifacius de Vitalinis in clementina. aduerfariibus. columna tertia. de pœnit. & remis. dicit quod liberavit animam amasiæ suæ de Purgatorio. Nimirum ergò si Codrus serm. iij. chart. iij. & seq. dicit, quod vbi que est seruitus in hoc mundo. Conclude ergo, quod est maritus qui dominatur mulieri. Genes. cap. tertio. ad Ephef. v. cap. est ordo. xxxiiij. quæst. v. & in c. clericis. seq. vsque ad fin. illius quæ

question. Angelus in l. prima. §. fin. ff. de iniur. in l. prima. §. fin. ff. de lib. hom. exhib. in l. secunda. ff. de cōdi. infer. Gilbertus post ij. Oeconomicorum. chart. ij. ~~Barbar. libro primo. consilio. vj. scriptum. colum. iij. & consil. lxiiij. col. iij. Paul. de Leaz. quæst. iij. incip. patronus. col. vj. Bart. in consilij. Franc. de Cur. consil. lxxvj. sapienter. col. ij. latè Ioann. Montaigne in tractatu de bigam. quæst. j. col. xix. & xxij. vbi inter cetera dicit, quod propterea maritus doctor nō tenetur appellare vxorem suam dominam, per l. amicissimos. §. j. vbi Nic. de Neap. ff. de excus. tut. quem vltra eum sequitur Socin. l. omnes. ff. de excep. Barbar. de Cardinalibus. ij. quæst. ij. col. Corf. de pot. regia. quæst. xxx. Panorm. in cap. ex parte. in fin. de for. compet. lason in figuracione casus. l. cum filio. de leg. j. & in suo reperiitorio ad Panor. in versic. maritus. Per. de Leinaudiere in tract. de Doctoribus par. j. quæst. xxij. vbi limitat. Bon. in tractatu de nobilitate. iij. parte. nu. cxcij. † Et mulieris corpore, & substantia, & omni vita maritus fungitur. l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. & in signum subiectionis, coniugatæ velatæ incedit. cap. hæc imago. xxxiiij. quæst. v. cum sim. vt Præpos. in rubr. de sponsalib. col. iij. Felyn. in cap. in literis. col. pen. ver. fallit. iij. de test. Angelus in prin. instit. de pat. pot. vbi subdit, quod debent ire facie semi cooperta: licet temporibus suis hoc non obseruaret. licet Ferrariæ & Romæ hoc seruari videā: & plus Venetijs, vbi totam faciem tegunt. Et tamen quando erant filiar, incenderent in capillis. secundum Baldum in §. item qui dominum. quæ fuit prima causa benefic. amitt. & ideo portat vxores capillos longos, cum quibus debent se velare: nec eos incidere sub pœna excommunicationis. cap. quæcunque mulier. xxx. distin. Angelica in verb. fœmina. §. primo. Surgetus in Enchiridio militari. charta lxxvj. Angelus in athen. sed hodie. C. de adulteris. Ioannes Montaigne in tractatu. de bigamia. questione secunda. columna. xj. vbi reprehendit Lancel. qui dicebat hoc esse vt viri habeant vnde possint eas trahere & ligare. vnde gloss. in clem. attendentes. de sta. reg. in ver. & Cornutus dicit, quod quædam mulieres Romanæ dederūt, capillos viris carentibus funibus: cum quibus recuperatis machinis euaserunt victores: vnde maritus: est dominus, & mulier per omnia obsequitur viro. Ioannes Faber in §. cum autem. colum. j. instit. quib. mod. ius pat. pot. fol. & Philosophus vj. Poli~~

Quis prior
interrogat
tēpore ma-
trimonij.
Mulier fer-
ua viri.

vj. Politic. dicit, quod mariti pauperes vtūtur mulieribus tan-
quā seruis. sequitur Aegidus de regim. princip. lib. ij. parte. j.
cap. xv. circa fin. Et propterea de iure maritus tāquā dignior
debet prior interrogari, quando cōtrahitur matrimonium.
Ias. instit. de iure nat. gent. & ciuil. & de adop. col. iij. Panor. in
cap. si inter virū. de spons. gl. & Ang. in l. ij. ff. de adop. Et adeo
sunt subditæ, quod nec possunt tenere camisiam in lecto inui-
to marito. Felyn. in cap. illud. col. fin. de præsump. Luc. de Pen-
na in l. quicunque. col. ij. & iij. de re milit. lib. xij. nec loquieo
inuito. Nic. Boerij in commento Consuetud. Biturigum. char.
cxxxv. col. iij. per text. in cap. mulier debet. xxxij. q. v. Et tene-
tur mulier custodire res mariti, & sibi parare comestibilia, & la-
uare pedes & caput. Ioan. Andr. & Panor. in cap. literas. col. fin.
de restit. spol. facere telas. Afflictus decif. xliiij. de tribus. ad fin.
ij. dubij. facere lectum, & scopare. Angelica in verbo, vxor. §.
ij. non tamen per hoc si habet artificium, ex quo querere potest,
quin illud quod acquirit, sit proprium vxoris: vel si esset nobi-
lis, non tenetur ad ista vilia. Alexan. lib. iij. conf. cxxxij. verè.
Corf. de pot. regia. q. xxx. in fin. Ioan. Montolonius in Prom-
ptuario Iuris. in verb. maritus. Io. Lup. in rubr. de donat. inter
vir. & vxor. chart. xliij. & melius chart. xxvj. Imò nec tunc te-
netur lactare filios. Bald. de dote. vj. parte. xv. speciali. col. iij.
de quo Francisc. Barbarus de re vxoria. lib. ij. cap. viij. de libe-
rorū educatione. Bon. in tract. de nobilitate. parte v. num. 68.
& parte v. num. 91. Gel. lib. xij. cap. j. pro quo facit, quia vasallus
non potest cogi præstare domino seruitium quod sit sibi inde-
cens: imò si vasallus ad hoc sit restrictus debet sibi dare equam
commutationē arbitrio boni viri. Mar. Laud. in cap. si minor.
si de feud. fuer. contouer. col. fin. Bon. in tract. de nobilitate.
iij. part. num. 117. & v. part. priuilegio xxxviij. vbi Moder. nisi
causa hospitalitatis forensium circa rem coquinariam. ¶ In du-
bio tamen acquisita per mulierem, constante matrimonio, vt
euitetur suspicio turpis quæstus, præsumuntur acquisita de bo-
nis mariti. l. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. gl. Bal. Ang.
Flor. Paul. & Corn. in l. cum oportet. C. de bonis quæ lib. Guil.
de Cu. in authen. licentia. C. de episc. & cler. Luc. de Penna in l.
si tempora. col. ij. C. de fid. instr. lib. x. Nic. Boerij ad Dyn. in re-
gula. ratum. Salyc. in l. si mater. C. de contrahend. emp. Socin.
in iij. vol. conf. xvj. in causa. col. j. dicēs idem in filio quod quæ-
siueris de bonis patris. Alex. lib. iij. consil. xxxj. viso testamēto.
col.

20
Acquisita
per mulie-
rem, presu-
muntur de
bonis vi-
ri.

col. pen. sed vide Feder. consil. vij. videtur. iij. dubio. propterea
Decius cxxxvij. in casu proposito. ad fin. dat cautelam mulie-
ri, quod faciat sibi dari pecuniā à consanguineis, postea emat.
Barb. in tract. de Cardin. in j. tract. q. iij. col. viij. & lib. iij. conf.
lxix. illud. in medium. col. pen. vbi dicit idem in officiali. Iatius
in cap. j. de pecul. cler. vbi dicit idem in monacho & in rectore
ecclesiæ. Rom. consil. clix. super seo. col. ij. prout & Bertach. in
tract. de episcopo. chart. xxxv. col. j. est lib. iij. in iij. parte. q.
iij. vbi idem in concubina & amasia. de quib. Crem. sing. vj. in-
cip. tu scis. Monferr. in l. frater à fratre. col. xxxiiij. ff. de cōdit.
in deb. facit gl. & ibi Ang. instit. per quas pers. nob. ius acquir.
in §. instituēs. in vers. propria. Bolog. in suis interpretationi-
bus in d. l. etiam vbi allegat plura consilia. & dicit, secus tamen
esse in tutore, qui non præsumitur quæsiuisse de bonis pupilli.
Rom. & Federic. in consilijs præallegatis.

¶ Primò amplia vt procedat etiam d. l. quintus. in vidua. Bal. 21
in l. cum oportet. in princ. C. de bon. quæ liber. Salic. nisi liber
sit corruptus, in auth. licentiam. post princ. C. de episc. & cler.
quod intellige quando statim mortuo marito acquisiuit. Ita
Alber. de Ros. in d. l. etiam. C. de don. inter vir. & vxor. Crem.
& Monferr. & Bertach. vbi S. Franc. de Cur. consil. xxiiij. ego.
idem Bertach. in repert. in verbo, vidua. col. iij. Ang. licet de Al-
berico mentionem non faciat, consil. cxlj. incip. super primo
puncto. vbi dicit, quod dicitur statim quæsiuisse quando quæ-
siuit infra annum luctus. & Ang. sequitur Io. Lup. in repet. rub.
de donat. inter vir. & vxor. chart. v. col. iij. & chart. xxix. vers.
operatur quartū effectum. vbi ponit tres ampliaciones, & tres
limitaciones ad regulam. l. quintus. Crem. in consil. Alex. iij.
lib. consil. lxij. serenissimus. col. fin. vbi consuluit in mirabili ca-
su, scilicet quando ista mulier remansit tutrix pupillorum, &
antea erat inops. quod vltimum mordet. Barb. in d. cap. j. & ibi
Crem. restringit d. l. quintus. ex quo sit odiosa, solidum procede-
re in quæstis constante matrimonio. prout & sentit. Alex. lib.
ij. conf. lxxxij. incip. perspectis. col. fin. repet. lib. iij. consil. xl. Sa-
lyc. in d. l. etiam. sed eum reprehendit Arer. consil. xxxj. incip.
considerata. col. iij. vers. sed tertio. & col. fin. vers. ad secundum
respōder ad dictum Bald. consil. liij. à libello. lib. iij. qui dice-
bat, quod mulier præsumeretur subripuisse pecuniam viro.

¶ Secundo amplia vt procedat etiā si talia bona mulier post-
ea vendidisset: quia ista præsumptio militabit etiam contra
empto

emptorem, per regulam, nemo plus iuris. Ioan. Lup. vbi s. in iij. ampliacione.

¶ Tertiò amplia vt procedat etiam si mulier negaret fuisse quesita de bonis viri. Io. Lup. vbi s. in prima limitatione.

¶ Quartò amplia vt hoc possit opponi mulieri nõ solum per maritum & eius hæredes, sed etiã per singularem successorem vel donatarium. Decius conf. cccxxxvij. in casu proposito. licet cõtrariũ teneat Alex. in d. l. q. iure familiaritatis. ff. de acq. pos.

22 ¶ Primò limitat Barb. in d. cap. col. j. de pecul. cler. & Io. Lup. vbi s. in ij. ampliacione d. l. quintus. non procedere in muliere diuite quæ accepit virum pauperem: quia tunc præsumitur acquisiuisse de bonis proprijs. & non mariti.

¶ Secundò limita d. l. quintus non procedere in bonis quesitis ante matrimonium. ita in specie Alex. lib. v. conf. xliij. incip. in causa. de quo tamen vide Aret. d. conf. xxxj. qui videtur tenere contrarium. & idem Aret. in d. l. qui iure familiaritatis. sciens mentionem de illo suo consilio, dicit, quòd si mulier allegaret se habuisse bona antequàm trãfìret ad domum viri, ex quibus diceret se quesiuisse: tunc esset valde dubium cui incumberet probatio, an mulieri, vel hæredibus. sed Claud. ibidem tenet contrarium. & sic pro sal.

¶ Tertiò limita quando maritus erat præsens acquisitioni & instrumẽto in quo dicebatur pecuniã prouenisse ab vxore: ita Socin. lib. iij. cõf. lxxj. circa primũ. Alex. lib. j. conf. xxiiij. repet. lib. iij. cõf. lxxij. visis dubijs. col. j. Bal. lib. v. cõf. lxxvij. pũctus talis est. Et cõfirmatur ex duobus sequentibus limitationibus.

¶ Quartò limita quando maritus sciebat eam acquirere, & postea diu tacuit cum muliere, nec contradixit: nam præsumitur quòd donauerit: quæ donatio postea confirmatur morte. Ful. consil. cxcvij. in quæstione. Salyc. in authen. sed iam necess. C. de donat. ante nup.

¶ Quintò limita quãdo aduersarius fateretur talia bona fuisse quesita de bonis vxoris. Signor. conf. cxxij. factum quẽ refert Præpos. in c. significauit. in fin. de donat. inter vir. & vxor.

23 ¶ Sextò limita quando mulier probaret se habuisse aliunde pecuniam honesto modo: ¶ quia tunc probatio vincit præsumptionem: ita Bertach. vbi s. Cep. cautel. cxlix. incip. no. au ream. puta quia sibi fuerit datum à consanguineis, vel quod fuerit lucrata ex aliqua honesta negotiatione: puta quia erat obstetrix, vel chirurgica, vel texendo & emendando vestes. &

deat

deaurando & dom. Ant. de Prato in consilijs. Alex. lib. iij. cõf. cxxiiij. incip. verè. Barbat. in d. tract. de Card. & in d. cap. j. vel in arte texendi, vel recamaturæ, vel in lactando filios alienos, vel in faciendo hospitium cum viro. ita Panor. lib. ij. consil. xxxvj. circa primum & clarius Bald. Sal. Ang. & alij in l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. Portius instit. ad Tertul. ante fin. Socin. consil. cclix. materia. in fin. Petr. Gerard. no. xcix. inter virum vbi tamen dicunt, quòd debet deduci tempus in istis expensum quo subtrahitur à seruitijs mariti, cui obsequi tenetur. tamen ex dictis Petr. Girardi colligi potest, ex quo sunt facti diuinæ & humanæ domus, quæ ratione societatis contractæ quòd dimidia talium acquisitionum per mulierem spectet ad virum & ita etiam colligi potest ex dictis Alex. lib. j. conf. xxiiij. visis dubijs. in fin. & Ioan. Lup. vbi s. chart. xx. j. ver. Barb. lib. j. conf. xxij. scripsit propheta: nõ enim placet. & chart. xxxj. ver. si operatur quintum, & vers. seq. & ibi chart. xxxij. quid si acquisiuit cum filijs mariti.

¶ Limita septimò quando mulier acquisiuit post adulterium per eam commissum: quia tunc non præsumitur quesiuisse de bonis viri: ita Bertach. & Ioan. Lup. vbi s. sed in contrariũ videtur tenere Barbat. in d. tract. de Card. & in contrarium facit ratio Aret. d. conf. xxxj. in fi. ij. col. quòd debemus capere præsumptionem minoris delicti. Stant enim simul, quòd adultera sit, & tamen adulter nihil ei det. Secus tamen si apparet quòd dedit. practicus Pap. in for. lib. quo vxor agit ad dotẽ. gl. tanq̃.

¶ Limitat Lupus vbi s. prædictam regulam l. quintus. procedere respectu possessorij: quia in possessorio illud quod possidet vxor, præsumitur vxoris.

¶ Limita nõd vt prædicta procedant respectu pretij quod bene præsumitur de bonis viri: sed quantum ad dominium rerum acquiratarum ex quo emit nomine proprio, illud bene remanebit vxori. Bart. & Iac. Rebuffi in l. & si instrumenta. ad fi. C. de fide instrum. lib. x. quem simpliciter sequitur Monfer. in d. l. frater à fratre. Salyc. in l. ex pecunia. C. de iur. dot. Bald. in l. si vt proponis. post gl. ibi. C. de rei vindicatione. Signor. conf. suo cccxxvj. incip. habens. Est verum quòd obft. videtur text. & ibi Doct. in l. j. C. si quis alter. vel sibi. Barbat. in d. cap. j. de pecul. cler. col. penult. ver. nota quòd res. & in cap. inquirendum. col. iij. & seq. eod. tit. vbi dicit, quòd licet instrumentum prælati cantet quòd emit sibi & nomine proprio, nihilominus res
empta

cationem: vt in exemplo illius Regis qui ibat venatum, relato per Puteum de Syndicatu char. lxxxix. col. j. facit c. non solam. xj. q. iij. vbi dicitur, quod index tamen hoc non facere debet. ~~quoniam pater quod non facit ex officio illo Papa fecit et qui~~
~~scilicet non facit illam ordinationem dicitur, dicitur quod non debet~~
~~non puniri in istis iudiciis, et non alio confusio, postea~~
~~excusari, et ab avaritia amplius spoliari, et sequendi, ita et~~
~~quia per ea quae peccauerit homo, per haec & punietur, vt dicam infra, li~~
 cet à tali vitio scientia scripturarum nos liberet. c. nunquam. de consecr. dist. v. Et in vno peccans, omnium factus est reus. c. defleat. de reg. iur. l. pen. C. ad Sillan. iuncta l. Cassius. ff. de senat. Portius instit. de Art. tut. col. iij. Barbat. lib. ij. cōf. xxxvj. sapienter. col. ix. & lib. iij. consil. xlv. illud. col. v. & vnum peccatum suo pondere ad aliud trahit, vt dixi. ¶ Non obstat fex-
 28 rum: scilicet fatuitas mulierum: quia etiā reperiuntur plures mariti stulti, quorum facultates laberentur, nisi esset prudentia mulieris suae. & de Theodora vxore Iustini Imperatoris dicit Blodius lib. iij. deca. j. regebat autem multum ipius regis ineptias virtus reginae omnia administrantis. vide in legenda presbyteri Ianuarij. & sic succedit quod in defectum sapientis stultus ascendit cathedram. Campey. in tract. de doct. v. parte. q. iij. praeterea tantum sapere nocet. quo enim quis versutior & callidior, hoc inuisior & suspectior. Cic. de Offic. char. lxxxij. Item, nonne adfunt mulieres quā plura prudentissimae & doctissimae: vt in pluribus locis, praesertim Freg. in Valeriana lib. viij. c. iij. frater Iacob. Mag. in Sophologio. Sapient. lib. j. c. iij. vbi quomodo feminae quondam artes inuenerunt. Et alii. quā ex eis liberasse patriā, & fecisse ea quae viri fecisse nequissent. Biblia Aurea c. xvij. de scriptura innumerum. & alij. de similitudine mulierum. pulchrè Ioan. Lupus de donat. inter vir. & vx. char. xxv. col. iij. Phantinus de tradotio in transtulo dominarum, char. fin. vers. tu dici che le done. pulchrè Nicol. Boerij in tract. de seditionis. chart. xxix. vbi plures enumerat. & ab eis consilium est exquirendum: vt in authen. vt iudic. sine quoquo suffra. §. cognitio. vertic. sed neq; sufficiemus. vbi gloss. in ver. coniugem. allegat Catonem. Barb. in clem. j. col. xiiij. de elect. est num. lv. facit Paris de Syndicatu. charta ix. col. ij. Ias. in l. j. col. iij. ff. de leg. vbi allegat Ioan. Andr. didicisse ab vxore sua quod

quod pulchra nomina debet imponi liberis, etiam si deberent emi auro. latè Felyn. in proœmio Gregoriano. dicam infra agendo de Guelfis & Gebelinis. Eusebius de Euangelica praepar. lib. xj. cap. iij. hinc Platinus de Garlasco correptus fuit ab eius ancilla de suo distico per eum edito in laudem cōiugij du cis Mediolani, quod potius esset in dedecus, quā decus. dicebat enim. Pelleos & Thetidis veteres mirètur Achiui, Nobile coniugium nos Ludouice tuum. Et ancilla inquit: Quid turpius mulieribus potest, quam posse; esse; & velle potuisset allegare quod nomina debent esse consonantia rebus. §. est & aliud. instit. de donat. & Philosophus iij. Ethic. quem refert Barbat. in c. Raynutius. col. lxxiiij. de testam. & in c. significantibus. de lib. ob. num. liij. allegat iij. Metaphysicæ. & lib. j. consil. j. col. viiij. facit Panorm. in c. j. ij. not. de conuer. infid. Decius consil. xxxij. col. ij. Serutinium char. lxxviij. Et Proba Centona, quae sciuit ex carminibus Virgilij eruere vitam Christi. de qua meminit Hieron. in proœm. Bibliae. Card. in clem. si do minum. col. penul. de reliq. & ven. san. imò est sagacior viro. gl. fin. in l. si a sponso. C. de donat. ante nup. in l. ij. C. de his qui ven. eta. impetr. Ioan. Montaigne in tract. de bigam. j. q. col. xx. & seq. ¶ Et prudentia mulieris multum solet mederi vitij maritorum. & Vbertinus super Epist. Cicer. xxv. incip. non potuit. Et propter mulierem bonam saluatus est homo malus. j. ad Corin. rh. vij. c. quod aut in fin. xxvij. q. j. habetur in legenda sanctae Caeciliae. & in Chronica Ianua scripta. parte xj. in qua adducuntur sex mulieres quae hoc fecerunt. Biblia Anrea c. lxxxij. de matrimonio. col. vj. & Florentiae ante palatium adest statuta cupri Iudith obruncantis Holofernem, in exemplum defendentis patriam. Plures etiam enumerat Vivaldus in Opere regali. chart. liij. sub rubr. virgines nobilissimae. Antonius in Peregrino. lib. ij. c. xxiiij. de puella Franciae. Gilbertus in quaestionibus post Philosophum ij. Oeconom. char. iij. & quae dicam infra respondendo ad nonum. Et in periculis subitanis, mulierum, quā virorum est promptus ingenium. vt Aeneas in dicto tract. de duobus amantibus. charta v. Et in charitate diuina nihil differt à masculo. Paulus de Citad. in tract. de inrepatr. iij. parte. quæst. iij. est chart. vj. Si enim postea non habent discursum, istud est defectu naturae: quia habent craneum capitis diuersum à craneo viri, & non habent tot futurās, prout habent viri. secundum Aristotel. de natur. anim.

lib. j. cap. vij. Conciliator differentia xxxix. versic. propter secundum. & versic. propter tertium. ante fin. Iacob. de Fortiūo in ij. regni. quæst. xiiij. col. ij. qui dicit, quod propterea sint solidiores. & de partibus capitis, pulchrè ponit Ioan. de Lig. in tract. de censura ecclesiastica in iij. char. Felin. in c. significasti. el. ij. col. iij. de homic. & quot ossa in capite. frater Ludovic. in tract. de Veritate contrit. charta xxxviij. Et locus ab autoritate hominis est in capite: quia cerebrum est membrum diuinum. quo est sensus & intellectus. secundum Aristot. quem refert Bald. in cap. ad hoc. col. iij. de pac. iur. fr. Ioan. Montaigne in tract. de regio consistorio. chart. vj. licet Barbat. in cap. imperatorum. col. vij. de iur. cal. dicant Theologos dicere. quod imò intellectus est in corde. & in cap. cum in caula. col. xiiij. de iur. cal. dicit quod sunt physici qui hoc dicunt. Ad prædicta vide latè Bellum Medicinale per d. Symphorianum Pöcherij ad similitudinem belli grammaticalis, vbi dicit cerebrum viscifera. facit l. cum in diuersis. ff. de relig. & sumpt. fun. vbi probatur quod vbi caput, ibi totum. de quo Alexand. in l. iij. col. fin. ff. de acquir. posses. las. in l. imperium. in princ. col. iij. ff. de iur. omn. iudic. Bald. in cap. j. ad hoc. col. ij. de iur. ff. Felyn. in cap. si diligenti. de præscript. Prap. in cap. baptizari. j. distin. Bon. in tract. de nobilitate. ij. parte. in fin. iij. col. Feder. consil. j. col. ij. c. l. j. col. iij. Cepol. cõsil. xix. & consil. xxxij. col. vij. Barba. lib. j. consil. j. col. xix. & col. xlij. & consil. iij. col. iij. & cõsil. xlij. col. vj. Curia Tholos. quæst. ccxxviij. quidam clerici. col. ij. frater Syluester contra Lutherum. charta cxxxviij. Vnde vitium naturale non est ascribendum, nisi naturæ. l. fluminum. §. vitium. ff. de damn. infect. gloss. & Bart. in l. ij. §. sed si non propter. ff. si quis caut. & dicebant Chilon & Cato, Noli irridere infelicem. De his quæ insunt nobis à natura, nec laudamur, nec vituperamur. secundum Philosophum, quem refert Felyn. in cap. dudum. colum. vj. de præsumpt. Ioannes Fab. in rub. instit. in verbo, Iustinianus. Iodoc. in tractatu de nobilitate. capit. iij. Mulieres enim de his plus dolent, quàm viri: quoniam propterea multa mala patiuntur pariter & incommoda, vt quotidie videmus. hinc dicit Morus in repetit. lib. ij. est charta xxv. quod irridere deformem, aut mutilum, turpe est non ei qui ridetur, sed irrisori. vnde Philosophus tertio Ethicorum. de his quæ inuoluntariè facimus, neq; laudamur, neq; vituperamur, propterea dicit Baldus in l. penultima. iij. not. C. de legit. hæred. quod

quod generare feminas si vitium est, vitium est generantis: id est patris. Item mulieres non conuersantur, nõ vagantur, non peregrinantur. capit. mulieres. de iudic. lib. vj. Præpos. in cap. donatio. §. sanè. colum. j. de donat. inter virum & vxorem. l. qui filium, cum gloss. iij. ff. vbi pupil. educ. deb. quæ omnia faciunt virum magis cautum & prudentiorem: nec incedunt ad studia literaria vt viri faciunt: & propterea inermes non possunt resistere inimicis. id est viris obloquentibus. gloss. in cap. nulli. ij. quæst. ij. si enim studeant, bene essent caute, vt dixi. illa quæ sunt de Dap. in l. i. de iur. iur. in l. i. de iur. iur. quod vnde consideratis considerandis talis facultas illis non est ascribenda: sed naturæ, & viris qui nolunt pati quod discant. Si enim viri sunt robustiores, non est mulieribus ascribendum: quia vires corporis, sunt donum Dei. capit. nolit. xxiiij. q. j. licet mulier toleret grauiora vulnera viro: gloss. in l. nihil interest. ff. de adulter. nihilominus est melior viro. Rosarium Busti. libro ij. serm. xv. litera l. vbi dicit, Tquod propterea est maioris pietatis & cõpensationis quàm vir. secundum Philosophum viij. de Animalibus. facit Biblia Aurea. capit. cvj. de pietate mulierum: & ideo plures vadunt in paradysum, quàm viri. & sic enenit illud Augustini. Idiote cõloso rapiunt: nos cum scientijs nostris ad inferna demergimur. refert Iodocus de nobilit. capit. vij. & minus timent frigus & calores, quàm viri. Aegid. de regim. principum. libro ij. parte ij. capit. xij. Præterea nõne supra in viij. ampliat. damnabant mulierem doctam? qualem ergo volunt, si nolunt neq; doctam, neq; fatuam: nisi respondeas vt Cornam. in proverb. Futuro caret. in primis verbis. vel, vt dixi supra circa fin. septimæ ampliacionis, quod volunt mediocrem: quia virtus cõstitutiva mediocritate, secundum Pötanum in tract. de prudentia. & Senec. ad Lucillum & Philosophum in Ethic. tract. ij. capit. ij. & §. cum ex aliena instit. de rerum diuis. hinc dicitur, Medium tenuere beat. & medietatis iustissimus ibis. gloss. in ver. medium. in authen. de cõsult. lib. de cõsult. tra. cap. c. parte. Barbat. libro primo. consil. lxxj. col. fin. & in c. j. colum. xij. de probat. in cap. quærenti. colum. ij. de offic. deleg. in proximo clemen. in charta xiiij. num. xlv. hinc Horatius: Virtus in medium vitiorum vtrinque; redactum. Hostien. in Summa de temp. ordin. §. & cui. colum. ix. & nullum extremum laudabile. secundum Philosophum, quem refert Cepol. in feruit. vrb. c.

lix. de refectione col. ij. Petrarca epist. cj. summe. Co drus latè
 ferm. xij. incip. magna. vbi charta vij. dicit, quòd foemine licet
 medium in promptu habeant, dicit char. ix. quòd voluãt totu
 omisso ioco de medio. latè quòd in eo consistat virtus Idè Co
 drus ferm. xiiij. frater Lud. de Veritate contrit. lib. ij. cap. liij.
 & lib. iij. cap. iij. & char. xxij. hinc Christus semper elegit me
 dium. secundum fratrem Lud. vbi suprâ & Ioan. Bagnionum
 in tract. de potestate dominorū. facit Valtricus in l. ij. ff. de
 orig. iur. col. lxvj. Barbat. in c. quarenti. iij. not. de offic. deleg.
 vbi allegat Philosophum quòd diffidit est mediū utingere.
 & in c. ex parte. col. ij. de cōsuetud. vbi interpretatur quòd & pre
 digalitatē media est liberalitas. Præterea, nonne & fatui cir
 ca aliqua habent ingenium valde acutum? prout ille qui con
 cordauit litem inter hospitatum & hoipitem: cui fecit solui
 ad sonitum vnus turonensis, postquam ipse etiam cœnauerat
 ad odorem assati. hinc Doct. inferūt, quòd si furiosus testatur
 sapienter, prout quilibet sanæ mentis, valet testamētum. Ang.
 in testamento. in verbo, sanus mente. in §. pra terea testamen
 tum. instit. quib. non est permitt. fac. testamentum. vbi Baue
 rius in §. item furioso. col. viij. la. in l. furiosum. C. qui test. fa.
 pos. Perusin. in rubr. de testam. lib. vj. col. v. Roch. in c. fi. de con
 fuet. not. vj. Barbat. in cap. ad nostram. col. ij. de cōsuet. & lib.
 j. consil. lvij. col. ij. Socin. lib. iij. consil. xxvij. aliàs consilui.
 numero xj. Corset. lingu. ccclxix. tu habes. Vital. in tract. clau
 sularum. charta. iij. col. j. licet aliàs testari non posset, vt in lo
 cis prædictis. Et Bolog. in Theodosiana, in verb. in vltionem.
 est char. lv. Pyrrhus in l. in negotijs. ff. de reg. iur. vbi cui inci
 bat onus probandi furorem. de quo in materia criminali. Io.
 de Villemati in repetitione l. diuus. ff. de sic. num. cx. pro qui
 bus Fulg. consil. ccxij. quædam mulier. ~~in fine referuntur
 qui et negotia dicitur mentis cœnauerat ad magis quibus
 b. ad iij. quibus in persona personarum, pulchabat super v. s. s.
 quibus in persona personarum, pulchabat super v. s. s.
 quibus in persona personarum, pulchabat super v. s. s.~~
 quod dicit Platina de falso & vero bono. libro primo. charta.
 iij. quòd videmus pueros, videmus insanos sententias præcla
 ras nonnunquam efferre. facit Aristot. parte. xxx. proble. j. fa
 cit Rosarium Busti. ij. parte. ferm. xxix. litera o. dicēs, quòd cor
 am duce Mediolani Bastianus histrio determinauit quæstio
 nem de præcedentia Legistarū & Medicorum, scilicet quòd la

tro

tro præcederet carnificem. Et inquit Philosophus, quem refert
 Mattheus Bosius epistola. vj. incip. biennio. charta. fin. quòd
 ingenijs maximis admista est sæpe dementia. & scientia infa
 tuat. Rosarium libro secundo. ferm. xxix. litera a. & multa li
 teræ ad insaniam conuertuntur, & multi ob scientiam facti
 sunt stulti. Lucas de Penna in Lomnes. col. xij. C. de decur. lib.
 x. hinc Vagnonus, Infatuat sciolos litera sola suos. plura per
~~infatuat~~ Erasoque in Moria. facit disceptatio illius fa
 rui, de qua gl. in l. ij. in verb. constitutus. ff. de orig. iur. vbi Bud.
 sed Campanus in oratione in principio studij. Pif. dicit esse fa
 bulam. prout & Igneus in disputatione, an rex Franciæ reco
 gnoscat imperatorem. col. ij.

¶ Non obstat septimum de inconstantia mulierum: quia va
 riatio est proprium humanæ naturæ. Et omnis noster status
 sub perpetuo motu consistit. §. vt autem lex. in primis verbis.
 in authent. de non alien. Et etiam viri inconstantes sunt: vt la
 rē Philelphus in locis allegatis in contrario, vbi loquitur de
 Genuenibus. Papa Pius epistola xlij. archiepiscopo Ianuæ. Bi
 blia aurea capitulo cvj. de perseuerantia. præterea dici po
 test quòd hoc est propter vtilitatem liberi arbitrij. Corset. de
 pot. regia. in materia de minimis. vers. xxx. vel quòd est defe
 ctus naturæ. suprâ Aegidius de regim. princip. libro ij. parte
 j. cap. clxxxj. in fin. & sapientis est mutare consilium. In nonnun
 quam: vbi gloss. ff. de collar. bon. Paul. de Citad. in tract. de iu
 re patr. parte xij. in tertia differentia. Et propterea excusan
 tur Doct. aliquando facientes varia & contraria consilia. de
 quo lafon in l. si ex toto. §. si. col. fin. de leg. j. faciunt quæ suprâ
 dixi in fin. iij. ampliacionis, & dicam in trā loquendo de autho
 ritate Bald. & eius volubilitate. Cyn. in l. j. C. per quas perso
 nob. acquir. Albertanus de consilijs dandis. libro primo. rub.
 quando consiliū mutari possit. imò talis inconstantia pro
 dest: quia videmus incōtinentes mutare eorum naturam, &
 fieri pudicas. Bart. in l. naturaliter. §. apium. ff. de acquir. rerum
 dom. imò postea correctæ quadoq; sunt fideliores. c. fidelior.
 l. dist. Paul. in c. at. h. l. c. i. §. j. in fi. de iudic. & ibi Mod. Rom.
 sing. dccxxij. pone casum quem refert Roch. in tractatu de iu
 re patr. on. super verbo, onerosum. iij. q. Ioan. Montolonius in
 Promptuario Iuris. in verb. despiciere. col. ij. faciunt quæ dicit
 Petrarch. dialog. cxliij. quem referam in seq. solutione.

¶ Non obstat octauum de incontinentia: quia illud, Casta est

quam nemo rogauit. est derisorie dicti: & Hadrianus Papa in Quodlibetis. q. x. col. antepenul. aliter respondet Codrus sermo. iij. char. iij. numerando castas. quid si inspicimus Amazones? quid si descriptas in carologo sanctorum? Et ibi etiam vide & cogita etiam ab initio mundi vsq; ad nunc, si inuenies tot masculos virgines. de pluribus loquor, sicut erant in illa societate sanctae Virfulae duxat, & credo quod non: quia viri sunt incontinentissimi.

~~De~~ Numbertus in sacrilegio chart. v. §. de incontinentia. in tractatu. de fide concubinarum erga sacer dotes. & quicquid gloss. dicat in l. palam. §. quae in adulterio. ff. de ritu nup. & Paul. de Cast. in l. lex facto. §. si quis rogatus. ante fin. vbi quod est maius dedecus mulieri habere baillardos, quam viro. cur hoc vitium acrius in mulieribus quam viris? cum non debeant iudicari ad imparia. c. gaudemus. §. quia vero. de diuor. cap. nemo. xxxij. quaest. iij. ted, Dat veniam coruis, vexat censura columbas. Barbat. in rubr. de succes. col. fin. & tamen plus directe & per se in talibus peccant viri quam feminae. vt frater Lud. in tract. de Veritate contrit. in vj. praep. to legis diuinae. circa fin. vnde in istis delictis carnis mitius est agendum. Baurius in §. est autem. col. ij. instit. de haered. instit. licet delictum sit atrox praesertim in ecclesiasticis. Humbertus in sacrilegio. char. vj. §. de incontinentia. praeterea respōdeo quod imò ducere meretricem prodest ad remissionem peccatorum. Pavin. in tract. de visitatione. quaest. viij. ij. partis col. xij. est chart. lxxvij. Ioann. Lup. in repet. cap. per vestras. de donat. inter vir. & vxorem chart. lxxvij. vers. ad matrimo. nium. per text. in capitulo inter opera. de sponfal. cum concord. Ioannes Montolonius in Promptuario Iuris, in verb. filius. col. vj. & Matthaei xxj. publicani & meretrices praecedet vos in regno caelorum. Claudius super Lucam capitulo iij. est chart. clxvij. & patet in beata Maria Magdalena, de qua Barb. in cap. nullus. col. xiiij. de foro compet. & pulchri vers. Petrarchae incip. Dulcis amica Dei &c. quos quidem perueriores in vanas cantilenas immiscuerunt, & dicunt, Dulcis amica mei &c. Item in David, & de quibus Bald. in cap. cum te. ad fin. de re iudic. & dicit Paris de Puteo in tract. de findicatu. in verb. poena. col. ij. quod text. in d. c. inter opera. facit pro consuetudine Hispaniae, vbi si ille qui ducitur ad furcam vult ducere in vxorem vnam meretrinem de lupanari, sibi indulgeretur.

geretur. idem practica Masuerij in rubr. de poen. col. viij. vers. item in aliquibus partibus licet secus de iure communi. l. commissum. C. de adulter. cum similibus. vt in illa practica pro illa consuetud. facit, quia idem indulgemus Iudaeo volenti se baptizare. Hadrianus Papa noster in Quodlibetis. quaestione decima. litera k. item capiens scienter meretricem, habet saltem hoc boni, quod non decipitur: quia scit eam sic esse quod non semper contingit alijs. item in coitu vtnatur arte quam vsu didicerunt, & maiorem praebent viro delectationem. vt apud Ouidium Sapho Phaoni: Tunc te plus solito lasciuia nostra iuuabat: Crebraque mobilitas apraq; verba ioco. idem Ouidius plura circa fin. iij. de Arte amandi. Hinc illa lupa dicebat non esse coitum, quam in lupanari. neq; potum quam in taberna. plura pro & contra meretrices ponit Stephanus Niger in tractatu de Graeco in Latinum traducto à Mufonio, de nimia obsoniorum appetentia. post medium. vidi Romae in capella ecclesiae sancti Gregorij sepulchrum impiae meretricis, pulchrum & honorificum, etiam pro vna regina, cui hoc erat epitaphium: Impia cognata Romana quae digna tanto nomine quae rarae inter homines formae specimen dedit. vixit annos xxvj. dies duodecim. obiit M. dxj. die decima quinta. Augustinus in cuius tamē dedecus impressum fuit vnū capitulum vulgare incip. O mondo cieco. Et vt paulo supra dixi, plures sunt castissimae. & sic succedit illud Ouidij. ij. de Arte. Parcite paucorum diffundere crimen in omnes. & dicit Sidonius lib. vij. epist. ix. seu concione. col. prima. quod est quaedam vis malis moribus, vt innocentiam multitudinis deuenustent scelera paucorum: cum ramen è diuerso bonorum raritas flagitia multorum nequeat excusare: & si vis videre quot castas celebrent scriptores, recurre ad triumphum Castitatis Petrarchae. legendarium sanctorum, & tractatum de mulieribus claris Anterothae Freg char. xxij. qui latius in sua Valeriana lib. vj. c. j. de pudicitia & cap. vij. de vxor. fid. erga mari. Philotheus Achilinus in procem. sui Viridarj. chart. ij. frater Iacob. in Sophologio Sapien. lib. x. cap. ix. quomodo coniuges debent coniuere in amicitia. & cap. seq. & cap. xvij. de mulieribus. & cap. fin. de viduis. Hierony. contra Iouinianum lib. j. c. xxvj. incip. satis abunde. & c. seq. & in ij. parte tract. ij. epist. xl. in expositione psalms, Eructauit cor meum verbum bonum. Quintus Curtius epistola directa Aleci reginae. ij. incip. Corinthij Franciscus Bar-

barus de re vxoria lib. ij. cap. vj. de coitus ratione. ad fin. Gilbertus super Aristot. in Oeconomicis. lib. ij. cap. j. & ij. & alibi sæpe in Chronicis: ex quorum dictis & aliorum scribentium apparet, plures mulieres castas fuisse, quam viros: licet viri deberent esse fortiores ad restituendum luxuriam, quam mulieres: quia cum intra fines debitos carcerare philosophicum est, non muliere. dixi in contrario in quarta ratione xj. in cōuenientis, maximè in iuuenibus. Alber. in l. auxilium. §. j. ff. de minor. Et

Maiores castitas in mulieribus.

licet in mulieribus maior castitas, quam in viris requiritur. gl. in l. palam. §. que in adulterio. ff. de rit. nup. Ias. in l. in arenam. colum. fin. C. de inoffi. testam. Paul. de Cast. in l. ex facto. §. j. ante fi. ff. ad treb. Baverius §. est autem. col. ij. instit. de hered. instit. latè Ioann. Montaigne in tractatu de bigam. vj. q. colum. iij. vbi assignat rationem. naturaliter tamen sunt calidiores viris secundum Philosophum v. de Animalibus: dum

Mulier Inxuriosior.

loquitur de muliere & de equa, dicens, quòd nulla scemina post impregnationem appetit coitum præter istas. Macrobius. vj. Saturnaliū. & in j. in cap. xj. in fin. dicit quòd mulier respondit bestias sic abstinere, quia bestiarum sunt. & Philosophus vbi supra lib. xv. dicit, quòd mulier super omnes sceminas diligit coitum valde. & Ioann. de Platea instit. de nup. secundo not. dicit eas esse calidiores viris, ¶ & maiorem capiunt delectationem in coitu, quam viri. Aristo. parte iij. problem. xv. & dicit

34 Bal. in rubr. de cohab. cler. & mul. quòd mulier appetit virum, sicut magnes ferrum, & materia appetit formam. Guilielmus Monferrat. in tractatu de successione regum. char. xj. numero vj. per l. si conuenerit. §. si quis canerit. ff. de pig. act. & Deus voluit quod esset amabilis & flexibilis naturæ, ut magis cooperaretur generationi. Et quod dicit Ioannes Montaigne in oppositum vbi supra procedit non ex natura, sed quia viri habent maiorem libertatem peccandi, quam scemina. omitto iudicium Tiresia, de quo Ouid iij. Metamor. Ioannes Pyrrus in l. infamia. de decurionib. libro x. nec est fabulosum sceminam mutari in virum. secundum Gellium libro ix. capitul. iij. quam rationem ponit Platina contra amores. charta. penult. licet, ut experientia docet, videmus eas quandoque suffocari à matrice: licet per coitum liberari possent. Vnde tanto laudabiliores quāto sunt continentes, quāto sunt sexu debiliores & luxuriosiores viris. Freg. in Valeria lib. iij. de abstinentia atque continentia. dum loquitur de Minima Milefia & seq. vnde Propertius

tius dicebat: Obijcitur totiens à te mihi nostra libido. Crede mihi vobis imperat ista magis. & suadet Thucydides. lib. ij. ingens est non ingenti vobis gloria non esse vos sexu vestro infirmiores, hoc est pudicas esse, cuius rei decus & dedecus nimium cadit in viros. Item, Virtus in infirmitate perficitur. Apostolus, quem retuli in princ. Etenim circa difficilia cōstitit virtus. secundum Arist. ij. Ethic. quem refert Ias. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. in primis verbis. Cicer. in j. Officiorum. quem refert Erasim. ij. parte Prouerb. xij. difficilia, quia pulchra. Aegidius de regimine princip. lib. j. parte ij. c. xvij. Propterea quòd difficilius, eò præclarior. ut inquit Cicero, què refert Aeneas Syluius. epist. xcij. pauci dies. Petrarcha de remed. vtriusque fortunæ. lib. ij. dialog. ccvj. de senect. circa fin. Zach. in ferm. concil. Pisani. chart. penult. Bald. in suo prologo ante lect. Decretalium, qui allegat Senecam.

Quòd difficilius, eò præclarior.

¶ ¶ Secundo respondeo, licet Io. Lupus in rub. de donat. inter vir. & vxor. chart. xlviij. col. fin. dicat, quòd adulterium est adeò detestandum, quòd nulla causa iustificari potest: quòd incontinentia muliebris non est adeò peruersa, quin etiam quandoque habeat aliquid boni. de poenit. dist. iij. cap. quid ergo. & vitia sunt vicina virtutibus. Anch. in disp. antiquis temporibus. col. iij. ante medium. Ouid. in ij. de Arte. & lateat vitium proximitate boni. & in j. de Remedio. Et mala sunt vicina bonis & c. inquit Petrarcha. lib. ij. de Remedio vtriusque fortunæ. dialog. cxliij. de vxore impudica. ¶ Nam mulieres reddit humiliiores, secundum eum qui dicit quòd pudicitia insignis imperiosa reddit mulieres: nihil meruit, quæ sibi non est conscia. Laesa enim conscientia, scemineum premit animi tumorem. Et sæpe obsequentior in reliquis viro est qui se meminit impudicam. Et ibi commemorat plures non solum imperatrices & reginas, verum & sponfas dolorum impudicas. prout & Anteros Fregosij. chart. xliij.

Impudicita reddit mulieres humiliiores.

¶ ¶ Tertio respondeo, quòd licet aliqua reperiantur incontinentes, propter pisces malos non rumpimus retia. c. qui quis. xxiiij. q. j. & qui obseruaret ventum, nunquam seminaret: & qui obseruat nubes, nunquam metet. Ecclesiast. xj. imò & si per fragilitatem quandoque ceciderit, non est in torum damnan da si poeniteat: quia per vnum iustum non debet cadere vna arbor. Lancel. in l. j. §. fin. ff. si quis ius dic. non obtemp. Roch. in cap. fin. ij. col. de consuet. qui allegat Panor. in cap. nisi. ij. not. ff. de

Per vnum iustum non cadit arbor.

ff. de offic. deleg. Humanū enim est peccare, sed angelicū emendare. l. Papinianus. §. mēminisse. ff. de inoffic. test. quia sanctitas. l. distin. l. imperialis. post princip. C. de nup. & dicit Bald. in cap. cum te. ad fin. de re iud. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quōd Petrus, qui CHRISTVM negando deierauit, pccnitendo meliorem famam recuperauit. & licet filia peccet in corpus suum, & propterea possit exheredari: secus tamen si se correxit. Ias. in l. ius autē col. iij. ff. de iust. & iur. imō postea correctæ sunt fideliores: vt §. proximē dixi, respondēdo ad septimum de inconstantia. Et si dicas quōd raræ sint mulieres bonæ & continentēs, adeō quōd de eis non esset necessē legem condere. gl. in l. nam ad ea. ff. de legib. respondeo, quōd quorariōres eō pretiofiores. xcij. dist. cap. legimus. col. fin. Cicero de Amicitia, & quidē omnia præclara rara. fuit dictum Xysti Pythagorici. Matthæus Bosius epist. xvij. quoniam Merlinus lib. iij. Macaronices. circa fin. dicens, Quo plus sunt raræ, plus earum gloria maior. Sidonius lib. vij. epist. ij. incip. Oneras circum medium. vbi dicit, quōd pudicitiam præ cæteris, & sobrietatem sectari, tam laudandum est in iuuentute, quā rarum. facit Plato, quem refert Io. Picus Mirandula contra Astrologos. lib. xij. cap. ij. ad fin. quōd in ea gente quæ plurimum mala est, si quis bonus nascatur, eum esse quā optimum. facit, quia si prauus vult aliquod bonum facere, nemo melius. vt de origine idem Mirandula in Apologia. q. v. chart. iij. & Gell. lib. ij. c. vj. nonnulli. dicit quōd nemo est tam feris moribus, quin aliquando dicat aut faciat quōd laudari queat. sufficit quōd reperiantur aliquæ bonæ: quia propter raritatem non possumus nos excusare. cap. fin. de magistris.

38 ¶ Quartō respondeo, quōd si rectē inspiciamus incontinentiā mulierum, non illis est ascribenda, sed viris, rationibus infrascriptis: & vadunt per illos decem gradus quos refert Io. Montolonius in suo Promptuario Iuris. in verb. Ezechias. & sunt adeō pertinaces & fastidiosi cum tot precibus mariūmq; & montium promissionibus. vt Polyd. prouerb. clxxxij. Eras. j. parte. prouerb. decccxxij. Bauer. in §. planē. ad fin. insit. de testam. milit. totque blanditias quæ plus ventrē inflant, & quā dira venena nocent, quas solent adducere, quōd mulieres facilius propter earum imbecillitatem corrumpi possunt. gl. in §. testes autem. vbi Bauerius col. v. insit. de testib. & de facili decipi blanditijs vel minis. Pātaleo in reper. l. ij. C. de rescin. vend. col.

col. liij. Iason in l. ex facto. col. ij. ff. de vulg. & pupil. Rosariū Bussi. j. parte. serm. xxij. litera y. quia per dulces sermones & benedictiones seducimus corda innocētum. Esaiæ v. Hadrianus Papa noster in Quodlibetis q. ij. col. penul. lib. eorum rete trahunt. id de Anania. in cap. j. de adulter. facit l. iij. si quis volentem. ff. de lib. hom. exhib. Decius in l. nemo fraudare. ff. de regul. iuris. facit l. j. §. ij. ibi. persuadere. ff. de ser. corrup. ¶ vbi nimia persuasio qua quis ad aliquid inducitur, habetur loco compulsionis. Paul. de Castr. ij. vol. consil. clxxxij. incip. contra superius. col. j. Barbat. lib. ij. consil. vlt. col. iij. Isernia in §. contrahentium. el. ij. col. iij. quæ sint regalia. Sicque volens facta quod nollens velle coacta. gl. in l. si mulier. §. pen. ff. quod metus causa. & mēs dolosa cognoscitur ex præfationibus, suasionibus, & monitionibus. Felyn. in cap. si autem. de rescript. col. j. & de malo homine non potest præsumi nisi malū. Claud. in repet. l. vt vim. col. xxix. de iustit. & iure. facit, quia donatio facta vxori ad eius longas preces, non confirmatur morte. Ias. in l. j. §. si vir. ij. not. ff. de acquir. possess. Lud. Tessera in l. si inter virum. ff. de reb. dub. col. ij. facit, quia licet per induciam liceat aliquid consequi. gl. in §. item sacramenta. in ver. sponte. de pace Constan. non tamen propterea licet vxori blandis verbis prouocare virum ad reuocandum testamentū in alium factum, & se instituendum. Ias. in d. l. dedi. la. j. §. fin. col. penult. ff. de cond. causa data. in l. fin. C. si quis aliq. test. prohib. Corserus sing. cxxxvij. incip. ego induxi. ¶ preces enim & pretium æquiparatur: quia magno pretio emit qui precatur. Apuleius lib. ij. Florid. char. ij. Senec. epist. xlvij. incip. libenter. Aegidius de regim. princ. lib. j. parte. ij. c. xxij. Cornazanus in proœm. suorum prouerb. circa fi. Erasim. j. parte Prouerb. cxcviii. Emere malo, quā rogare. Et Aesopus, Emprum longa prece forte magistrum. Refert Barbat. in cap. cum dilecta. col. xv. de rescriptis. ¶ Quintus est donum quod nouit ante preces. gl. in cap. & si quotiens. in ver. non petenti. de simon. Hinc dicimus, quōd qui ad longas preces obtinet beneficium, committit simoniā. Bart. in l. Barbarius. ff. de offic. præf. col. ij. de quæst. tamen dic vt per gl. & Doct. in c. tuam. de atate & qualit. Cardin. in cap. Moyses. in fin. viij. q. in cap. ordinationes. col. iij. j. q. j. Hadrianum Papam nostrum in Quodlibetis. q. ix. litera l. la. ij. & chart. lxxxvij. Steph. Maleretus, quem j. referam. chart. xlij. & prædicta fortius procedunt in precibus superiorū quæ dicuntur

dicuntur armata. vt ibi Hadr. q. ix. cap. quo ad secundum. litem o. est char. lxxxviii. latè Stephanus Malereti in tract. de elect. circa chart. x. col. iij. & chart. xlij. col. iij. & pluribus chart. seq. & d. col. iij. dicit quòd petens vxorè ad preces regis, debet deportari. C. si nupt. ex rescrip. l. j. facit Vanquel. in Breuiario cle. de test. cap. j. conclus. vj. cap. rogo. vbi Card. x. q. iij. in cap. ordinationes. col. iij. & seq. j. & mariti importuna preces sunt vxori loco minarū. Ias. in §. quadrupli. num. 66. instit. de act. propterea leges Athenientium plus puniebant stuprātem per persuasiones & blanditias, quā per vim. ea ratione: quia inferēs vim, à coacta odio habetur: qui per blanditias, ita illius animū vitiat. vt obsequētiore sibi sint, quā maritis. refert. Lysias in oratione defensoria. de neces. adulteri. incip. plurimi. char. iij. bene facit Stephanus Maleretus vbi s. probans quòd blanditia vel preces inducant iustū metam. hinc Bald. in procem. ff. forū. ij. lect. in §. illud verò. quòd sapientia sine eloquentia prodest parum: sed eloquentia sine sapientia multū nocet. Item pratio corrumpens dicitur vim inferre. Cacialup. in l. j. C. de summa Trin. colum. xxx. in l. si qua illustris. C. ad Orficiā. col. viij. Petr. de Rauenna. in alfabero iur. circa si. in q. incip. Prophe. ta. col. vj. & ita merentur pœnam capitis, secundum eum, pro ut violātes. Ang. in Malefic. gl. chay adulterato. quòd videtur durum Afflicto in constitutione, lenas. & in constitutione, si quis rapere. j. not. q. j. & iij. dicuntur enim tunc amatores pugnare argenteis hastis. Erasim. ij. parte. Proverborū de xlij. & ccc. lxiij. Malis ferire. nam quid nō mortalia pectora cogis Ari sacra fames? Virg. j. Aeneid. Vbi loquitur in rege, cuius prouū est liberalitas: quid ergo in muliere cuius genus est aurissimū? vt s. dictū est. Facit Lud. Ariostus in Orlando furioso, cantu xxxix. dum loquitur de illo doctore. Vnde, Quid faciet sapiens? Multus sit tunc gaudet in libertus in sacrilegio. char. xj. in vers. lucratores. bene sunt simplices: quā nō solum do-
 41
 mulieres se corrumpi permittunt: sed etiam inanibus promissionibus. vt in proverbijs pax allegatis. Et Ouid. in j. de Arte amandi. Promittas facito, quid enim promittere ledit. Pollicitis diues quilibet etiam potest. presertim istorum magnatū etiam si promitteret cum Venereo iusurādo. vt Erasim. ij. parte. Proverb. ccc. cxiij. quia dicuntur seruire de vento. Ias. in l. Titia. ff. de verb. oblig. num. 33. & in rubr. eod. tit. vbi etiam omnes Moderni dicunt, quòd plura offerimus quæ doleremus

acce

acceptari. idem Lancel. in l. reprehendenda. C. de instit. & sub-
 stit. vbi dicit hoc facere iactabundos. & dicit Fortun. in l. iurifgentium. §. prator ait. col. viij. ff. de pact. quòd tales oblationes non fiunt ex animo, sed vt videantur gratiosiores. Et dicit Panor. in cap. gemma. de sponfal. quòd quis facilius est ad promittendum, quā ad exburbandum. facit Aegidius de regim. princ. lib. j. part. ij. cap. xxix. col. ij. Caue tamen à curialibus, ne te accipiant ad verbum, solentes pudorem tegere hoc responso, pro simili. Et ex quo istæ oblationes proveniunt ex iactantia, non esset malum eos de hoc puniri, & consequenter statuere quòd pactum nudum pariat actionem. & Deus bone quot iuris difficultates cessarent, quas ponunt Doct. in tit. de pact. de verb. oblig. & sic cert. petat. Plures enim decipit et benefaremo, vt instruit cauere debere aduocatos. Afiliētus de iure prothomifeos. in verb. prohibemus. in vj. not. & iudices. Hippol. not. exc. incip. iudices. quia secundum aliquos Abraam antequā immolaret filium, fuit certus. Hadrianus Papa noster in Quolib. chart. xvj. col. ij. & Apostoli dicebant? quid ergo erit nobis. Matth. xix. maxime quādo fiunt verbis generalibus quæ non ligant. vt Bener. in d. §. planè. ad fin. & dato quòd isti amantes mulieribus promissa seruent, nōne est Pelopis talentū quod datur vt ledat. Erasim. parte. Proverb. dxxj. & ccc. xxxij. Hostium munera nō munera. quod Petrarcha epist. xlix. quā pau-
 per. & canis Aesopi sapienter respondebat furis & apud Oui. Oenone Paridi: Turpiter ingenuū munera corpus emūt. 42
 ¶ Et vbi ipsi non sufficiunt, vel non audent, adhibent lenones qui faciunt quod diabolus per se duntaxat facere nequireret. secundum Specul. exemplorum distin. v. cap. lxxx. & sunt deteriores adulteris. Ifern. in feudis. in §. sed & quæ delator. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. Bart. in l. is qui reus. col. j. ff. de publi. iud. Imò pro-
 hibeat vt inuehit Felyn. in rub. de maior. & obed. col. iij. quibus ex quo debeant comedere peccata populi. Alex. lib. vj. consil. c. j. circa primum. num. 4. & si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Hostien. in Summa de dol. & contum. §. & contra quem. vbi in tit. ue cler. vel monac. §. quæ sunt secularia. in fin. dicit, quòd nuge in ore laicorum sunt blasphemie in ore sacerdotum. & propterea nedum tale scelus interdicitur, sed à temporalibus vacare. Hadr. Papa noster in Quodlibetis. q. iij. chart. xxxij. col. j. Imò & etiam ludus causa recreationis cum

cum laicis inhietur. cap. continebatur. de homicid. Nimirum si Missa talium adeo maledicatur. cap. si qui sunt presbyteri. lxxxj. dist. Ioan. Montolonius in Promptuario iur. in ver. do. natio. Hadr. Papa noster in Quodlibetis. q. viij. chart. penul. in j. q. sine argumētis. & q. xj. col. x. & etiam dicit Hieron. in transitu qui vitam sacerdotis cognoscit malam, & eum pro se celebrare facit, sit in peccato illius conscius. refert Instructio ecclesiasticorum. chart. v. frater Thomas Illyricus in tract. de potestate Papæ. chart. xcvi. & seq. & chart. cj. & ad eos scribit Dido Ouidiana: Pone deos & quæ tangendo sacra prophanas, Nō bene cœlestes impia dextra colit. non prosequor: quia si sacerdotem video delinquentem vt cooperiam chlamyde me exponam. cap. in scripturis. xcvi. dist. quando vtentur lenocinio alicuius affinis puellæ, quæ vel cōmodo pecuniarum, vel fauorū propter sanguinem vēdet, & proder: exemplo Pandali, qui lenocinio nobilitatem consecutus est. secundū Aeneam Syllium in tract. de duobus amantibus. chart. vij. refert Bonus de Curtili in tract. de nobilit. in iij. part. num. 74. facit quod ipse dicit ibidem in ij. part. ad f. dum allegat eundem dicendo, aliquem quæsiuisse nobilitatē ex quaestu vxoris. Nescio tamen quomodo princeps in arduo negotio de talibus personis confidat, quæ nullam rationem nec honoris, nec sanguinis habet, neque animæ. Et si obstinati amantes his nequeant vincere, vtetur minis. vt Daniel. xiiij. Stephanus Canuti in tract. de regim. castit. chart. xiiij. col. ij. & iij. de illis iudicibus contra Sufannam, vel vt mundus erga Paulinam. de quo Iosephus de bello Iudaico. lib. xvij. cap. x. & etiam Paulo iuriscōsulto placebat illa puella, licet sententia Imperatoris displiceret. l. Aemilius. ff. de minori. vbi Alber. col. j. vel vt ille episcopus illā puellam de qua Pontanus in dialogo Charon. cap. incip. ascendite. vel vt Claudi. Appianus v. g. in l. iij. col. iij. ff. de orig. iur. Liuius decad. j. lib. iij. vel vt Tarquinius Lucanus. cap. proposito. xxij. q. v. Ioan. Pyrrhus in l. velle non creditur. ff. de reg. iur. Liuius decade j. lib. ante fin.

43 ¶ Et si non possint aliter seducere, tacebunt se coniugatos vt vidi in facto, & contrahēt matrimonium cum filia quam amant. & sic vides cui poenæ se exponunt. scilicet infamiae. Bar. in l. j. ad fin. ff. de his qui not. infam. Item confiscationis dimidiæ bonorū. vt dixi in xij. ratione, quod sit vtile nubere. l. eum qui duas. C. de adult. Ang. in Maleficijs. in gl. chai adulterato. chart.

char. penult. Io. Montolonius in Promptuario Iuris. in versic. dulcis. Alex. lib. vij. consil. clxv. viis & ponderatis. & de iure canonico inciduntur panni autē & retrō. Panor. in cap. cum haberet. de eo quæ duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. Item & grauem poenam in foro conscientiae. cap. ij. de sponsa duorum. vbi Præpos. dicit quod poterunt de hoc puniri etiam per ecclesiasticum: & sic licet secundum matrimonium sit nullum, tamen iste sic contrahens nihilominus punietur. d. leum qui duas. Felyn. in c. ex tenore. col. vj. versic. cæterum. in prin. de rescrip. Non poena capitis, sed alia arbitraria. Bertach. in repertorio. in verb. vxor. col. iij. post Anton. de But. quem ipse refert. & copiosius Præpos. in d. c. ij. Ang. in d. versic. chai adulterato. nisi secundum eundem dom. Ant. quem ipse sequuntur, esset ignobilis quæ desponsasset duas nobiles: quia tunc deberet damnari ad mortem. licet illud consil. dom. Ant. non inueniam in impræsis. allegat gl. in §. in summa. instit. de injur. & cum eo in simili tenet Mathefil. not. cij. incip. nota vñ. & illam gloss. sequitur Lucas de Parma in tract. de fisco. col. xxvij. versic. xxxiiij. casus. & in puncto iuris dicit veriore. Felyn. in cap. ex literis. col. x. & seq. de constitut. vbi Decius col. vij. licet Alexand. lib. vij. consil. clxxj. viso processu. de ea dubitet. Barb. in tract. j. de Cardinal. quaest. xj. col. ij. qui eam præterquam in supremo principe, in quo loquitur Luc. de Parma vbi supra expressè damnet. las. in l. qui iurisdictioni. col. ij. ff. de iurisdic. omn. iudic. Et illam gloss. Decius vbi supra limitat octo modis. Primo, vt procedat in delictis grauibus. Adde Socin. consil. clxxxvij. vbi ista bulla. col. penult. maximè si sit datum arbitrium. vt per eum idem Decius consil. c. ad fin. vbi etiam ponit de sexta limitatione, videlicet nisi esset aliqua poena cōfucta. quam etiam tenet Mathefil. not. xlvij. incip. not. quod vbi pro aliquo. Paris de Syndicatu. char. xvij. in fin. ij. col. ¶ Est 44 verum quod d. leum qui duas. inuenio limitatā nō procedere. vbi secundum matrimonium esset contractum per errorē, vel facilitatem ætatis, vel nō fuisset secuta copula: vel quando primum matrimonium fuisset nullum, puta quia cum affine. nam tunc potest contrahi secundum absq; licentia. Bald. lib. iij. consil. cij. incip. vbi matrimonij. repetito lib. v. consil. cxliij. pro quo facit quod habetur in apostillis Anch. in c. vt animarum. col. ij. de constit. lib. vj. qui limitat dictam leum qui duas. non procedere in ignorante. Ampliat tamen dictam leum qui. Ang.

indicto versic. chai adulterato. etiam in desponsante vnam. & 45
 contrahente cum alia. ¶ Vel isti obstinati amantes videntur
 alijs cautelis circa matrimonium, de quibus dixi in limitatio-
 ne tenentium cōtrariam opin. quod non sit vtile nubere. Imò
 vide si bene permittunt se isti amantes à dæmone excæcari. Nā
 quando prædicta eis non profunt, diuinam & humanam con-
 temnentem iustitiā, prorumpunt in raptrū. vt Paris Helena. laf.
 in l. si ita quis stipuletur. ff. de verb. obl. & tēpore Romuli Ro-
 mani Sabinas. licet mulier tūc excusetur, in tantū quod, quam-
 uis post matrimonium per verba de præsentī non secuta copu-
 la, liceat alteri ex cōingibus intrare religionē: secus tamen se-
 cuta copula. hoc limitatur in copula secuta per vim. Decius in
 l. nuptias. col. ij. vbi postil. ff. de reg. iur. pœna autē horum tra-
 46 ptorum est ignis in inferno, & mortis in libero homine. ¶ l. j. C.
 de rap. virg. ad quam plures declamationes cōposuit Quintil.
 & plura Guido Papæ sing. d. l. x. incip. cum quæritur. & eam
 summat Petr. de Rauena. in suo alphabeto iur. in verb. raptus. &
 est seuerissima lex, quæ procedit etiā in sponso rapiente spon-
 sam. secundum Petr. de Rauenna ibi, dummodo nondum fue-
 rit cognita, pro quo Cepol. consil. l. vij. super quærela. Barbat.
 lib. ij. consil. v. l. col. ij. sed contrarium tenet Corn. lib. ij. consil.
 l. xxx. incip. placet, ad fundamenta Cep. & Barbat. collige solu-
 tionem ex dictis Io. de Ana. in c. cū causa. de raptorib. l. in ij.
 not. Item procedit dicta lex, etiam si postea rapta fuerit cōten-
 ta de tali rapina. Ifern. in §. contrahentium. el. ij. in tit. quæ sūt
 regalia. col. ij. & videtur text. in d. l. j. qui nō excusat raptorem
 ex voluntate mulieris. limitatur tamen d. l. j. C. de rapt. vt non
 procedat quando mulierem quis raperet ad alium finem quam
 carnaliter cognoscendi, puta animo occidēdi eam. ita Decius
 consil. c. cxx. iij. in effectu quæritur. col. fin. dicens quod licet
 tunc debeat puniri, non tamen pœna d. l. prim. x. ¶ Secundò li-
 mitatur vt procedat dummodo illa rapta fuerit, postea cogni-
 ta carnaliter. Io. de Anan. quem sequitur Cepol. consil. l. vij. in-
 cip. super quærela. col. ij. dicens, quod ita fuit obseruatum Bo-
 noniæ. pro quo Bal. lib. iij. d. cōsil. c. ij. incip. verba. Cuman. con-
 sil. xcv. incip. Christophorus. col. j. Est verum quod in casu Cu-
 mani nō fuit aliqua abductio. licet fuerit emissio feminis intra
 femora puellæ cū violētia. Cogita tamen super ista limitatio-
 ne. quia Afflictus in cōstitutionibus regni, char. l. xvij. col. ij. &
 char. seq. q. vij. col. tenet quod sufficiat solus raptus. & ibi cōsi-
 tutio.

tutione, si quis rapere. q. vij. ponit pœnam illius qui deslorauit
 nondum viri potentem. ¶ Tertio limit. vt non procedat nisi
 actualiter fuerit mulier abducta de vno loco ad alium. Guido
 Papæ sing. M. vij. incip. raptus. nec sufficeret modica abductio,
 puta de via modicum extra viam. Cuman. d. consil. xcv. quem
 sequitur Hippol. not. l. xv. incip. statuto cauētur. Cogita tamē,
 quia in contrariū facit Bald. in l. sed eximēdi. in fin. princ. ff. de
 in ius vocandi. ¶ Quarto limitat non procedere in muliere
 inhonesta gl. in d. l. j. in verbo, honestatū. gl. in l. j. C. de his qui
 ad eccles. confug. hinc dicimus, quod si statutum punit raptos
 honestarum mulierum, oportet quod constet illam quali-
 tatem honestatis adesse tempore raptus. Cepol. d. consil. l. viij.
 quem sequitur Hippol. in l. si quis ne quæstio. col. xxvij. ff. de
 quæstion. & propterea inferunt Doctores, quod raptus mere-
 tricum non punitur pœna illius legis. j. C. de rapt. virg. Boni-
 fac. in tract. Malefic. in rubr. de raptor. Modern. in apostil. Pa-
 nor. in c. audientia. de sent. excom. Io. Pyrrhus in repet. l. con-
 tractus. chart. v. col. ij. ff. de reg. iur. Barb. lib. iij. cōsil. l. xij. licet
 col. iij. subijciens propterea quod Iudæus cōtrahens matrimo-
 nium cum meretrice, non punitur ad mortem, prout si cum
 alia. Sed mitius prout & etiam si carnaliter cognoscat meretri-
 cem, etiam punitur mitius. Cacialup. in repet. l. omnes populi.
 col. antepen. vers. vij. statuto. ff. de iustit. & iur. pro quo Alex.
 lib. vj. consil. xcix. v. i. inquisitione. vbi de adulterio commif-
 so per Iudæum cum Christiana. & lib. vij. consil. xij. attētis. fa-
 cit, quia includens meretricem non punitur pœna priuati car-
 ceris. Io. de Vilemati. in repet. l. diuus. ff. de sicar. num. l. xxxix. &
 c. & vide Cacialup. in repetit. l. si qua illustris. C. ad Offic. col.
 vij. facit Bart. in l. verum. la. ij. ff. de furt. vbi si scholares fran-
 gant ostia meretricis ad quam deinde dimisso ostio fracto su-
 perueniunt latrones qui furantur in ea domo, dicit Bar. quod
 non tenentur furti. quia eorum animus nō erat furandi. gl. in
 regula, imputari. lib. vj. Afflictus in cōstitutionibus regni, sub
 rubr. de violē. meretric. illata. est char. l. xvij. quia intētio ope-
 ri nomen imponit. v. Ethic. Ambros. in Officij. licet teneantur
 ad æstimationē damni rei furatæ. Decius in c. nā concupi-
 scentiam. ij. lect. de cōstit. facit Pragmatica in tit. de cōcubina-
 rijs. in gl. in verb. mortalis. vbi dicitur q. in meretrice nō com-
 mittitur raptus. char. cxc. & facit à contrario quod dicit Io. de
 Lig. in tract. de duello. char. ij. col. j. dicens, quod qui fornicatur

cum muliere vt pecuniam inde trahat, non mœchus, sed auarus est. facit, quia cognoscēs meretricem per vim, non punitur. Gandin. in rub. de aliquibus quæstionibus varijs, in Maleficijs, col. j. pro quo Decius in l. inuitus nemo. ad fin. ff. de reg. iur. dicit, quod meretrix cogitur vedere. Sed Mathefilan. not. c. ij. incip. nota vnum. dicit, quod poterit puniri extraordinariè pœna arbitraria propter iniuriam, pro quo facit Purpur. in l. ro. gasti. §. fin. ff. si cert. per. vbi tenet contra Decium, nisi eū saluus in ea quæ publicè quæstum facit, prout Decius loquitur: quia tales non sunt dignæ legum laqueis innodari. l. quæ adulteriũ. C. de adult. Io. Vilemati. in d. l. diuus. num. cxlij. Et ista limitatio quantum ad terminos d. l. primæ. C. de rap. procedit etiam in concubina alterius: quia nõ dicitur honestæ vitæ. Mathefil. not. c. j. incip. not. quod concubina. Cacialup. in repet. legis, si qua illustris. C. ad Ofic. col. xij. & seq. moderat tamè Mathefil. in seruo vel filio, quia isti punirentur. secundò procedit etiam, si talis mulier esset soluta omnino, dummodo ab alio cognita fuerit vel deosculata: quia præsumitur quod sicut alteri consentit, ita consentit vt raptori. Hippol. not. lxxiiij. tu habes. & in l. maritus. col. fin. ff. de quæstion. faciunt quæ dixi in duodecima ratione, quod sit nubendum, dum dixi de pœna stupri. est magnum dictũ. Modera hanc limitatione, nisi talis meretrix esset in carceribus. Hippol. not. cl. accessus. secundò modera, nisi esset affinis: quia tũc vt hoc sciens committit incestũ. Salic. in l. quæ adulteriũ. C. de adult. tertio modera in meretrice nupta honestè viuente cum marito. Ang. in d. glos. Chai adulterato. char. antepen. Io. Montolonius in Promptuario Iuris. in verb. luxuria. col. fin. practica Masuerij in tit. de pœnis. char. xcix. Cacialup. in tract. de debitor. fug. q. v. col. fin. dato quod raptor eam aliàs cognouisset antequam reduceretur ad honestam vitam. Hippol. in l. maritus. col. fin. ff. de quæstion. pro quo Cepol. d. consil. lvij. Franciscus. secus si ipsa quamuis maritata in honestè viuat. Angel. & Gandin. vbi s. Socin. reg. clix. Mater familiaris. tertia fallentia. Alex. lib. vj. d. consil. xcix. col. fi. ¶ Quintò limitat dicta l. j. C. de rap. virg. nõ procedere, nisi quãdo actus esset cõsumatus, vt patet ex limitationibus antedictis, cum hodie ex generali cõsuetudine Italię nõ puniatur affectus nisi sequatur effectus. secundũ Spec. quem refert Alex. Paul. & Ias. in l. j. §. fin. in fin. ff. quod quisq; iuris. Bertach. in tract. de gabelis. ix. parte. col. viij. Cepol. in l. si fugitiui. C. de fer. fugiti. col. ij. & d. xlvij.

& d. xlvij. Et col. xv. & consil. vlt. col. penult. Ang. in Malefic. gl. ex interuallo col. fin. vbi Moderni in additionibus. Corn. lib. j. consil. ccij. incip. licet Felyn. in tract. quomodo puniatur conarus. col. penul. Et ita responderi potest ad l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. cum simil. canonizata. in cap. si quis nõ dicam. xxxvj. dist. ij. pro qua facit illud Exod. xxj. Qui percusserit hominẽ, volens occidere, morte moriatur. Bolog. consil. viij. col. iij. in fin. Et quomodo puniatur affectus nisi sequatur effectus. Ang. in §. sed & si credat. instit. de oblig. quæ ex delicto. Socin. in reg. xxxj. lo. de Vilemati in regula. l. diuus. ff. de sicar. num. cxxvij. Fely. in d. tract. quomodo puniatur conatus. Moderni in tract. de perfecto clerico. ij. parte. char. xxvj. Ias. in rubr. instit. de act. col. fin. Et quando dicitur actus consummatus & perfectus. Bald. in l. data opera. quæ accusare. col. xij. & seq. Decius. ff. de reg. iur. in vj. regula. Afflictus in rubr. de malis & noxijs medicamentis. in v. not. & per totũ. Non tamen in totũ excusabitur talis affectus, quin debeat puniri pœna extraordinaria arbitrio iudicis, & per alias leges secundum qualitatem & proximitatem delicti. Alex. lib. j. consil. xv. col. iij. vers. & quia differunt. Barbat. lib. ij. q. xxij. col. fin. Felyn. in dicto tract. col. iij. vers. cæterum. & col. iij. vers. dicit tamen Baldus Vilemati in dicta regula. l. diuus. num. cxliij. Meritò ergo & prædictis concludere, quod viri sunt in causa muliebris incontinentiæ, quas precibus, promissionibus, muneribus, minis, lenonibus, & falsis matrimonijs & demum eum raptu ad inhonestatem seducunt: quia quamuis liceat vti via indirecta pro veniendo ad propositum, non tamen in similibus, nec dolosè. §. penult. vbi Ioan. Fab. instit. de adopt. quibus merito iura earum incontinentiam ascribunt, & nõ mulieribus. c. iij. d. autoritate & vsu pallij. Felyn. in c. qualiter & quãdo. cl. j. col. iij. de accusationib. Sæpe viri fallunt, teneræ non sæpe puella. & l. j. C. de raptorib. virg. per quam dicimus quod vitium libidinis principaliter homini attribuitur. Bald. in l. j. C. de senatusconsult. Claud. Panor. in cap. j. de adulter. j. notabili. Petrus de Rauenna in alphabeto in dictis extrauagatibus. col. penul. & ita tenent omnes, quicquid dicat Hispanus in historia Yabellæ & Aurelij, latè disputans quis det maiorem occasionem peccandi, an mulier, an vir. & dicit fuisse indicatũ contra mulieres. sed fuit iniqua sententia à suspectis iudicibus lata. ¶ Secundò quod viris sit ascribenda talis incontinentia, & non 47

mulieribus, probatur: quia in ludis publicis, spectaculis, in honoribus præferuntur à viris qui sunt lasciu, dominæ impudicæ, dominabus honestis: illis fauent, blandiuntur, primas seshones tribuant in cõuiuijs, honestas spernunt, ex quo cũ eis nihil lucrari possunt taliter quod pulchra honesta vix, si assistat choreis, inueniet qui sibi manum porrigat: ac in honestis quilibet placere studet. vnde quãdoq; tam causa ambitionis quàm indignationis ne spernantur faciunt sibi amatores: nolunt enim loca sua ab alijs occupari. gl. in l. fin. C. de off. mag. off. Bolog. in repet. auth. habita. col. pen. pro loco suo esset forte licitum sumere arma. las. in l. si nõ sortè. §. libertus. col. viij. ff. de cond. et. in deb. Et etiam pro honore competit iudicium possessorium. c. licet causam. vbi Decius col. ij. de probat. facit Io. de Lesnaudiere in tract. de Doctoribus. ij. parte. q. ij. circa medium. Bon. in tract. de nobilitate. ij. parte. col. ij. lo. Fab. in §. aliam. in sit. de bon. poss. docet enim Cato. Cede locum maiori. refert Iac. de ardz. in summa feud. in parte ij. partis col. iij. Nimirũ ergo si mulier honesta videat in aliquo conuiuium locum sibi occupari, excandescat. & deliberet fieri similis illi quæ sic veneratur & qui locus sit dignior. Cepol. de imperator. e. mil. delig. char. vij. in primo priuilegio digni. ¶ Tertio probatur: quia viri quandoque amplius sperantes in viribus & facultatibus suis, quàm in his sit. §. in fraudem. in sit. qui & ex quib. caus. man. nõ licet. quandoq; audent suprà vires suas. cõtra tradita per Bart. in repet. l. Barbarius. col. ij. ff. de offic. prætor. vbi post Sallust. docet ne quis contra fortunam animum gerat: nam nõ omnibus omnia cupienda sunt. idem Cicer. de Senect. c. sequitur terra. & omnia quæ animo concipiuntur nõ possunt perfici. v. Bar. vbi §. col. vj. facit Erasim. prouerb. cc. xiiij. in j. parte. in diuicijs Meleonis exuiuium. & ccxvij. nõ est cuiuslibet Corinthum appellere & dx. intra tuã pelliculam te contrine. & pluribus seq. & iij. parte prouerb. dclj. vltra vires nihil aggrediẽdũ. Et Cato, Quod potes id tenta. vbi Ascẽf. R. ofar. Bult. ij. lib. ferm. cix. literal. Et sic si cognoscunt se impotentes ad onera matrimonij, ita quod excirant vxores, & postea nequeunt supplere: quia quando virga est nimis parua mulier non delectatur, nec concipit: & est causa vt fugiat à suo pari, & quarat alium, secundum Auic. xx. sen. tertij can. dum agit de virga. vnde viri debent scire illud Horat. & versate diu quid ferre recusent, quid valeant humeri. pulchrè Angel. in §. impetu. in sit. de lege

Aquil.

Aquil. Ioan. Iac. de Canibus. de modo studendi in rub. de tẽp. diuis. facit Nauis Stultifera chart. xxvj. de incip. & non prius prævidentibus. Alber. lib. ij. quando consilium sit examinandum. & sinens agrum suum fordescere, punitur. Gell. lib. iij. c. xij. si quis agrum Hadr. Papa noster in Quodlibet. questio. x. char. pen. allegãdo Prouerb. xvij. ne eis eueniat, prout scaro, quem refert Virgil. circa princ. vj. Aeneid. & Phæthõti, quem refert Ouidius in sua Metarmor. cuius allegoriam in proposito castitatis posuit Guiliel. Mara oratiõẽ vlt. in cip. Dedalus. eam etiam refert Pontan. de fortitudine. c. de audacia. chart. j. Etenim si mulieri nõ tatisit de vestibus & carnibus, cornibus vlcicitur, & adibit alium qui formabit duos clauos in vna calida. Barbat. in c. prudentiam de offic. deleg. nu. xix. Imò & forrè tres. volunt enim esse induta, vt eis, & nõ ancillis fiat honor. Ang. in §. si tamen. in sit. de rerum diuis. Pich. in §. Titia. q. lxxj. & propterea si salutantur, domina respõdebit, & ancilla tacebit. vt docet Barbat. in c. volentes. col. si. de offic. deleg. Et si vir ipse non dederit, datum ab alio videbit: vt inquit Portius Cato. apud Lium decad. iij. in princ. lib. quarti, præsertim quando vident alias bene indutas, quia inde sumunt inuidiam. Sed inuidiosus ego, non inuidus esse laboro. gl. in l. j. C. de cad. tol. in l. citharam. ff. de vsu & habit. Et stultus qui inuidiam placare parat virtute relicta. Portius in sit. de lege Fus. Can. tol. ¶ Quarto arguẽdo à solitis. l. certi cõdictio. §. quoniam. verb. nam quotidie. ff. si certum pet. vbi las. iij. not. Ioã. Lupus in rub. de donat. inter vir. & vxor. charta. xxvij. vers. limita. quintò mariti vadunt ad alias mulieres, cum illis se coinquinando, quærentes meliorem panem quàm triticeus est. Papa Pius epist. xxx. col. ij. Erasim. ij. parte. Prouerb. xcij. concupiuit assam farinam. & credunt fertilior seges alieno semper in aruo. Erasim. in j. parte Prouerb. cccclxx. Vicinumq; pecus grandius vber habet. gloss. in l. pro hæred. ff. de per. hæred. & aqua furtiuæ dulciores sunt, secũdum Salom. quem refert Hofstien. in Summa de clandest. despons. in princ. & reputant hoc sibi pro honore & industria Io. Fab. in §. item. l. Iulia de adulter. in sit. de pub. iudic. licet deberent esse cõtenti suis, & non aliena cõcupiscere. Paul. de Cast. in l. si cõstitit. C. finium regund. nam, omnia qui vult, debet habere nihil. vt Quintilianus contra Venetos. Et paria sunt amplecti omnia, & nihil. vt in epist. Ioan. Pici Mirandulæ. Hermolaus Barbarus epistola

T 4

Pro defen
sione loci
licet arma
capere.

incip. Fallere Saluate. Quinimo qui binos lepores vna sectatur in hora, Vno quandoque, quādoque carebit vtroque. gloss in fin. C. de assessor. at dicunt quod quanto plures supponunt, tanto plures sibi sunt subiecta, ex quo ipsi habeant earum honorē in manibus. tamē videmus quotidie mulieres ex zelotypia amatorum perfidiā multipliciter vlcisci. & nihil est quod tantum castas exasperet mulieres. l. cōsensu. §. si qua igitur. C. de repud. las. in l. ex ea parte. §. mulier. j. not. de verb. oblig. Et dicit Philosophus in Oeconomicis. lib. j. cap. iij. vers. Gilbertus, quod mulieri iniuria est externarum mulierum coitus. Rosarium Bulti prima parte ferm. xxij. litera l. Cacialup. in repetitione l. si qua illustis. C. ad Orfic. col. xiiij. nam dicunt ipsa illud Ouidij in iij. de Arte Non benēcum socijs regna Venusque maner. & ij. de Remedio, Secta bipartito cum mēs discurrat vtroque, Alterius vires subtrahit alter amor. gl. in cap. clericus. xj. q. j. text. in l. lex que tutores. C. de admin. tur. Navis Stultifera chart. xxix. de seruiente duobus. text. in cap. cum diuersis fallacijs. de cler. cōiug. in antiquis. vir duplex animo est inconstans in omnibus vijs. Bal. in cap. ex tenore. ad fin. de rescrip. conglutinātur enim inuicem animarū amicorum. Genes. cap. xxxiiij. in princip. August. in quarto confessionum, dum dolet de morte amici. ideō non potest diuidi in plures. vt dicebat in sua legenda sancta Agnes. Aegidius de regim. princ. lib. ij. parte. j. cap. ix. & x. lib. iij. parte. j. cap. x. Et pluribus inentus minor est ad singula sensus. gl. in verb. offendiculum. in c. accusatus. de heretic. lib. vj. in c. cum diuersis fallacijs. de cleric. coniug. & nemo potest duobus dominis seruire. Matth. vj. Hadr. Papa noster in Quodlibetis. q. ix. est chart. xcix. litera l. & q. xj. col. x. & quod ponit Amedeus in dialogo de Amicitia. chart. xvj. Tquod verus amor non potest esse diuisus in plures nec vnus anima potest multis sufficere affectibus: sed vnus ab alio opprimitur. & diuisus fit imbecilior. & ponit exemplum, quod plus diligitur vnicus filius, quā plures: nec capiunt mulieres solut. quam ibi ponit ad hanc rationem, in chart. seq. & seq. Vnde cum non sit ira supra iram mulieris. Bal. in l. si apud. C. de reuoc. donat. Merula in Chronica Mediolanensis chart. xxv. iij. Navis Stultifera char. lxxij. de ira muliebri. Clau. super Lucam, tract. v. ij. c. char. j. praesertim in illa quae parū timet maritum suum. & dicitur Virago. secundum Hipp. in l. j. §. ad quaestionem. col. j. iij. fall. ff. de quaestion. Et desert fabulas viri.

Cyn.

Nō est ira
supra iram
mulieris.

Cyn. in l. si. in fi. C. de secund. nup. Et se induit veste virili. Paul. de Castr. in l. mulieres. in fi. C. ad Velle. quod quando licitū sit, vide Io. Gerson. in ij. par. ad fi. dum loquitur de puella Frācia, quae fugauit Anglos. & si in tali habitu intercedat pro aliquo, non iuuatur Velleiano. Alex. lib. vj. consil. cxxij. num. ij. incip. quoniam abunde. & possunt dici masgia. id est masculini generis. in simili de illa l. dicit Paul. de Castr. in l. acceptā in princ. C. de vir. & sunt fortiores viris, & fortē sunt de genere. A mazonom: & si quispiam quaereret, fortē in eis testiculos inueniret. imō quaedam viri sunt, & verberant maritellos & ancillas ita formaliter. Roffred. in rub. de constit. si quis in tām. col. iij. Host. in summa de iure iur. §. quomodo censetur. col. iij. & eorum mariti dicuntur viuere in Gynæcoeratomos: id est, in vxorio imperio. secundum Aristot. quem refert. Budeus in l. ius ciuile. ff. de instit. & iur. ante fi. & de mulieribus gerētibus arma, vide Curtium Iuniorē in feudis. in iij. par. col. v. in septima limitatione. Pontanum de fortitudine. in c. de audacia. chart. ij. & seq. & quis cibus eis conueniat. vide Magistrum Io. de Rosellis in suo epulario. chart. xxiiij. est lib. iij. dum loquitur de piscibus qui vocantur polpi. in tantum quod praualetalis ira amori filiali. vt scribitur de Progne & Philomena. de quibus Philephus in commento Petrarchae, rithmo decimo. Iuuen. satyra vj. & Propertius ad Cynthia dicebat: Nescit vestra ruens ira referre pedem. Et Plautus: Si quid faciendum est mulieri malae atque malitiosae, ea sibi immortalis memoria est meminisse & sempiterna, maximē si sit iuuenis: quia difficile est coartare iuueniles calores. l. si. §. filij. C. de bo. quae liber. maxime quando irascitur ex zelotypia: nam à tribus timuit cor meum, & à quarto facies mea metuit, scilicet dolor grauis super omnia graua, mulier zelotypa. Ecclesiast. xxx. nam cum amant maritum facilliter prorumpunt in iram, vt aegri sitientes & pauperes. ij. Rhetor. Hadrian. Papa noster in Quodlibetis. q. vij. litera d. est chart. lxj. & in eis non habet locum illud, Non ea vis animo, nec tanta superbia victis. Barb. in c. licet ex suscepto. col. iij. de for. comp. Dicunt mulieres illud Plautij in Mercatore. in scena incip. Ecceator, Legedura viuūt mulieres: multoque iniquiores misere quā viri: nam si seortum duxerit &c. Dicunt quod indignatio facit hominem proditorē. Claud. in Monarchia Francia. parte. ij. c. xvij. post medium. vt Ouid. vj. Metamorph. xiiij. Laetaeque quid faciat, quid amēs,

T 5

quid foemina discas. & sic etiam quod omnino ita facere dece-
nisset, excusationem sumunt. nam causam quaerit qui vult di-
scedere ab amico. Proverb. xvij. Ifern. in c. j. §. conuenticulas.
de pace iur. firm. Alber. in rub. de laude facienda. est enim pec-
cati praetens semper aliqua ratio, quam suo pratendat errori.
Gaguin. libr. vj. in vita Phillippi Augusti. facit Aret. consilio
clxv. sicut. col. vij. & viij. quem refert Vincetius de bello Ita-
lico. charta. ix. col. ij. maxime ipia quibus daemon propter cu-
riositatem offert aliquid melius inuenire. Afflictus constitu-
tione. si quis rapere. j. not. & omnia probate, quod bonum est
tenete. c. sancta. xv. dist. Alber. de consilijs dandis. lib. ij. rubi.
de prudentia. col. fin. & in rub. de probat. amicorū. Item om-
nia noua placent. gl. in procm. ff. in verb. noua. col. v. Et na-
tura nouas semper properat edere formas. in tit. quae fuit pri-
ma caus. ben. amit. Talis ira eas excusat, cum impediatur animū
ne possit cernere verum. gl. in auth. de appel. & infra quae tem-
pora. in verb. & indiscussos. facit. l. quicquid calore. ff. de reg.
iur. ad quam Rom. sing. dvij. incip. volo. Bertach. in tract. de
episcopio. char. xvj. Ioan. de Selna in tract. de iure iur. charta. v.
col. iij. Aret. consil. xxxij. visis diligenter. in fin. ij. col. Socii.
consil. l. cxvij. vita narrat. in fi. ij. col. Ias. in l. filiam. ij. col. C. de
in of. testam. Felyn. in c. dilecti. penult. col. de excep. in c. fin.
col. h. de iure iur. Cland. in rep. l. vt vim. col. xxxvij. de iusti. &
iur. Io. Lup. in rub. de don. inter vir. & vxor. char. xiiij. col. ij. si
indignatae cum sint valde vindicaturae propter earū pusillani-
mitatem. Biblia Aurea c. xix. de auaritate mulierū. Card. praep.
pos. epist. xcviij. est char. lxiiij. vt. A med. in dialo. de Amicitia.
char. xix. Iuuen. satyra. xij. Matt. Bofius de reg. magistratu. c.
xj. Senec. de Clemetia, char. ij. c. sed ergo. quod magnanimitas est
propriū. placidū esse iniurias atq; offensiones semper despice-
re: muliebri est furere in ira. Ouid. in Tristibus, quem refert
Bon. in tract. de de nobilitate. par. vij. col. j. & par. v. col. pen. &
Iodoc. in cōsimili tract. c. vij. quae alia adducit in c. xiiij. Vin-
cen. Cingault. cōf. de alienatione iustitiae. char. iij. quo quisq;
est maior, magis est placabilis irae & c. Et in tali furia mundum
si possent destruerent. vt colligitur in fabula Meleagri & etiā
Prognos. de quibus Ouid. in Metam. Herodiade contra caput
sancti Io. Bap. & vxore Antonij cōtra linguam Ciceronis de-
functi, acu se vindicante. refert dolens Fortun. in l. Gallus. §.
quidā col. xix. ff. de liber. & posth. Sed dolere nō debet, imō ir-
ridere,

ridere, vt apud Lucanū Pōp. in princ. noni. resitū; sui ludibria
trūci. & Philel. dec. iij. satyra vj. Nūq; ego magnanimū fatear,
quē sola iuuabit Vltio & c. & dec. vij. saty. vij. Paris de remilita-
ri. in prin. viij. & Bon. in tract. de nobilitate. ij. par. col. j. vbi al-
legat Ouid. de Tristib. & dicit maritis suis vt rex Robert. Io.
xxij. minati mirabilia, vos facietis, et nos faciemus, et me iuua-
bo. Bal. de pace Cōstāt. in §. in Christi nomine. in gl. in ver. co-
ronā. & subiicitur, Frāgenti fidē, fides frāgatur eidē. l. cū propo-
nas. la. ij. C. de pact. c. ij. de iure iur. Et illud Caro. Tu quoq; fac
simile. gl. in §. illud quoq; i ver. arte. in auth. de exhib. re. sic ars
deluditur arte. gl. in auth. iustitiae. quod praestatur ab his. in gl.
in vers. arte. Et Ouid. in iij. de Arte. Iudice me fraus est cōcētia
repellere fraudem. Maphes Veg. in suis rusticalibus, char. v.
Quid melius dici possit, qd sancti? vnq; Quam laedi authores
criminis arte parit; & Dicitur in authorē pōna redire suū l. pe.
C. de leg. Spec. in tit. de aduocato. §. iā nūc videndū. col. j. & ij.
& à corale mōtōe, corale bochone. Gl. in l. quod in hāredē. §.
eligere. ff. de tribut. Sig. cōf. si. col. xv. Et p̄pterea qd tū si adul-
teriū adulterio cōpēsant. l. viro atq; vxore. ff. sol. matr. vbi alle-
gar Iuē. Nil Catilina Cethego. quia paria delicta mutua cō-
pēsatione tollūtur. c. pen. de adult. Paul. de Cast. lib. j. cōf. cccc-
ij. hāc Bolog. cōf. ij. viso igitur. Pet. de Bellape. q. cccc. xij. Dec.
in l. semp in cōtractib. ff. de reg. iur. facit gl. in l. li. §. j. in ver. do-
lo. ff. de eo per quē fact. erit Hipp. in l. paire vel marito. col. ij.
ff. de quaest. Et sic adulter quod fecit semp expectet. l. iij. ante fi.
C. de episc. aud. nā per ea quae peccauerit homo, p̄ hęc torque-
tur. Sap. xj. Rosariū. Busti. j. par. serm. ix. litera y. Item. in §. sed
& quid lator. quae fuit prima caus. ben. amit. & quae unq; temi-
nauerit homo, hāc & metter. ad Galatas vj. & ea mensura qua
mensi fueritis, hac eadē remerietur vobis. Matr. vij. circa prin.
dicā j. de peruententibus iudiciū. Et licet alia delicta munden-
tur per pōnitentiā. c. nouit. de pōnit. dist. ij. pulchrē Hostiē.
in summa de scrutinio. col. h. vbi post pōnitentiā non cogit-
tur quis respondere de peccato commisso. Io. Mōtolonius in
p̄optuario iuris. char. ccxxvj. in fi. j. col. forte nō sic quo ad istā
recompensationē: quia dauid fecit pōnitentiā. & tamē Regum ij.
dictū fuit tibi, eo qd despexeris me, & tuleris vxorem Vrae, ecce
tollā vxores tuas i oculis tuis, & dabo p̄ximo tuo, & dormiet
cū vxoribus tuis in oculis solis: tu autem fecisti absconditē: ego
autem faciā in conspectu omnis Israēl. refert frater Syluester
contra

contra Lutherum chart.cxx.& tamen secundum eum, fecerat
 David iam poenitentiam de illo peccato Vriæ. est terribile do-
 cumentum, & videtur esse speciale in hoc delicto. vt in simili.
 Luc. de Penna in l. quicunq;. C. de apparit. præfecti vrb. lib. xij.
 ad prædicta facit Petrarcha de remedio vtriusque fortuna. &
 dialogo. cxliij. de vxore impudica. & inquit Hieron. contra
 Iouinianum, quod quæ non licent fœminis, æquè non licent
 viris, cum eadem seruitus pro ratione censeatur. Prius ergo se
 corrigant mariti, quàm in mulieres maledicant. vt inquit Na-
 nis Stultifera. chart. xxxij. de medico, vt curet seipsum. & char.
 xl. de iudicantibus alios. Petrarcha epist. xix. quærelarum. ad h.
 Philosophus ij. Rhetor. ridiculum est accusare externa, & nō
 seipsum potius qui ab his facile capiatur. Hadr. Papa noster in
 Quodlibet. q. xj. col. antepenult. & q. xij. cap. iij. col. j. Phalaris
 epist. xij. ad Castratum. aliquid Signor. consil. cclxvij. ad consu-
 sionem. in primis verbis. Io. Montolonius in Promptuario Iu-
 ris. in ver. festuca. & licet se excuset, quod accusare auaritiã
 etiam latro potest. Io. Andr. in vltima Mercuriali. col. vj. vers.
 de secundo. videant quæ congerit Paris de Puteo in suo tract.
 de Syndic. in primis verbis. Patinus in tractat. de visitatione.
 chart. v. col. iij. Petr. Subert. in vinea Domini. v. parte. cap. vj.
 est chart. lxxx. auferant trabem de proprio oculo, antequàm
 damnent festucam in alieno. Matth. cap. vij. Ioan. Montagne
 in tract. de bigamia. j. q. col. xvj. & seq. facit Ioan. viij. qui sine
 peccato est vestrum. super quo plura congerit Landolphus in
 vita CHRISTI. parte. j. cap. lxxxij. col. iij. Calcan. consil. vij.
 dominus Nicol. col. vij. & viij. Et dicit Amedeus in dialogo de
 Amicitia. chart. xl. post Senec. Improbum esse qui ab vxore pu-
 dicitiam exigit. & ipse est alienarum corruptor vxorum. An-
 teros Freg. char. viij. q. allegat illud Iuuen. Sed peiores qui ta-
 lia verbis, Herculis inuadunt. facit illud Cornelij ad Cicero-
 nem, quod refert Amedeus in dialog. de Amicitia. chart. xxij.
 & illud Saluatoris, Paries dealbate. de quo Eras. iij. parte Pro-
 uerb. dxxij. ¶ quando enim dignus reprehendi vult alios repre-
 hendere, debet irrideri. Ifern. qui allegat Iuriscōsultos in pro-
 logo feudorum. col. ij. Sed natura ira tradidit, quod facilius co-
 gnoscimus errores alienos, quàm proprios. gl. magna circa fi.
 de iur. & fac. ign. Aeneas Syluius epist. ccccxx. incip. legimus,
 non enim debent vir & vxor hæc ad imparia iudicari. Rosariū
 Bussi in j. parte. ferm. xxij. litera d. potius viri deberent ex ge-
 nero

Prius se cor-
 rigat, qui
 alios vult
 corrigere.

49

nerositate animi non permitttere se superari in beneficijs red-
 dendi, sed imitari agros fertiles, qui vltra reddunt quàm rece-
 perint. secundum Lancel. in l. quæ dotis. col. iij. ff. iol. mar. &
 sic simulier sit corpore, maritus corpore castus sit & animo.
 monstrosus enim est fragilitatem mulierum superare fortitu-
 dine viros. Salomon. in repet. l. Gallus. chart. xix. Et propterea
 Anteros Fregosij chart. xxvj. allegat cap. indignantur. xxxij.
 q. vj. vbi dicitur, quod maritos adulteros tanto grauius puni-
 ri oportuit, quanto magis ad eos pertinet virtute vincere, &
 exemplo regere fœminas: & sic quia maiori bono maius ma-
 lum opponitur. secundum Philosophum, quem refert Gem. in
 cap. statutum. de hæc. lib. vj. Et actus mariti trahuntur in exem-
 plum ab vxore & à tora familia. xj. q. iij. cap. præcipuè. Barbat.
 lib. j. consil. j. col. vj. Nais Stultifera. chart. lvij. de prauis maio-
 rum exemplis. pulchrè Maphæus Veggius in tract. de educa-
 tione liberorum. char. iij. & seq. facit Eras. iij. parte. Prouerb.
 deccxix. Complura. masculi canis cubilia. Aegid. de regim.
 princ. lib. ij. parte. j. cap. viij. & seq. ¶ Et ex adulterio mariti mu-
 lier lucratur augmentum dotis. Ioan. Lup. in rub. de donat. in-
 ter vir. & vxor. char. x. in iij. effectu. ipsi ergo mariti talia agen-
 tes occasionem præbent. nam vt inquit Ouid. ij. de Arte: Dum
 fuit Atrides vna cōtenrus, & illa Casta fuit: vitio est improba
 facta viri, & inquit Philosophus in Oeconom. q. si mulier cog-
 noscit virum sibi fidelem, ipsa etiã erit fidelis. frater Iacobus
 in Sophologio Sapien. lib. x. cap. x. de fidelitate coniug. cap. si
 ductus. xxxij. q. vj. cap. apud duos. cccxxv. Gallicus in Les
 cretz de marriage. chart. x. Et hoc maximè procedit quãdo ma-
 risus se coinquinat cum aliqua meretrice fœda, seu longè mi-
 nus pulchra quàm sit vxor. vt s. dixi ante fin. vij. ampliacionis.
 ver. præterea nulla. facit gl. in cap. cum quidam. de iure iur. vn-
 de damnus, quod quis sua culpa sentit, sibi & non alij debet
 imputare. vt in regula, damnus. nam quandoque etiam lenis
 occasio est magni ponderis. secundū Bald. in cap. per tuas. col.
 j. de probat. & impedit actum fieri. Curt. consil. lxxvj. sapientis.
 col. iij. & postea dato vno inconuenienti, multa sequuntur. l.
 ratas. C. de rescin. vend. Barbat. in c. edoceri. col. iij. de rescrip.
 vbi postilla. Philosophus j. Philic. quem refert Barbat. in c. cum
 venisset. col. fin. de iudic. & ¶ parus error in principio est ma-
 ximus in fine. vt patet in itinerantibus. Philosophus j. de Cœ-
 lo & Mundo. & vnum malum nunquam venit solum. gl. in s.
 cogita

tiorem : quia aliàs tantùm de eo non dubitaret : & ideo tantùm appetens nouitatem , ipsa quæret modum experiendi. Propterea dimittat mariti uxores in mediocri libertate. quia, vt inquit Ouid. sine tit. lib. iij. Cui peccare licet , peccat minus : ipsa potestas Semina nequitia languidiora facit. & subiungit : Nitimur in veritum, semper cupimusq; negata. facit illud Marialis lib. j. dum scribit ad Cæcilianum de vxore sua : Non sint ergo viri ita creduli : & qui citò credit, leuis est corde. Felyn. in c. cum cõtingat. ad fi. de rescript. & esset nimia bonitas facilius nimis credere. Panor. in c. licet Hely. de simon. quod qualiter procedat. vide Felyn. in cap. j. col. j. de summa Trin. Ias. in l. j. col. iij. ff. de eo per quem fa. erit. in l. certum. col. fin. ff. licet. pet. facit gl. not. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demonst. quæ vult quòd dictum notabilis viri inducit iustam credulitatem. quam ad hoc ibi dicit Bolog. esse singularem. per quam infertur Felyn. Panor. & Ias. in dictis locis, ad illum potestatem qui credidit illi nobili carcerato qui promissit non aufugere, & tamen post aufugit, quòd potestas non poterat dici credulus : ex quo ille carceratus erat nobilis fide dignus. idem dicit Paris de Syndicatu. chart. xxij. col. j. in fin. Hippok. in repet. rubricæ. C. de probat. col. xxxvij. latius in l. j. §. col. iij. & seq. ff. de quaestio. Et pro illa gl. quòd dictum legalis viri inducat iustam credulitatem, facit Ias. in repet. admonedi. col. lxij. & seq. Currius Sen. consil. xix. col. iij. Luniar. in authen. si quis in aliquo. chart. iij. C. de edendo. Bald. in cap. veniens. de test. in cap. cum contingat. vbi Felyn. de rescrip. in cap. præterea. col. j. de test. in cap. nuper. eod. tit. in cap. literas. col. iij. de præsump. in cap. de quarta. col. vij. ver. prima doctrina. de præscript. in c. sicut. col. vij. ix. & xix. de re iud. in cap. ij. col. iij. vbi Roch. chart. vj. de iudic. Panor. in cap. fraternitatis. ad fin. de test. in cap. nouit. de iudic. col. xvij. in cap. licet. vltimo not. in c. cum oporteat. iij. col. de accus. in cap. cum in iure. j. not. de offic. deleg. in c. licet Hely. v. not. de simon. Innocen. in cap. innotuit. in princip. de eo qui furt. ord. sus. Bart. in cap. cum super. col. fin. in cap. innotuante. in cap. causam quæ. col. j. de offic. deleg. & j. vol. consil. xij. col. xv. & xvij. & consil. xxij. col. x. & in simili consil. lxi. col. v. & in ij. vol. consil. iij. col. xvij. & consil. ix. col. xiiij. & ix. col. xiiij. consil. xvi. col. v. & consil. xvij. col. xij. & xiiij. & xxij. & consil. xxi. col. iij. consil. xxiiij. col. xxvj. & consil. lix. & lxxvj. col. vj. Alexand. lib. j. consil. cxxxv. col. iij. & ij. vol. consil. xxxi. col.

col. iij. Cepol. consil. xxvj. col. iij. & consil. xl. col. x. Imol. consil. xvij. col. fin. & cvij. col. iij. Card. consil. xxxv. col. fin. xciiij. col. ij. Aret. in l. in illa stipulatione. col. iij. de verb. obl. & cõs. lxvij. col. v. & ciiij. col. v. & seq. cliij. col. ij. clx. col. v. Gerardus not. xxx. Bon. in tract. de nobilitate. parte v. num. xj. & xxvij. Alex. lib. vij. consil. cxc. visis attestacionibus. col. pen. est num. vij. tex. in l. si pater. in versic. affirmantium. ff. de solut. Ant. de Bur. vbi Panor. post Hostien. in c. finem litibus. de dolo & contum. di cens, quòd honesta persona propterea non condemnatur in expensis : quia non præsumitur calumniari in contrarium. de hoc vide text. in c. si quis triginta. lxxvij. dist. vbi Archid. Lap. alleg. cxxvj. Et dicit idem Butr. in cap. ij. de probat. ad fin. quòd stante statuto quòd cõtra instrumentũ non admittantur probationes per testes : admittuntur tamen, si testes sunt legalissimi. imò & consanguineus, qui aliàs nõ admitteretur. in c. cum oportet. de accusat. facit Bart. in l. in bono. ff. de bon. possit. tit. generali. Quas quotas extede tu pro libito cũ habueris oriũ. ¶ Sexto quòd incontinentia mulierum viris sit ascribenda : probatur, quia aliqui sunt qui non aduertunt, quòd omne nimium vertitur in vitium. gl. in auth. de immen. donat. Erasmi. j. parte. prouerb. dxciiij. Ne quid nimis. nec ad illud Horatij : Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines. Quos vltra citraq; nequit consistere rectum. gl. instit. per quas person. nob. acquir. Bald. lib. j. cõs. clxvj. quæritur vtrum vsurarius. col. fin. Guil. Rouille in tract. de descriptione iustitie & iniustitie. lib. j. c. pen. Et ideo dum vitant stulti vitia in cõtraria currunt. Petrarcha epist. c. j. summe, quia debet cogitare super his quæ dixi s. ante fin. vij. ampliacionis. de pulchra, dum dixi esse optandam medio crem formã : & ad ea quæ dixi in fin. sol. ad sextũ fundamentũ de fatuitate, q. virtus consistat in medio. Et discretio est mater virritũ. c. j. de off. cust. in fin. c. si. j. q. v. & nõ mater asinorum. Bald. in c. finem litibus. col. j. de restit. spol. Et q. sine ea quis non est homo sed bestia. Bal. lib. iij. cõs. clxj. Cæcilia. col. ij. Et q. distinguenda sunt tempora & cõcordabimus scripturas. c. si peccauerit. ij. q. j. & quòd negligentia dissoluta propè dolũ est. l. si fideiussor. in princ. ff. manda. Stulti ergo nolentes reprehendi de zelotypia laxant adeò liberas habenas vxori q. opportunitas facit latrones. c. veniens. el. ij. de eo qui cog. con. sang. vx. suæ. vbi Præpos. in iij. not. facit Aegid. de regi. princ. lib. ij. parte ij. c. xix. & seq. nam vt inquit Erasmi. iij. parte Pro-

uerb. cccclxxvij. sublata lucerna, id est data libertate, nihil intere est inter mulieres. vnde ut inquit Ouid. in ij. de Arte: Nihil Helena peccat, nil hic committit adulter: Quod tu, quod faceret quilibet, ille facit. Cogis adulteriū dādo tempusq; locūq; Quo nisi consilio est vsa puella tuo: & à iuvene & cupido creditur reddita virgo. gl. j. in §. si adolescens. in l. si verò nō remu
 17 nerandi. ff. mādari. & dicūt quōd nemo debet cedere iuri sibi oblato. c. quā periculosum. vij. q. j. de quo ergo debet esse maritus zelotypus? de mula, si non est de vxore. ut inquit illi Iulius, licet mulier indignata sit de comparatione abusiua: nec ideo deferenda est nauis in tempestate: quia vētos inhibere nō possis. vt Morus in sua Republica. lib. j. est char. xxix. Volaterranus. in fin. commentariorum vrb. in dialogo Socratis & Chri
 stoboli. char. ij. dicens, quōd nullam de aliqua re curam debet tantam habere sicut de vxore. Et quomodo debeat custodiri, in Chronica Ianue ix. parte. Philelphus deca. viij. satyra ix. incip. Antonij. Aegidius de regim. princip. lib. ij. Aristot. j. Oeco nom. praesertim c. iij. & iij. vbi Gilbertus. vbi lib. ij. latē de materia per totū. Vnde inter extremam zelotypiam & nimiam libertatem est dare medium: scilicet mediocris cura vxoris & re motio occasiois delinquendi: quia licet custodia non prohibeat semper quin vxor deliberata cōmittere adulterium, committat: prohibet tamē sepe, & rarius peccabit. vt patet in querelis amatorum qui de zelotypia plusquā de alia re conque
 18 runtur. facit Rosarium Busti j. parte. ferm. xxij. litera y. Cornazan. Proverb. Tu hay le noce, & io le voce. in princ. Sed cū primi motus non sint in potestate hominis. Io. de Platea in §. publica. instit. de pub. iudic. col. fin. nam quandoq; mulier erit semel in opinione peccandi, & impedita nequibit. Et tale scelus nunquā sibi amplius veniet in mentem. l. multū interest. C. si quis alt. vel sibi. Nec per hoc culpanda. nā cogitatio pœnam non meretur. gl. in ver. feudum. in c. j. de cap. qui cur. ven. & di
 19 cit Gacianp. in tract. de debito. fugit. q. iij. col. fin. q. qui medicū transgreditur, nō est vituperandus, secundū Aristotelem, quem refert Bald. in l. ij. col. vij. C. de rescin. vend. vide tamen Barb. in c. cū causa. col. j. de iur. calū. & quæ suprā dixi in tertia responsione huius contrarij: & pro vnicō delicto non debet virtuosus &c. Ideo bonū est aperire oculos in principio: quia ut inquit Ouid. Principijs obsta, sero medicina paratur, Cū mala per longas cōualuere moras. gl. si. in c. ad hoc. de rescript.

vbi

vbi Bart. col. fin. Albertanus lib. ij. quomodo examinandum sit consilium. & lib. vlt. in rub. de innocētia. & adhibere remedia quæ ponit Petrarcha lib. ij. de remedio vtriusq; fortunæ. dialog. cxlvj. de filia impudica. Anteros Fregos. in tribus vltimis char. post Ouid. de Remedio amoris. † Nec permittas vxorem
 19 tantum vacare pulchritudini: quoniam vltra peccatum & iacturam temporis cum vbi intendens ingenium valer. gl. in §. illud quoq; in anthen. de exhib. reis. Crede quōd hoc non tui, sed amatoris gratia facit. Item nec permittas eam vti tot pomposis vestibus: dixi suprā in sexta ampliatiōe. de capiente diuitem. char. ij. nec eam multū frequērare choreas maximē nocturnas. Nam talis mos non tam indecens, quā suspectus est secundum Maphæum Veggium. de educatione liberorū. lib. vj. post mediū. & Nauis Stultifera char. lxxix. choreæ fatuitas. & charta seq. & chart. cxv. de laruaris fatuis ob quā suspiciōnem Posthuma Vestalis fuit punita. Linius deca. j. lib. iij. est chart. xlviij. Idem Linius in viij. de Minutia quæ viua sepulta fuit. est char. lxxxvj. & coniuia: quoniam in illis facile generatur rixa. vt Philelphus deca. v. satyra x. incip. fena valle. & quis facilius decipitur inter epulas. cap. vnusquisq; xxij. q. iij. Surgetus in Enchiridion disciplinæ militaris. charta xliij. & lxxix. est in quarta parte. facit Decius in c. nonit. de iudic. iij. not. Et, vina parant animos. Ouid. in fine secūdi de Remedio. & Focundicalices quem non fecere disertum? gl. j. in c. à crapula. de vita & honestate cleric. post Iuuen. & Nolite inebriari vino, in quo est luxuria †: venter enim mero affluens facile
 20 despumat in libidinem. gl. in l. quæ adulterium. vbi Ang. C. de adult. facit Erasim. j. parte Proverb. dexiij. in vino veritas. & dxxiij. Odi memorem compotorem. latē de potentia vini. Esdra ij. c. iij. & vinum est venenum. Politianus etiam in cap. lxxj. Philosophus j. Oeconomic. cap. v. vbi Gilbertus. Petrarcha. epist. xxxv. ræco latē. Albertanus lib. vlt. de temperantia. Hostiens. in Summa. de temp. ordin. §. & cui. in tertia regula. & in tit. de spōsalibus. §. & qualiter dissoluatur. ponit de ebrio qui imprægnauit Beghinam dormientem. & plures ebrios ponit Seneca epist. lxxxiiij. incip. singulos. & in tract. de tranquillitate vitæ, ad finem. non damnat in totum quandoq; inebriari. vnde Stephanum Nigrum in commento ad carmina Pithagoræ charta iij. & suo tractatu de nimia obsoniorum appetentia traducto ex Musonio Græco. Lucas de Penna. in l. j. C. de

comiti. & trib. schola. lib. xij. Conuiuia quandoq; sunt ad ma-
lum: vt illi Hispani dantes vinum album ad limphandum ni-
gram, vt fideiuberet pro eis. gloss. in l. dolum. C. de dolo. fa-
cit Ioan. Montolonus in Promptuario Iuris. in verb. conui-
uia. Antiqui tamen conuiuia faciebant quotannis inter agna-
tos. vt si inter eos toto eo anno aliquid simultatis fuisset, tol-
leretur adhibitis amicis. Lancel. in l. qui se patris. colum. vij. C.
vnde liber. vide Pontanum in dialogo de continentia. plura
in epistola ante Sidonium incip. præcius. & Marùlius Tici-
nus in iij. lib. epistolarum. char. lxxiiij. & tribus sequenti. Man-
cinellus in ferm. lib. ix. titul. vj. Et qualiter in conuiujs præla-
torum. Lucas de Penna in l. j. C. de com. & trib. schol. lib. xij.
Bertach. in tractatu. de episcopo j. parte. libro ij. quæst. lxij. est
61 charta xij. nam T auarus est, qui non ducit aliquando amicos
ad comedendam secum: nec potest eligi in episcopum. capit. j.
lxxxv. distinet. & erit postea liberalis quando morietur. Ioan.
Fab. in §. peculium. institut. de legat. vide Albertanum de a-
more proximi. lib. j. rubrica. vnde oritur animos. & pulchre An-
dræam Salernum in sumia. Socin. in tract. de visitatione. chart.
xij. col. j. & char. ix. col. iij. dum loquitur de auaritia. Leonard.
Aret. ob quam conuertit beneueneritis in bene steteritis: sed
poterat responderi Socin. vt Socrates amicis leui cenâ susce-
ptis: si boni sunt, æquanimiter ferent: si mali, nō curandum. in
quibus tamen caue à cibo anserum, qui est cibus sepultorum: &
contra eas comedentes inuehit gl. in clem. si dominum. de re-
lig. & ven. sanct. in verbo, omnium sanctorum. secus de caseo,
quia est sanus: vt carmina de hoc ponit Archid. in cap. deniq;
62 iij. dist. Item caue ab illo: Quisquis amat dictis absentum ro-
dere famam, Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. gloss.
in capitulo conuiuia. xliij. distinet. Et clerici ibi cantantes
scurrilia, sunt excommunicati in postulis Ang. in l. item apud.
§. meminisse. ff. de iniur. in nuptijs autem conuiuia ab omni-
bus laudantur: vt Franciscus Barbarus de re vxoria, capitu-
lo octauo de munere vxoris: item in doctoratu in quo no-
biles plus expedentes plus honoris habent. Ioannes Fabri
instit. per quas personas nobis acquiritur. Sed prædicabat vt
sacerdos pro ecclesia, quia verecundatur petere pro se: & ta-
men ipsi sunt qui talibus fruuntur. Choreæ nocturnæ quan-
doq; proprie lenocinia & instrumenta luxuriæ sunt: vt sentit
Philadelphus satyra ix. incip. Anto. & de choreis prædixi in vij.
ampliat

ampliatione. alleg. Sallustium & Anterot. Freg. char. xxxij. fa-
cit Rosar. Busti ij. parte. ferm. xxxij. litera q; Petrarca de reme-
dio vtriusq; fortuna. lib. j. dialog. xxiiij. de choreis Seneca ad
Lucillum epist. iij. Et quandoq; in talibus conuiujs & cho-
63 reis nocturnis plures petunt inhonestas, & sic improbos se de-
monstrant. l. transactione. vbi Lancel. ij. not. C. de transact. li-
cet præmittant honesta & dulciora verba. Etenim non omnis
qui dicit, Pax vobis, quasi columba est audiendus. corui de mor-
te pascuntur. cap. non omnis qui dicit. ij. quæst. vij. & de syna-
goga Gulielminæ quæ longo tempore post eius mortem fuit
habita pro sancta. Chronica Corij sub anno Domini M. ccc.
Et Liuius deca. iij. lib. ix. char. ij. de synagoga Græci ignobi-
lis ex Hetruria Romam delata, quæ erat similis Valdensibus,
quæ postea orta est, vt refert Gaguinus in vita Ludouici iunio-
ris. ad fin. Et Celestina semper. incedebat cum mantello begni-
narum, & longa filzia paternostorum. & Plebanus Arlot in
penult. quinterno facietiarum postquam dixit, A furore rusti-
corum, ~~conferuntur ad se~~, disputatione medicorum, cæ-
tera notariorum libera me Domine, subijcit. ~~Et per diuina~~
~~conferuntur ad se~~, & à iurante per conscientiam meam.
prout semper faciebat Celestina. & omnino corrumpunt bo-
nos mores colloquia mala. Host. in summa de temp. ord. §. &
cui. col. v. tamen quandoq; sunt deteriora. nã vt qui vidit, testi-
monium perhibuit: mulier coacta fuit cōplacere, nec ausa cla-
mare. Panor. lib. j. consil. iij. incip. facti. imò nec postea dicere
marito, ne fortè eam minus diligeret. Et licet tunc sibi nō im-
putetur. gl. in c. ad eius. in versic. inuita. v. dist. Hippol. in l. j. §.
præterea. col. iij. ff. de quæstion. fugiendæ tamen sunt tales oc-
casiones. nam Rumor de veteri facit ventura timeri, Cras pote-
runt fieri turpia sicut heri. Host. in summa de elect. §. quis eligi-
tur. col. v. vnde nō essent culpandæ mulieres, si quando ad con-
similia nocturna conuiuia imitantur, si fingerent se infirmas: Fingant se
quia est quædoq; licitum fingere pro sua tuorumq; salute. De ^{infirmas}
cuius consil. clj. in ferm. col. antepen. in l. ea est natura. ff. de reg. ^{ne vadant}
ad conui-
iur. Biblia Aurea de prudentia & sagacitate. in princ. glos. in c. ^{nia.}
communis. xxij. distinet. Hadr. Papa noster quod dlib. j. est char.
vj. col. iij. Monfer. in repetit. l. frater à fratre. ff. de condi. in-
deb. col. vj. & Saluator finxit se lōgins ire. Luc. xxij. Io. Moto-
lonius in Promptuario Iuris. in versic. fingere. vbi discrit per x.
prædicamenta. vide Barb. in c. in nostra. col. ij. de rescip. gloss.

in l. obseruandum. ff. de offic. praef. in verb. detegit. de qua Cepol. consil. xl. Cacialup. in l. ij. C. de eden. Hipp. in l. de minori. col. iij. ff. de question. Felyn. in proem. in prin. col. iij. gl. in c. quomodo virginibus. xxxj. q. j. Et non sine causa facta est lex, disponēs quod si mulier vadat ad cōiuiua inuito marito, vel pernoctet extra domū, potest repudiari. l. consensu. §. vir quoque. C. de repud. & §. quia verò plurimas. in auth. vt liceat matri & auia. imò etiam possit recusare ire ad chorizandū seu tripu diandum in castro domini sui: quia ab omni superioritate, ius honestatis semper intelligitur exceptū. Iacob. in tract. de homagijs. in vltimis verbis Petrus de Ra. in suo aureo al phabeto. in dictis notabilibus extrauagantibus. col. vj. vers. con questus est semel. est char. cl. iij. col. iij. Sargerus in Enchiridio disciplinae militaris. char. xxiiij. Boni. de nobilitate. ij. par. nu. xij. Ioann. de Plat. in l. j. C. de maiuma. lib. xj. vbi dicit idem in curialibus. de mulieribus ciuium. Afflictus constitutione, di putatur col. ij. Decius in l. semper in contractibus. ff. de reg. iur. Roch. in cap. fin. col. viij. in ~~trij. p. p. h. a. t. o. r. o. d. e. c. o. n. s. u. e. t. u. r.~~ rext. in §. j. vbi Ang. in j. not. instit. de haered. instit. Dices quod licet seruus teneatur operas praestare dominus suus: non tamen intelligitur de carnalibus. Baueria in §. est autem. col. j. & ij. instit. de haered. instit. vbi etiam ponit qua poena puniatur ser uens contra faciens. nec permissus vxorem tuam conuersari cum dominabus infamatis. nam, Vnaq; conspecta liuorē ducit ab vna &c. Hosti. in summa de vita & hon. cler. §. qualiter clerici. col. iij. facit Plebanus Arlorus in facotia de Neapolita nis. est post medium operis. & Bald. in consil. schismatis col. antep. etiam si beghina, vt Hostien. vbi supra §. vtrum coha bitatio. per ea quae dixi in sexto fundamento de facultate. & cum perfruerūt faciem. Polydorus Prouerb. ccxxxj. & sic in uerecundae sunt & inemendabiles. Albertus de proprietate ho minis. Sunt enim sicut dæmon, qui experitur poenas inferni, & tamen tenet homines illuc ire. frater Ludouic. in tract. de vera contritione. vj. remedio contra luxuriam. Biblia Aurea c. xxvij. de castitate. faciūt enim quicquid possunt vt tibi similes plures adfint, vt cum earum vitia propter multitudinem dedu cta fuerint in cōsuetudinem, non sit quid agas, pudere debeat, nec possint iusti à talibus irrideri. Carmel. ecloga. ix. circa fin. Aethiopes vna quoniam nigredine fordent, ille color nulli vitio quippe datur. Afflictus in constitutionibus regni. in ti tulo,

Pernoctās
extra do
mum repu
diatur.

tilo, de adulter. circa fi. & in titulo ibidem seq. Papa Pius epist. iij. Tquod periurus cum periuro, excommunicatus cum ex communicato: item cōuersatio cum meretricibus, est signum modicæ pudicitiae. Ang. in l. vim passa. §. mulierem. ff. de adul ter. Item quando vides istas vetulas vel reuenditricēs frequen tare domum tuā, praesertim si intrant per posticum. nam talia ostia destruant domum. Cepol. in seruit. vrb. cap. xlij. de porta. circa fin. facit text. in cap. simulationem. xxij. q. ij. nam per plu res vias itur Romam. Bald. in cap. bonæ. el. j. col. iij. de elect. li cet dicatur ire etiā qui sella vehitur. ff. de seruit. rustic. l. qui in sella. per quam fuit destructus Bonella buffonus. vt refert Cepol. in seruitutibus rustic. cap. penult. facit ad eam Ioann. Fab. in tit. de iur. nat. in princip. Portius instit. de seruit. rustic. col. ij. Baueria in §. est autem. col. iij. instit. de haered. instit. Socin. lib. j. consilio cxlj. col. j. & ij. Erige tunc aures Pamphile, & ape ri oculos, quia res tua agitur, praesertim quando stant multum in colloquio vxoris. Item quando lupi non soliti ire vadunt per contratam, est adhibenda maior custodia Bald. in l. nemo deinceps. in fin. C. de episc. aud. maximè quando crinibus ince dunt comptis. Cyn. in l. neq; natales. C. de probat. & nocte va gatur adulter. Bald. in cap. j. §. porro si dominum. quæ fuit pri ma causa benefic. amit. nec credas quod cupiat videre illa tria quæ August. scilicet Christum ambulatē, Paulum prædican tem, Romam triumphantem. Bald. in cap. fin. col. si. de iur. cal. quia imò cupit videre & amplecti vxorem tuam: nec confide quod dicat se compatrem tuum, quia fortè non tetigit tempo re baptismatis. ideo putat se nō esse, & malè. Benedic. de Plūb. in l. etiā. ff. de manu. vindic. vel fortè est vsus cautela quam po nit Formularium prouinciale. nolo referre. Item quando vi des vxorem tuam aded libenter ludere cum iuuenē. vide Ca cialup. in tract. de ludo col. ij. & esto memor quod Ouidius in tertio de Arte dicit, ludēdo sepe paratur amor. & clām loquen tem Præpos. in cap. præterea. el. ij. pen. not. de sponsa. vbi alle gar inter cætera illud diui Bernardi: Hanc tibi generalem regulam constituas, vt Omnem qui veretur dicere quod in au re locutus est, suspectū habeas: facit Bald. in l. cum sententiam. C. de senten. & interloc. facit Ang. consil. cccxc. incip. charif sime colum. fin. Nata in clem. sæpe. in princ. col. xij. de verb. si gnificatione vel loco obscuro. nam qui malè agit. odit lucem. cap. consuluit. de offic. deleg. latè Barbat. libro secundo. cons.

liij. præclarè. col. xv. Ioann. Lup. in allegationib. post reper. de donat. inter vir. & vxor. est chart. cij. col. iij. vbi subijcit quòd quæ palàm sunt, non sunt ita suspecta. Fely. in cap. cum ex iuncto hæret. colum. j. Item stringentes manù, quia est signum consensus. Aret. consilio xiiij. vifo. col. ij. Item frequentia munuscula & ori applicata, blandèque dulces literæ, nihil habent sancti amoris: vt Hieronym. què refert frater Ludovic. in tractatu de Veritate contrit. chart. cxxxviii. de constantia instrumentalis agentis. pro quo facit text. in clem. si dominum. §. ò memoriale. de reliq. & ven. sanct. nam cuius domum frequenter aspiciamus, huius memoriam strictius retinemus: quia ex aspectu nascitur amor. Eras. chart. xxx. Proverb. clxxviii. & tangendo pulsum mulieris, nominando plures viros, vbi deuenis ad eius amicum, secundum aliquos pulsus variabitur: quia pulsus est præco qui non mentitur. secundum Bal. in cap. quoniam contra. conl. ij. de probat. Barbat. in rub. eodem tit. col. iij. sed hoc spectat ad Medicos, qui dicunt quòd imò sæpe mentitur. vel inuicem manus tractantes, vel etiam digitos inuicem cancellantes, vel in loquendo balbutientes, vel colorem mutantes. vt docet Philephus decade vj. satyra j. incip. nate marij vita &c. Cichus Aesculani lib. iij. c. j. de physionomia. in princ. nam vt inquit Baldus in procem. rex pacificus. colum. iij. rubor faciei detegit maculã cordis. Et Ouid. ij. Metamorphos. dicit, Heu quàm difficile crimen non prode vultu nascit Specul. in tit. de petitione sententiæ, & eius cautela. §. j. l. de minore. §. tormenta. ff. de quaestio. Lucas de Penna in pen. chart. iij. libr. C. col. ij. rationem ponit Macrobius. vij. Saturnaliùm maxime in amore, vt Medea Iasoni. quis enim benè ce lat amorem. Eminent indicio prodita flamma suo. Et Campanus secũdo Epigrammarum, de discessu suo. in fi. Ignis, amor, tuscis certo sese indice produnt. octo signa ponit presbyter Franciscus de Sancterenzio in lima spiritali. cap. xxj. Stultifera Nauis chart. xxiiiij. de calamitate amatorum. frater Ludovicus in tractatu de Veritate contritionis. chart. cxvj. de sensibus corporis. capitulo primo vbi loquitur de facie. de quo Specul. in tit. de teste. §. nunc tractandum qualiter in testium. num. quarto & Ecclesiast. xxvj. fornicatio mulieris in excellentia oculorum & in palpebris illius agnosceretur. facit Albertanus de amicis dubitatis: Frigidius glacie pectus amantis erat. Lancel. in l. non minorem. col. j. C. de transact. atq; oculis capto

pti fodere cubilia talpæ. Lancel. in l. humanitatis. C. de impub. si fuisi philo captus scies inducere hos versus. Et illud. Torrellis à digitis excidit anfa meis. gloss. in l. in rem actio. §. si quis rei. ff. de rei vendic. præsertim quando veniunt de nocte. quod est illicitum. Cepol. in repetit. l. si fugitiui. col. f. C. de furt. Prohibe tunc mulieri tuæ sub aliqua alia simulata causa, vel colore, quàm zelotypiæ: ne cum tali loquatur, nec cum eo conuersetur. quia, vt inquit Ouidius ij. de Remedio: Proximus à tecto ignis defenditur ægre. Et Horatius in Sermonibus: Res tua tunc agit, paries cum proximus ardet. Et neglecta solè in cedia sumere vires. gl. in l. si quis fumo. ff. ad leg. Aquil. Est verum quòd est si nõ aduertis saltem tempore carnis priuij, quod videtur luxurię datum. cap. denique. iij. dist. Senec. epist. xvij. August. Datus epist. incipi. solent lib. j. est char. cxxxv. Rosarium Bussi. j. parte. serm. vj. litera l. chart. iij. & seq. Iste adhuc veniet laruatus. Et sic in opere diabolico. Bertach. in tract. de episcopo. j. parte. lib. ij. col. antep. q. lxij. etiam te præsentem in domum tuã, & tacebit, & permittet se solum cognosci ab vxore tua, quæ postea finget eum non cognouisse, vel asseret quòd erat aliquis affinis tuus. Sed ne me increpares quòd nimis fixuam in carnis priuium, postquam sumus in materia choreæ, vide istas allegationes quas aliàs in facto & sine præmio edidi super tali quaestio, videlicet vtrum esset bonum quòd episcopus faciat edictum per quod prohibeantur clerici & laici vltra mediam noctem carnis priuij se laruare & chorizare, sub pœna excõmunicationis & vnus ducati pro quolibet. Nec crede excusationi vxoris, quòd ei det verba, & eum irrideat: quia & hoc est malefactum. sed deterius: quia tibi benè dat verba. sed amatori facta. qui prævalent verbis quoniam nõ sufficiunt vbi est opus facto. cap. dilecti vbi Decius. ij. not. de app. l. j. §. j. vbi Ias. iij. not. ff. quòd quis iur. Alexad. in l. si mora. col. ij. ff. sol. mat. & lib. v. consil. xxxix. etenim verba dare, est leue. gl. in cap. quibusdam. j. q. j. & in eis nõ perditur nisi status. secundum Bald. lib. ij. consilio c. factum. col. ij. Sed hoc in casu melius esset lapides frustra iacere quàm verba. secundum Amedem in dialogo de Amicitia. chart. xxxix. Et amatores intelligunt non solum ad verba, sed ad motu labiorum. vt d. Nelus. de Gabrielibus, quem refert Bart. vt resumpit Baueria in §. quinimo. ij. col. instir. de test. mil. non tamen nego quin in similibus etiam sagaces & ipse Argus decipiarur, sed simplices frequetius. facit

exemplum barbitonforis, qui credens ab vxore postulari carnem salatam, & tamen postulabatur coitus: respondit mulieri existeri supra solariū, vt daret ei quod vellet. & sic vxor com- placuit. Et postea conquesta cum viro, vir cœpit clamare, Al-
 Al tradi- tor de la carne salata. traditor de la carne salata. Præpos. in c. discretionem. vij. not. de eo qui cog. confan. vxor. suæ. Sed ille suus clamor & peni- tentia post factum non excusat. l. qui ea mente. ff. de fur. sero sapiunt Phryges. Polydorus Prouerb. cccix. aliter illud dicit Christoph. declarat Mambrianus. nō enim debet quis esse bonus vltra quàm ratio dicit. iij. Ethic. Aegid. de regi. princip. lib. j. parte. ij. cap. xxv. ¶ Inclina domine cor meum in testimo-
 67 nia tua, non in auaritiā. psalmus cxvij. ¶ Quia non omne quod licet, honestum est. l. semper in conuentionibus. ff. de ritu nup. nec debet quis esse nimis iustus. Ecclesiast. vij. quini- mo aliquid est iustum, & tamen eius contrarium est iustus. l. exigendi. C. de procur. Item quia etiam omnia quæ licet, non expediunt. Apostol. j. ad Corinth. vj. Instructio Ecclesiasticorum. chart. xj. in fin. Idcirco hanc dubitationem attingam eo ordine quo in simili Old. consil. lxij. incip. & circa. quærendo de tribus circa tale edictum: videlicet Primò an liceat. Secun- dō, an deceat. Tertiò, an expediat. omnia subiiciendo iudicis sacræ matris Ecclesiæ, & reuerendissimi domini episcopi, & cuiuslibet alterius melius sentientis. ¶ Circa primum vide- tur quod liceat. quia episcopus debet malos mores corrigere, ne sanguis ouium de manibus suis requiratur. cap. irrefragabi- li de of. ord. Hadr. Papa noster in Quodlibetis. q. iij. littera f. est char. xlvj. col. j. & char. xiiij. col. ij. dicit, quod sacerdos por- tat iniquitatem populi. allegat Leuit. x. propterea debet episcopus auferre occasionem peccati. cap. vt animarum. de con- stit. libro vj. facit l. j. C. de maiuma. lib. xj. vbi sac. Rebuff. dicit, quod imperator prohibuit illos ludos, quia in eis viri mu- lieres tangebat in honestè: quia multa prohibetur, licet mala non sint, quia tamè malis occasione præbent. cap. & si Christus de iud. l. conuenire. ff. de pact. dotal. Dato ergo quod chorea non sit mala. Regum ij. c. vj. relato. in c. & cognouerūt. de pœ- niten. di. ij. vbi David se coram ancillis denudauit saltando totis viribus laudabat eas. Plato, vt Eusebius de Evangelica præparatione lib. xij. cap. xij. & facit ad agilitatem corporis inducendā, & conseruandam, ideo toleradā. vt in simili de torneamētis in extrauag. Io. sub illo titulo, de torneamētis. c. quia

quia in futurorū euentibus. Et permittitur etiam die festo, dū- modo non tempore diuinorum officiorū. de consecr. dist. j. c. qui die. de consecr. dist. iij. c. irreligiosa. Doct. in c. cum deco- rem de vita & honest. cleric. ¶ Item & larua non sit mala dum- modo non assumatur vestis muliebris, vel religiosa, vel habi- tus demonum. Doct. in d. c. cum decorem. vbi declarant post Innoc. quomodo intelligatur larua. Corset. in repertorio. Pa- norm. in verb. ludus. vbi allagar lo. de An. in cap. lator. de ho- mic. & Archiep. Flor. nihilominus quotidiana experiētia re- rum magistra. c. quam sit. de elect. lib. vj. docet quod vt in plu- ribus sunt ad malum: vnde non curamus de paucis qui eas fa- ciant ad bonum respectum. l. condenda. l. nam ad ea. ff. de leg. gib. ergo ratione peccati euitandū tale edictum faceret: quia in hoc veritatur episcopi iurisdicētio, etiam super laicos cap. nouit. de iud. ¶ Secundo facit quod vult Feder. consilio ij. incipien. statuto. vbi per multa tenet quod valeat constitu- tio episcopi, per quam dicitur, quod quicumque luserit ad lu- dum azardi, sit excommunicatus. ¶ Tertiò facit quod vult Ioan. de monfer. in d. cap. vt animarum. col. viij. & seq. de con- stit. libro vj. vbi affirmat quod valeat cōstitutio episcopi, quod quod furtum commiserit, sit excommunicatus.
 ¶ Quarto & magis proximè ad terminos nostros facit ex-
 69 plum Præpos. in c. cum cessante col. iij. de app. vbi tenet valere edictum principis, per quod prohibentur choreæ de nocte. fa- cit decisio Ioan. And. in regula, ea quæ. libro vj. in Mercurial. quem ibidem quasi ad litteram sequitur Perus. & Alb. in ij. par. statut. q. cxcvij. incip. ipse. Io. Andr. & Petrus de Anchr. in re- pet. c. canonum statuta. de constit. in xj. q. principali. col. v. Ca- cialupus in repet. l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. col. xliij. ver. successiue queritur de tertio. vbi dicit valere cōstitutionē per quam episcop. excommunicat omnes mulieres videntes sacra- mētis, vel ornāmētis vltra certam mensurā. Quia licet in tali- bus possit esse ornatus sine peccato mortali. S. Thom. secunda secundæ. q. cxcix. circa mediū dum agit de modestia. ius tamen præcepti transgressionem facit mortalem. xliij. q. j. c. quisquis. ¶ Sed prædictis non obst. contrariū videtur verius, quia in d. nō liceat: quia episcop. nō habet potestatem super laicos, nisi vbi a- dest peccatū: ideo nō debet falcē in alienā messem apponere. c. scriptū. vj. q. iij. Io. And. & Canō. in c. nouit. de iudic. sed cho- rea & larua benè circumstantiata nō cōtinēt peccatum. vt s. ergo

ergò &c. ¶ Secundo non licet episcopo facere edictū seu statutum irrationabile. c. erit autē lex. iij. dist. est enim irrationabile legē condere contra laicos, saltē eis non vocatis. si pur vult condere, sine consensu capituli pronuntiandum. vbi gl. penul. de consecr. dist. iij. Panor. in cap. at si clerici. §. de adulter. col. antepenul. de iudic. Perus. in cap. fin. col. vj. de cōstit. lib. vj. Berach. in tractatu de episcopo iij. parte. lib. iij. q. vij. præsertim quando imponitur Pœna excōmunicacionis. Hostien. in summa de excei. prælat. col. j.

¶ Tertio, quia talis ludus siue chorea fit ad recreationem vt efficiamur proniores ad exercitium virtutis tempore iminentis Quadragesimæ. xliij. dist. cap. conuiuia. de consecr. dist. v. cap. non mediocriter. gl. in cap. donare. lxxvj. dist. Panor. in cap. & si CHRISTV. s. pen. nor. de iureiur. ita etiam fecit Saluator imminente eius passione, quia iuit se recreatum in Betaniam. secundum Bonaventuram in meditationibus de passione Domini. ergò tale edictum tanquàm non conueniens tempori, consuetudini, & personis non debet fieri. d. cap. erit ante lex. iij. dist. Et propterea homo sapiens erit sapientior tali lege malè posita, & ei licebit legitimis remedijs & fraudibus eam circumuenire. Bald. per illū text. in l. j. in princ. C. de cad. tol. vbi Paul. de Castr. & Corn.

¶ Quarto facit, quia bene scit d. episcopus quòd tale edictum non obseruabitur, quia difficile cohibētur iuueniles calores. l. j. §. filijs. C. de bon. quæ lib. præsertim quando tales nobiles sunt inflati libidine mulierum: quia miscent omne fas & nephas. l. ij. col. iij. ver. initium. ff. de orig. iur. ergo plus peccat episcopus, quàm transgressores edicti. cap. clericos. de coh. cler. & mul. cum sim. vt larè Felyn. in cap. apostolicæ. col. ij. de excep. in cap. j. de offic. deleg. vbi allegat. Ioan. Andr. in cap. solet. de senten. excom. quòd superior nunquam debet imponere pœnas his qui verisimiliter eas non timebunt.

¶ Non obst. primò, quòd teneatur episcopus auferre materiam & occasionem peccati. Quia respondetur, negando choream & laruas esse peccatum: vt in contrario etiam fateatur. & propter malos vtentes choreis & laruis ad malum finem, non debent boni prohiberi ab honesta recreatione & accommodata tempori: quia propter pisces malos non rumpimus retia. cap. quisquis. xxiiij. q. j. Etiam quòd sint plures qui vtantur ad malum, quàm ad bonū: quia attempta difficultate relinquendū cho

di choream cœptam quæ impossibilitati equiparatur. l. nepos Proculo. ff. de verb. sig. etiam iusti verisimiliter ad bonum chorizantes permittent se labi vltra horā, præsertim cùm nec campana dans signum horę possit audiri de facili ob strepitū choreæ. & sic eius respectu negari non potest quin tale edictū illaqueet ad peccatū eum qui aliàs peccaturus non erat. Sed antequam dare causam vni peccato mortali: episcopus debet potius permittere damnari omnes creaturas cœlestes & terrenas. secundum Ansel. in lib. de similitudinibus. quē refert Rosarium Bulti. ij. parte. chart. lix. col. j.

¶ Secundo responderetur quòd ex quo solus Deus est scrutator cordium. xxxij. dist. cap. erubescant. non potest episcopus sibi vendicare iurisdictionem de peccato de quo non constat. Et si dicatur quòd erit saltem peccatum post prohibitionem episcopi. cap. nemo episcoporum. xj. q. iij. cap. ij. de maior. & obed. responderetur, quòd ex quo tale edictum prohibitorium respicit futura. cap. fin. de constit. oportet quòd tempore edicti ad sit peccatum. & non sufficeret post argui. cap. si eo tempore. de rescrip. lib. vj. l. j. §. si filius. ff. de leg. iij. aliàs esset facile episcopo trahere omnes causas criminales laicorum ad forum suum. possent etiam dici vt Gemin. in alio proposito in d. cap. vt animarum. col. iij. dum allegādo dom. Ant. dicit, quòd excōmunicatio hoc casu non ligat ex defectu potestatis inducendi causam edicti seu sententiæ: quia ad eum non spectet, nec eius interest de delicto commisso per laicum. facit Hadrian. Papa noster in Quodlibetis. q. vj. litera i. cap. j. circa fin. est chart. j.

¶ Nō obst. ij. & iij. quia decisio Feder. & Io. de Mōser. loquitur quando prohibetur id quod clarè liquet esse peccatū: secus in casu nostro. ¶ Non obst. iij. scilicet decisio Ioan. And. quæ in dicio meo valde stringit: quia si ornatus est peccatū, quia comunitè mulieres euntes ad choreas se ornant: ergo chorea quæ est causa talis peccati est etiam peccatum. Breuiter licet nō inueniam tactum, credo quòd statutum de quo ibi non liget personas laicas. arg. cap. si eo tempore. de rescrip. lib. vj. vt statim dicebam in ij. solur. ad primum contrarium: quia per hoc tollitur illud, dum dicitur quòd saltem est peccatum post prohibitionem, in quo iacet totum fundamentum Io. Andr. & licet Io. de Montefer. conetur tollere, non bene satisfacit. Gacalup. fateatur non valere nisi in delictis ecclesiasticis, puta ne quis intret monasterium. fateatur contrariū mihi difficile: sed

in ca

in casu nostro fundamenta s. facta pro hac parte euitant suffici-
cienter illam decif. ad quam Doct. subtiles non aduerterunt,
vt puta quia vt dicit Alber. vbi s. non est de pane quaerendo.
¶ Secundò quòd deceat, patet: indecés enim est quòd tempo-
re Quadragesimæ quo poenitentiae vacare debemus, vacemus
choreis & tripudijs. xxxiij. q. iij. c. non oportet. cl. j. cum duo-
bus seq. vbi prohibentur conuiuia & latitiae nuptiales: ergo
multo plus choreæ lasciuæ, quæ licet omni tempore susceptæ
sint, in citationes libidinis multò plus tempore Carnis priuij &
Quadragesimæ. quia eo tempore vitium gulæ & luxuriæ plus
dominatur: vt Spec. in Rationali diuinorum. in rub. de quin-
quagesima. & rub. seq. col. ij. non immeritò ergò tunc plus de-
cens est talia coërcere. ¶ Secundò probatur in cap. j. circa fi.
de poenit. dist. v. vbi qui perfectam vult consequi gratiam re-
missionis peccatorum ad quam potissimè tendimus, tempore
Quadragesimæ cohibeat se à spectaculis & ludis. facit gl. in
cl. m. j. de celebr. mis. in ver. vij. q. iij. quæ allegat. Senecâ in ver-
bo, choreas. ¶ Tertio probatur in cap. nullus. de consec. dist.
v. vbi prohibentur presbyteri coram se permittere laruas fieri
arguendo ergò de persona ad tempus: vt pulchrè la. in li. vi.
num. ff. si cert. per. ergò & tempore Quadragesimæ dedicato
ad diuinum obsequium & poenitentiam peccatorum. ¶ Sed
his non obst. contrarium videtur verius quòd imò si liceret
episcopo tale edictum facere, non tamen decet. ¶ Primò, quia
à tanto tempore citra cuius initij memoria non existit: & sic
habet vim priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo-
tit. & æstir. semper solitum est illa nocte choreas ducere ad satu-
ritatem: ergò nunc velle inducere talem nouitatem est nimis
molestum & quasi scandalosum. cap. delicta. de excef. prælat. l.
ij. ff. de constit. princ. ¶ Secundò quia sententia excomunica-
tionis quæ hic comminatur, cum sit grauior qua vtatur eccle-
sia, non debet ita de facili & pro re leui imponi, ne vilescat. Pa-
nor. in cap. clericos. de cohabe. cler. & mulier. ¶ Tertio quia
non debemus plus sapere, quàm oporteat, sed ad sobrietatem.
Rom. xij. cap. j. de renunt. lib. vi. sed sic est quòd Curia Roma-
na, & Metropolitana, & episcopi conuicini tolerant quòd illa
nocte ducantur choreæ ad saturitatem. ergò nò decet velle cor-
rigere quæ episcopi tolerat. xij. dist. cap. j. & ij. & cap. quemad-
modum. Card. in cap. consuetudo. col. fin. j. dist. Et sic non po-
test dici corruptela: quia licet quo ad esum carniū Quadra-
ges

gesima incipiat post cenam, nisi esset tollerantia. cap. deniq.
iij. dist. tamen. quo ad festa & opera inchoamus ab ortu lucis.
cap. si pefodiens. vbi Felyn. latè de homic. Card. in d. cap. de-
nique. col. viij. per gl. approbatam in cap. ij. de ferijs. quæ etiam
vult & omnes approbant in his standum esse consuetudini cu-
iuslibet regionis, scilicet quâdo incipiat dies. nam omnis pro-
uincia abundat in sensu suo. de consec. dist. iij. c. rogationes.
¶ Non obst. contraria, quia vnico verbo tollitur quod apud
nos stante dicta consuetudine nondum est Quadragesima an-
te lucem diei cinerum quantum ad choreas. ¶ Singulariter ta-
men respondendo ad primum, dico quòd mora modicè temp-
ris non est attendenda. l. si debitori. ff. de iudic. præfertim cum
ea hora non inchoentur choreæ, nec laruæ de nouo à cõmu-
niter accidentibus, & multa fieri non debent, tamen facta re-
nent. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & mul-
ta retinere licet, ad quæ non liceret agere. cap. intelleximus. de
iudic. gl. in §. certè illud. instit. de rerum diuis. & Turpius eijci-
tur, quàm nò admittitur hospes. gl. fin. in cap. literas. de restit.
spol. Alex. lib. vj. cõsil. cexiij. domini. num. 9. & etiã quod fiant
ad peccatum, non est tantum peccatum continuare choream, si-
cut inchoare de nouo. vt de Pœnitentijs. per cõmuni. iur.
Et plura conceduntur in consequentiam, quæ non concede-
rentur principaliter. l. quotiens. C. de iudic. & facilius aliquid
à principio impeditur, quàm post factum tollatur. per regulam.
l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. ideò princi-
pijs obsta. & facilius quid in esse conseruatur, quàm de nouo
fiat. l. si pluribus. ver. quod si vna. ff. de verb. oblig. & facilius
inducitur extensio, quàm creatio. l. sed & si manente. ff. de pre-
cario. constit. de foro compet. col. xxviij. & facilius tollere ius
querendum quàm quæsitum. Decius cõf. cxiij. col. ij. quatum
ad lœticias nuptiales bene videmus eas prohiberi alio tempo-
re: & tamen non prohibentur choreæ vt in locis allegatis in
contrario. ¶ Non obst. ij. quia ibi sunt verba consilij: patet,
quia circa medium illius capituli prohibentur etiam mercatura,
militia, & administratio secularis potestatis: quia talia vi-
deantur cum aliquo malo administrari: & tamen videmus quòd
publicè nò seruamus hæc tempore Quadragesimæ. prout nec
illud quòd non reddatur ius. cap. placita. xv. q. iij. Card. in cap.
denique. iij. dist. col. iij. & hæc corroborant id quod in tertio
fundamento adducebam: quia circa obseruationem Quadra-
ges

gesimæ consuetudo multum attenditur. ¶ Non obst. iij. quia fateor in laruis in habitu demonum vel religiosorum vel mulierum. Doct. in cap. cum decorem. de vita & honest. cleric. ¶ Tertiò quòd expediat tale edictum facere, probatur: quia episcopo incumbit malos mores corrigere, ne sanguis ouium de manibus suis requiratur. c. irrefragabili. de off. ord. Imò & si tales corruptos mores ignoraret, per hoc nõ esset excusatus c. quãuis. de reg. iur. & tacèdo videtur oues occidere. cap. Ephesijs. xliij. dist. prout negligèdo, delicto consentire. cap. negligere. vbi gl. ij. q. vij. nam error cui non resistitur, approbatur. cap. error. lxxxij. dist. melius erit ergò cum seueritate diligere, quàm cum lenitate occidere. xxij. q. iij. cap. nimium. & per toramillam q. Et si remaneant indurati, duret & ipse, quia mit tam durum quod duriori non cedit. secundum S. Bern. quem refert Luc. de Penna in l. nemo miles. col. ij. C. de re milit. lib. xij. Et si non proist erit excusatus quòd fecerit quantum in se est. gl. in cap. scimus. xliij. dist. Et si sic nõ faceret, possèt se Metropolitanus intrmittere. cap. principalem. ix. q. iij. Nec potest culpari etiam si malus exitus inde proueniat. cap. de occidendis. xxij. q. v. l. sed an vltro. §. j. ff. de neg. gest. quia ad hoc fiunt leges & edicta, vt earum metra humana coërceatur audacia. cap. facti. iij. dist. quia mala voluntas suæ non est dimittenda libertati. xxij. q. iij. cap. displicet. vbi plura exempla postea subiicit, quòd tanto maiore vitur ecclesia potestate, vt nõ solum inuitet, sed etiam cogat ad bonum. ¶ Secundò probatur quòd sit expediens, quia experientia docet quòd post tale edictum plures abstinerunt, & sic minora mala facta fuerunt, & consecuti sunt meritum obedientiæ. cap. quid ergò. xj. q. iij. & sic excusatio contraria est eorum qui contra suas impietates. leges iustas institui nolunt. cap. si ecclesia. xxij. q. iij. ¶ Sed his nõn obst. videtur contrarium, videlicet quòd etiam si liceret & deceret tale edictum, tamen non expedit. Primò. quia est valde difficile, & quasi impossibile. vt dixi in sol. j. contrarij. j. partis ergò impossibile nulla est obligatio. l. impossibile. ff. de reg. iur. & edictum debet esse possibile. d. cap. factæ. iij. dist. & sic laici potius irridebunt tale edictum, quàm obseruabunt: vita hominis mutatur cum difficultate. §. sancimus. in authen. de monach. Hieremiæ xij. ante fin. & idè debet episcopus præcauere. vt pulchrè Paul. de Castr. lib. j. consil. cccij. incipien. illa. ¶ Secundò, quia potius expedit etiam si chorea delictum esset & pec

& peccatum, sub dissimulatione transire, quàm edictum contemptibile condere. c. deniq. iij. dist. cum sim. vt Fortun. de fine iuris. col. xxj. vbi ille tex. optimè quadrat in proposito: quia ibi toleratur illa consuetudo comedendi carnes vsq; ad mediam noctem, quia euelli non poterat: nam qui nimis emūgit, elicit sanguinem. & boni pastoris est tondere, non deglutire. gl. in dem. j. de censu. in vers. consumit. pulchrè Bald. in c. mandatu. col. ij. de rescrip. & multa permittuntur, ne deterius contingat. Alex. lib. ij. consil. j. col. iij. vers. & dicit beatus Thomas. & de prostibulo not. in c. inter opera. de spōsal. Felyn. in cap. omnes leges. j. dist. col. iij. vbi inter cætera dicit, quòd quando mali non possunt coërceci sine scandalo, debent sic dimitti. facit Host. in summa de decimis. §. & vtrum præscribi. versic. vij. ad fin. nam propter peccatum inobedienciæ sunt deteriores: quia vnum peccatum suo pondere ad aliud trahit Bal. in l. Barbarius. col. ij. in ij. lect. ff. de offic. prætor. etenim Abyssus abyssum inuocat. psalm. xlj. ¶ Tertiò via paradisi est valde arcta. Matth. xij. quia, Iustus vix saluabitur. j. Petr. iij. Lact. lib. vj. c. iij. Bald. in c. pastoralis. col. iij. de rescrip. ergò nõ est amplius angustanda. arg. c. bene quidem. xcvi. vbi adiectione non eget plenitudo: imò nec via probationis. facit illud Matthæi xxij. Vt vobis scribæ & pharisæi, qui clauditis regnum cælorum ante homines. & Actuum xv. Quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus. & per totum c. refert Ioã. Gerson j. parte. in tract. contra sectam flagellantium. circa princ. facit Bustus in defensorio montis. chart. xlij. col. iij. est vers. xlij. maxime his temporibus quibus ætas est fragilior. c. fraternitatis. xxxij. dist. hinc communio quæ fiebat omni hebdomada reducta est ad semel in anno: & sic potius esset relaxanda & amplianda. c. quotidie. c. & si non frequentius. de consecr. dist. ij. c. omnis vtriusq; sexus. de poenit. & remis. hinc Petrus qui peccauit potius electus est Papa, quàm Ioãnes, vt exemplo sui sciret melius cõpari infirmitatibus nostris. l. distinctio. c. quia sanctitas. & sic debet vti prudentia vt sibi cõueniat illud Luc. xij. Fidelis seruus & prudens quem cõstituit Dominus super familiam suam: bene agnoscendo & considerando vultum pecoris suorum. Prouerb. xxx. Io. x. Nõ erit ergo prudens laqueare & perdere oues quas sibi Deus dedit. Ioã. xvij. ne dicatur illud Matthæi xxij. Imponunt enim onera grauia & imprærabilia hu-

meris hominum. & illud Hieremie xxiiij. Væ pastoribus qui dispergunt & lacerant gregem pascuæ meæ. & Esa. x. Væ qui conditis leges iniquas. refert Hadrianus Papa noster in Quodlibetis. q. vj. col. iij. & char. xxij. est quæst. ij. Præsertim quia fit cum appositione pœnæ pecuniariæ. nam licet possit quando conuertitur in aliquem piû vsum, Cacialup. in l. j. C. de summa trinit. col. xxviiij. de quo tamen caue propter Hadrianum Papam nostrum in Quodlibetis. q. vj. col. x. nihilominus cauere dicit: quia scandalizantur laici dicentes illud Ezechielis xxxiiij. Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos, & greges meos non pascebant. & paulò infra: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potètia. & dispersæ sunt oves meæ. transumptiuè. xlvj. dist. cap. hoc habet. Et quod dicit Archidiaconus, quem refert Felyn. in cap. irrefragabili. §. cæterum. col. ij. de offic. ordin. videlicet quòd fingunt tendere ad correctionem morum apponendo has pœnas, & gerunt curam marsupij: debet enim lex condia ad commodum publicum, non ad commodum condentis. Item in prologo feudorû. vj. q. in fin. in §. j. de pace inuam. 74 firm. ¶ Et sic patet solut. ad primum cõtrarium vt illud procedat quantum ad correctionem quæ non ardet ad peccatum mortale. vt facit pœna excommunicationis secundum Cacialup. in d. l. j. C. de sum. Trin. col. xj. licet Rosariû Busti intelligat hoc solum procedere quando ita est de voluntate præcipiètis. in ij. par. serm. xxxvij. litera i. est char. ccclxxj. col. iij. vera enim iustitia compassiõne habet: falsa verò dedignationem. c. vera. xlv. dist. Fortun. de fine iuris. col. xlviiij. & quia corrigendo se malus nolit obedire: videtur quod episcopus non debeat omittere correctionem. Archid. in cap. si peccauerit. ij. q. j. col. iij. vbi Card. eum sequitur ad literã. Respondetur hoc procedere vbi constat de peccato: sed hinc nõ cõstat, vt supra. secundò respondeo, quod illud procederet quando plures longe saluarentur, & pauci damnaretur. Hadrianus Papa noster q. iij. quodlibetica. est char. xxvij. col. ij. Præterea secundò eundem Archid. in d. c. deniq. iij. dist. col. j. & ibi Card. Quis non debet corrigi, sed conscientia suæ relinqui in tribus casibus, qui omnes concernunt dubiû nostrum. Primò, quando illud quod fit potest sine peccato vel indifferenter facere. Secundò, quando multitudo est in causa. & sic timeretur scādalu. Tertiò, quãdo persona non potest iudicari, vel crimè est occultû: sunt ergò potius isti chozantes eorû cõscientiæ relinquèdi, quàm illaqueadi. c. quotidie.

tidie. de consecr. dist. ij. hinc dixit Angelica in vers. confessio. iij. §. iij. quòd confessor non debet esse facilis ad determinandum, an sit peccatû mortale, nec temerè quis debet flagitia reprehendere. tex. Aug. aureus in c. quisquis. xj. dist. & quod vult Hadr. Papa noster in Quodlibetis. q. vj. est char. liiij. col. liij. litera d. vbi dicit, quod contraveniens canoni si nõ facit ex contemptu, peccat solum venialiter: præsertim cum apud laicos scandalizet episcopus de murmurationibus prædictis. Felyn. in c. nihil cû scandalo. de præscrip. Item quia ei nõ obediens, vt s. quia nõ præcipit rationabilia. c. ille proculdubio. lxxiiij. dist. cum plures sint mali, quàm boni. Matth. xx. Præsertim cum episcopus in criminibus seruatis episcopis hunc sibi referuat: & sic fortius scandalizabunt, dicentes quòd faciat ambitu superioritatis & iurisdictionis vt omnes teneantur ad eum accedere. vt dicebat Cyn. quem reprobat Paul. de Bast. in l. quorics. col. ij. C. de iudicijs. ¶ Nõ obstat quod expediat: quia plures ob hoc edictum abstinerunt. Quia responderetur quòd fortè abstinuit aliquis qui omnino & iussit dormitum: præterea non placet Deo seruos accusare vt meliores fiant. c. si omnia. vj. q. j. Et maior cura debet adhiberi ne vnus delinquat, quàm quòd omnes homines mundi fiant meliores. Hinc Scipio Africanus malebat vnum ciuem seruare, quàm mille hostes perdere. Iodocus de nobilitate. c. xiiij. & ij. ad Thimot. ij. Omnia sustineo propter electos. Cardin. Caietanus de diuina institutione Pontificatus. c. xj. char. ij. præsertim illi qui solent peccare, quia propter eos Christus venit. Matth. xv. Imò totum gregem reliquit propter vnicam ouem quæ perierat. Lucæ xv. quia sanctitas. l. dist. & si aliter faciat, dum eradicat zizaniã pariter & triticum. contra illud Matth. xij. & xj. q. in c. nolite. facit Hadria. Papa noster in quodlibetis. q. xj. col. j. & ij. non enim debet iniici laqueus fragilibus ad peccandum, vt inducantur alij ad merèdum. Melius est enim neutrû iuuare, quàm grauare alterû. c. deniq. xiiij. q. v. xxvij. q. j. de viduis. Hadr. Papa noster in Quodlibetis. char. xlv. est in q. v. & q. viij. col. vij. & q. x. col. ij. dicit, quod non licet pro quocumq; bono inducere proximû ad peccandum. Ad Rom. ij. ¶ Notandum tamen est quod tradit Felyn. in c. quoniã contra falsam. vj. col. vlt. not. post Aret. magistrum suum & alios. de probat. vbi si cõuenit constitutioni, quòd nõ fuit facta propter se, sed ratione alicuius mali cui tandem nõ illaqueant transgressores ad pœnã, si finis ad quem prin-

cipaliter tendit constitutio, non violatur: & hoc etiam procedit respectu peccati mortalis, dummodo constitutio non contemnatur, dicens not. ad multa. Et ita concludo melius esse quod abstinetur à consociendo tale editum. Laus Deo. Ad rem nunc redeundo, scilicet laruatos visitantes dominas. Fuit profecto bonus vir, intelligendo prout Card. in c. ex literis. de consuet. 76 dicens quod si alicui dico, Tu es bonus vir: possum conueniri actione iniuriarum: quasi dixerim quod vxor sua sit adultera, refert Petr. de Rauens. in suo alphabeto, in materia consuetudin. col. xxxiiij. Prout & sunt alij plures qui semper capiunt in meliore parte, si aliquid videant vel tangat, nã tactus quãdoq; fallax. Dodus cõtra strigas. char. xxvj. Et si videt aliquẽ vxorẽ suã in occulto amplexantẽ: præsument quod det benedictionem. Et si vident quod deosculentur, præsument quod faciat zelo charitatis. Alex. iij. vol. cõsil. cxxvij. v. in inquisitione. iij. col. ver. & propterea. sed à tali charitate libera nos Domine: quãdo sic secrete loquuntur: ex quo non præsumentur dicere Pater noster. Ang. in Malefic. gl. che hai adulterato. col. iij. Franc. Brunus in tract. de indicij, & tortura. col. xvj. Perus. in c. vt officium. col. j. de hæret. lib. vj. Pic. in repet. §. Titia. q. lxiij. in fine. facit Panor. in c. sicut primo. de simon. Ang. in d. tract. in vers. fama publica. col. v. Felyn. in c. præterea. de testib. vbi ponit modum probandi adulterium. Galiaura in repet. l. centurio. col. xlviij. num. ccxvj. ff. de vulg. & pupil. & Ant. de Prato in tract. de secund. nupt. chart. vj. col. iij. qui dicit, plura tamen esse consideranda circa præmissa in postil. Ang. in l. marito. §. si publico. ff. de adult. sed si fugias tactus, vix euitabitur actus. Hostiens. in Summa, de eo qui cog. consang. vxor. suã. §. j. Io. Pyrrhus in l. non debet. ff. de reg. iur. gl. j. in l. quod ait lex. ff. de adult. ponit illum versum, Visus & eloquium tactus post oscula factum. ad quam Decius in rub. de iudic. col. ij. allegat Bald. singulariter dicere, quod ita priuatur dote mulier propter oscula, sicut per adulterium, pro quo Curtius in fendis. iij. parte. in iij. causa. est chart. xxxiiij. vide Hippol. in l. patre vel marito. col. j. ff. de quaestio. Rom. consil. cccclj. & dicit Ang. in l. ij. col. fin. ff. de priuat. deli. † quod sicut percussio est præparatorium homicidij: ita colloquium & amplexus ad libidinem. latẽ Ioan. Lupus in rubr. de donat. inter virum & vxor. charta xlviij. col. j. dicens, quod per osculum solùm vel tactum mammillarum laceratur matrimonium. & dicit Ifern. in cap. j. §. turpiter luserit. quib. mod.

Bonus vir id est corruptus.

Osculans zelo charitatis.

mod. feud. amit. post Tullum, quod osculum est pars adulterij. & quod Publius Mæuius filia mandauit vt non tantũ virginitatem illi batã marito: sed etiam oscula ad virũ sincera præferret. facit Aegidius de regim. princ. lib. ij. par. j. c. ix. Et propterea perditur dos. Franc. Ripa in rubr. de iudic. col. iij. Afflictus constitutione, quaestionibus. col. v. Buerius in §. est autem. col. j. & ij. instit. de hæred. instit. tu vide Io. de Vilemari in repet. l. diuus. ff. de sicar. num. cxxxj. Philippum Decium in rubr. C. de eden. col. j. & ex incontinentia mulieris infamatur maritus & proles. Hostien. in Summa de filiis presbyter. §. quã est causa prohibitionis. sed Ioan. Barberij in suo Viatorio iuris. in j. parte. in rubr. de adulter. & stupro. iij. charta dicit. nos tamen Gallici qui fidem habemus de honestate mulierum nostrarum, arbitramur semper in bonam partem: & quod omnia talia bonæ & honestæ amicitia causa contingant, pro quo versus Ouid. relati. in gloss. penult. l. iij. incip. si conuenierit. ff. de pact. dot. Quæ quandoq; missis putet, quia parua videri, Tu tamen hoc quæso consule missa boni. & Ioan. Barberij ibi, pro quo Guiliel. episcopus Parisiensis, quem refert Hostien. in Summa de præsum. vt. §. penult. col. ij. dicens, quod pro vno bono inueniuntur x. mali, potius debemus præsumere malum, quàm bonum: maximè in adolescente, vt ibi col. sequen. dum refert Salomonem penitus ignorare viam adolescentis. in princip. illius rubr. exandescit contra iudices qui non faciunt iustitiam de adulteris. dicens quod sunt causa magnæ discordiæ. Est verum quod dictum Alexand. fortè procederet in affinitibus: sed in contrarium videtur text. in cap. illud. de præsumpt. cum alijs adductis per Specul. in tit. de denuntiatione. §. j. vers. sed qualiter. dum allegat cap. cum in iuuentute. de præsumpt. Roch. in capitulo cum non ab homine. de iudicij. chart. viij. parua. vbi Decius colum. v. & in consilio cix. colum. penult. dicit, quod tunc essent inspiciendæ alia coniecturæ. Est bene verum quod isti amatores dum putant esse in his iocis plerũq; sunt vt Tantalus in aquis, de quo in vj. Aeneid. qui habebat aquas vsq; ad dentes, & tamen non poterat bibere Præpos. in capit. rursus. qui cleric. vel vouen. columna vj. & vij. facit text. in l. hi qui. C. de apostat. Quicquid sit, à iuvene & cupido credatur reddita virgo. gloss. in l. si verò non remunerandi. §. si verò. ff. mand. Præposit. in capit. commissum. colum. secunda de sponsal. etiam si promississet de non ab ea requirẽdo, nisi à zo-

na supra: quoniam postea ei zonam poneret sub calcaneis, ne fidē frangeret. Fulg. in l. j. §. sed quod meretrici. col. j. ff. de condict. ob turp. caul. vidi aliās dubitari vtrū vxor debeat statim notificare marito eum qui ipsam de amore rogauit, an melius sit tacere. fateor me cognouisse mulieres quæ & amatorem & literas eius marito ostendebāt, fingentes se denegasse & eum habere pro inimico, ad finem ne maritus suspicaretur seu ad auferendam zelotypiam, & tamē cum eo libidinem explebāt.

79 Et quia plura hincinde allegabantur, tunc ideo cogita. † Et hanc curam vxoris aliquam tum diligentiorē habere debēt tria genera personarum. Primū est illorum qui se coinquinant cum alienis mulieribus, sciente propria vxore: quoniam ea semper studebit pares reddere vices. vt s. visum est. Secundū genus illorum est qui habēt vxores steriles: nam cum vxor cupiat mater fieri l. ij. C. de indic. vid. tol. credunt hoc procedere culpa viri. Et ex mutatione masculi se posse concipere sobolem. Tertium genus est illorum qui sunt sponſi, dum durat illud tempus sponſaliorum. Et communiter solēt sponſa prima nocte qua dormiunt cum marito eum olfacere: & si oleat odorē simplicitatis, seu verius bestialitatis, eum semper in posterum pro tali tractant, & derident. præterea cum tempore sponſaliorum durate puella incipiant ingredi libertatē, qui libetq; illis aduleatur, proprijque parentes eas tollerent, eo preterea quod afferant eas nūquam habuisse, nec habituras aliud bonum tempus præter illud sitq; facilē eas alloqui. Et sint simplices & inexpertæ de leui credentes: nam vt Philosophus ij. Rhetor. quem refert. Aegidius lib. ij. parte ij. cap. xiiij. iuuenes sunt amici amatores sodalium magis quā aliarum ætatum: quia gaudent in conuiuendo & illa ætas maximē delectabilis prosequitur. euenit illud Ouidij in j. de Arte:

Mens erit apta capi, tunc cum lætissima rerum,
Vt seges in pingui luxuriabit humo.

Pectora dum gaudent, nec sunt astricta dolore,
Ipsa parent, blanda tum subit arte Venus.

In primo anno.
Cornua. vel ignis.

Vnde in oleuit prouerbiū, quod vxorato in primo anno coniugij alterum de tribus solet obuenire. Incēdium, vel cornua, vel crux: dicunt incendium, quia in tot lucubrationibus otiosis, & ad voluptatem quæ in illo tempore eueniūt: & dominus & serui non vtuntur prouidentia necessaria seu consueta: imō somno & crapula debacchari, non aduertūt ad lumen, nec ad ignem:

ignem: vnde plerumque caufatur incendium. Dicunt cornua, per ea quæ statim dicebam. Dicunt crucem, quia mariti pro illo primo anno amore nouæ coniugis accendi, adeo frequentant coitum quod ad agritudinem, & quandoque moriē deueniunt. propterea dicebat quidam, potius cornua, quā crucem: hoc est mortem quia crux deferatur in associando cadauera. † Caueant tamen isti custodientes vxores ne ipsæ de hoc so aduertant: quoniam minus malum esset earum impudicitiam disſimulare: vt dicit Anteros Freg. chart. xiiij. ne iustitia super eos ruderet in eorum ignominiam vbi allegat illud Pisistrati: Si nocemus diligentibus res nostras, qui faciemus eas odietibus: de quo etiam Dantes in purgatorio, cantico ij. cap. xv. Nauis stultifera chart. xlix. de aperte infidias tendentibus. & lxx. de secretis tacendis. & Ecclesiast. xxij. in multis esto quasi nescius, nam qui disſimulat iniuriam, calidissimus est. gl. magna in fin. in l. j. §. dolum. ff. de dolo. & noli sapere plus quā oporteat, sed ad sobrietatem. Apost. quem refert Lancel. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posth. Lud. Ariostus in Orlando Furioso cantu xxxix. Chart. j. & ij. Et Eras. in Moria charta. x. quod multo felicius est sic errare, quā zelotypiæ diligentia se conficere, & omnem domum miscere tragædijs. facit l. doli mali in fin. ff. de no uat. & dicunt, qui in sordibus est, sordescat adhuc. Apocal. xxij. Hadrian. Papa noster in Quodlibetis char. xix. col. j. & chart. xlix. col. iij. litera b. nec peccat qui vitare non potest, vt ibi iij. q. col. j. & allegatur, Sapientes portant cornua in pectore, & fatui in fronte. Et docet Bernardus maritum, vt de talibus non reprehendat vxorem, ne deterior efficiatur. refert & sequitur Felyn. in cap. ij. col. iij. de calum. vers. fallit quintō: Nam quando mulieres cognoscunt maritū de hoc aduertere, vel licentius peccant vt Ouidius ij. de Arte. Hoc tibi profecit Vulcane, quod ante tegebāt Liberius faciūt, & pudor omnis abest. Card. Alexand. post Archid. in c. si peccauerit. ij. q. j. col. xj. vers. si ergo speratur. facit Felyn. in c. scribebā. col. j. de præsump. imō infamariæ & desperatæ deteriora committunt. Bald. in l. j. C. de eunuchis. vel de nece mariti cogitant, & in eum conspirāt: vt de pluribus recitat Anteros Freg. chart. xxvj. & seq. facit Aufonius lib. iij. dicens: Toxicæ zelotypo dedit vxor meecha marito &c. Est ergo melius vxorē benē tractare, vt medicus in infirmitate, quā videri non posse curari sine magno periculo personæ: quia tunc procurat su-

stentare naturam ne a gritudo procedat vterius: ex quo con-
tingit quòd natura semetipsam adiuuat. Bar. in tract. de vran
no. q. x. facit, quia si vitium vxoris corrigi nò potest, ferèdum
est. Gell. lib. j. c. xvij. Xantippe. Alter dicebat quòd timor pœ-
næ coèret à malo. Papa Hadria. noster in Quodlibetis q. iiii.
col. ij. Hostien. in summa de clerico percussore. §. in quo casu.

81 ad finem. ¶ Septimo quòd impudicitia mulierù sit vis ascri-
benda, probatur, quoniam aliqui mariti scientes illud Ouidia-
num in iij. de Arte, quòd ex muliere Mille licet fumant depe-
rit inde nihil. non curât de vxoribus, nec volunt eis subuenire
pro victu & vestitu. vnde paupertas cogit illas meretricari. Et
malesuada fames. vj. Aeneidos. Et etiam aliqua timètes sene-
ctam: Fac tibi succurant iuuenis quæ feceris ipse. vnde dicitur
tur aliquo qualiter excusari, si exercent peculium suum. l. palam. ff.
de rit. nup. Aeneas Syluius epist. xcix. inter alia, necessitas ita-
que legem non habet. glos. in l. j. ff. de offi. consul. in verb. ex-
pedire. dicam j. est enim egestas necessarium malum: quia viro
efurienti necesse est furari. Vtrich. Hutem. in dialogo, Aula.
pag. xxij. & seq. itè illa rustica dicebat quòd pauperes nullum
alium passatempus habet quàm copulã. ¶ Octauo probatur,
quia aliqui sunt mariti qui libenter comedunt panè vñctũ. Et
indigentes quarunt pecuniam ab vxore: quam si non præfert,
verbera minantur. vnde habeas quærit nemo, sed tatum oportet
habere. Et quid non saluis infamia nummis: vt inquit Iuue-
nalis. gl. in regula Cancelar. l. ad fin. Gulielmus Mara epistol.
xxix. quid scribam. Et non solùm transeunt sub dissimulatio-
ne: imò ipsimet persuadèr quòd adulterium cum principe, vel
cuni præiule. nec est pudor, neque peccatum. contra Barbat. in

82 clem. ne Romani. §. cæterũ. de elect. Dicentes, Tquòd licet ho-
nestatem in modico violare propter magnum commodũ fa-
uorum vel diuitiarum, quas inde consequuntur. Lancel. in l.
j. col. iij. ff. sol. matr. Et ita intelligunt illud Genes. cap. xij. cir-
ca fi. & Anterota. Fregol. char. xv. & char. xl. & seq. Et sic more
agricolarum magis concupiscunt lucrum. quàm honorè. quia
eis delectabilis est laborare, quàm principari. secundum Phi-
losophum in vj. Politic. quòd tamen sciendum non esset. l. mi-
les. §. focer. ff. de adult. l. Iulianus. ff. si quis omis. cau. resta. Bar-
ba. lib. j. consil. xxix. illud. col. xj. Cardin. in cap. detractores iij.
q. v. & Zabarel. consil. liij. illud. col. xiiij. Ias. in l. repreheden-
da. iij. not. C. de instit. & substit. cum similibus vt dixi suprà in
istò

istò & sic septimo contrario, in j. conuenienti. dicuntq; illud
Erasmi parte j. Prouerbior. dcccxcix. lucrum pudori præstat: &
postquam mortalia nunquam censore carent, melius est sic er-
rare: quia non est taxum in caput redundas. idèd facillè negli-
gendum: quia tantum noxæ affert, quantum sentitur. quid læ-
dit si totus populus libilet: modo tu te tibi plaudas: & cur vo-
candi miseri, quando sic nati sumus, sic instituti, sic cõditi, ea-
que omnium sit maritorum fors: nihil autem miserum quod
in suo genere constat. sunt verba Eras. in Moria chart. xiiij. &
xviiij. nec debet ita esse horrendum quod quotidie fit. l. iij. ff.
desponsal. in fin. Et ista tãdiu timebantur quamdiu rara erãt:
nunc autem multitudo tollit pudorem. secundũ Senec. in tra-
ctatu de benefic. lib. iij. char. ij. c. j. plures: quia multitudo pec-
cantium consuetudinem facit: præsertim in tua ciuitate. vnde
Terram quam pergis cape mores quos ibi cernis. gl. in l. iij. in
princ. de mune. & honor. Et cum fueris Romæ, Romano viui-
to more. Roch. de consuet. charta. xxv. in fin. col. iij. Et quòd
adulterium est de minoribus. cap. at si clerici. §. fin. de iudicijs.
Ioan. Fab. in fit. de pub. iud. §. item lex Iulia. de adulteris. præ-
sertim quando iam mulier prægnas est, cui alius sceris super-
addi nequit. vt in Macrob. xj. Satur. circa fin. de illa quæ vul-
gè se prostituebat, & patri filios similes procreabat. Facit Ba-
ptista Pius in annotationib. varijs char. v. cap. incip. Augusti-
nus. dum agit de verbo, superfoetare. Sed non aduertunt quòd
non minus ardebunt qui cum multis ardebunt. c. multi. in fin.
secunda quæstione ij. Gellius. libr. x. capitulo xix. incessebat.
Lucas de Penna in l. sine. col. iij. C. de exact. & execut. libr. xij.
imò quando talia cum principibus sunt, citius populo inno-
tescunt, cum per plurium manus transeant. vt Cellarius
Parisiensis Ioannes Gerson. iij. parte in ferm. ad regem Fran-
ciæ. col. xxv. de dectatione voluptuosa. vbi inter cætera addu-
cit illud de Mida, Auriculas asini quis non habet? facit Steph.
Canuti in regim. castitatis. char. xiiij. in rub. quare in proceri-
bus & magnatibus tanta lues actus Venerei existit. vbi & col.
anteced. inuehit cõtra reges. Hinc Romæ magister Pasquill-
in Gallia farce, seu comediæ. hæc enim inuenta sunt ad corri-
gendos errores principum. vt in epist. ante comædias Plauri.
Et Isocrat. in oratione de bello fugiendo. incip. omnes quidè.
chart. iij. in toto opere. est col. xvj. & charta. vlt. subiicit, pro-
pterea quòd regibus peccandi licètia est minor quàm in qui-

pit preterquam quo ad vsum carnis. & ratione ponit ibi Cardin. post Aristotel. in iij. col. & sic facientes irridet Prapof. in dicto procemio seu epistola ante iij. Decretal. & Gilbertus in quaestionib. post secundum Oeconomic. philosophi. char. iij. da.

85 nat Platoné volenté liberos & mulieres esse communes. ¶ Et no

Turpe est ascribant tale vitium vxoribus: quoniam turpe est doctori cum
doctori
&c.
Vir caput
vxoris.

culpa redarguit ipsum. gl. in auth. vt iudi. sine quo quo suffra. §. oportet. in l. sed si hac. §. prostituta. ff. de in ius voc. Delictum enim vxoris hoc ideo debet imputari magis viro, quia vir est caput vxoris. l. ex ea parte. §. j. vbi Iaf. col. j. ff. de verb. oblig. Paul. de Leaz. q. iij. incipi. patronus. col. vj. Et dicit Apostolus, quem refert Lance. in l. fratres. C. de pac. quod si quis suorum, in a ximé domesticorum, curam non habet, fide negavit, & est infideli deterior. Nic. Boerij. in cons. de custodia clauium portarum. col. x. Hadri. Papa noster. quodlibet. iij. est char. xxvii. col. iij. & nisi doceamus, tenemur, vt ibi char. xxj. col. iij. & Iaf. in l. si res obligata col. penult. de. leg. j. dicit, quod nulla est pastoris excusatio si lupus comedit ouem: quia ipse tenetur inquirere de ouibus suis. Pet. Subert. in tracta. de vinea Domini. vj. parte. cap. xv. facit Nicol. Boerij in tract. de custodia clauium portarum char. iij. col. ij. Ripa in tract. de Peste. char. lxx. num. dxxj. frater Lud. Vivaldus in tract. de Veritate contri. char. cxxv. de prima circumstantia personae: vnde dicit Cardin. in clem. penult. col. j. de sentent. excō. Ang. in l. fin. ff. de custod. reor. non immerito ergo aderat consuetudo Parisius & in Catalonia. quam refert Io. Montaigne in tract. de bigam. q. ij. col. xj. nam in Catalonia vir cucurbitatus etiam si sit ignorans soluit fisco solidos xl. & Parisius ducitur per vicos ab vxore retrogradus super animum, precone clamate, Qui sic faciet, sic accipiet. Ad has igitur ignominias & suspiciones euitandas, debent mariti auferre omnes occasiones de quibus supradictum est, & fugere conuersationem illorum quos habent suspectos de vxoribus suis, nec ab eis aliqua munera capere, propter illud prouerbium, Qui vult adulterare vxorē, prius adulteret eius maritum: nam conuersatio viri praestat introductionē ad eius vxorē: imo aliqui ita trāsfornant vocē mariti quod vxor credit illū esse maritū suum.

36 Bauerius in. §. sed hac quidē col. ij. instir. de testam. ¶ Et nulla pestis est efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. gl. in l. j. ff. ad Sillan. O dof. in l. defentionis. ante fin. C. de iu. fil. libro x. in l. sciant. circa mediū. C. de his qui ex pub. rat. eo. lib. &

in rub. col. iij. & l. fi. col. fin. C. delator. eod. lib. ideo nostra interest habere inimicos longinquos. Bal. in l. fin. per illū text. C. de pact. inter empt. & vend. Platina in vita Honorij, dum loquitur de Florétino, & qui recipit inimicum in familiarē. dicitur nutrire murē in pera: serpentē in gremio: & ignē in sinu. cap. & si iudæos. extra, de iudæis. Decius in c. cū adeo. ad fin. de rescrip. hinc Helena Paridi: Efflet vt hospitij merces iniuria tanti Qui sic intrabas hospes an hostis eras? igitur guarda a chi te fidi. Bald. quem refert Igneus in repet. auth. ex causa. col. xx. & Ecclesiast. xj. non omnem hominē inducas in domū tuam: mul tæ sunt insidiæ dolosi, & possunt dici proditores. Alex. lib. vj. consil. xij. cōsideratis. nu. vij. & propterea docet Sapiēs: Cūm coniuix tibi sit, nec res & fama laboret, Vitandum ducas inimi cum nomen amici. Auferēda etenim est materia delinquēdi. l. conuenire. ff. de pac. dot. Iaf. in l. iij. iij. not. ff. de iure iur. frat. Iac. in Sophologio Sapient. lib. iij. cap. vij. & tribus seq. quomodo vitanda est mala vita. & lib. vij. de voluptate carnis. & lib. vij. cap. vj. de continētia Ecclesiasticorum. Et propterea effuge cum poteris ne cōsensisse puteris. gl. in cap. ad id quod. de spon sal. quia, vt inquit Quintil. quem refert cōmentū Petrarchæ in triūpho Famæ. c. iij. ¶ non solū cauendū est à malo: sed etiā à 87 suspitionibus mali. l. ciuile. C. de fur. vbi Salyc. in j. not. & Quid. in. ij. de Arte: Famaq; non factio crimine crimē habet. facit ratio l. cōsensu. §. vir quoq;. C. de repud. & l. quinquus. ff. de donat. inter vir. & vxor. Papa Pius epist. iij. ad ducē Mutinæ. circa fin. & Cæsar Pompeā repudiauit, Quādo meam, inquit, neq; suspi cionibus obnoxia esse oportere cēsui. Plutarcius in vita Cæsa ris col. vj. cap. in omnibus. lxxj. dist. cap. quia periculosum. de sent. excō. lib. vj. vbi Costa. iij. not. Cyn. in l. ij. per illū text. C. de interd. mat. Prap. in c. significasti. j. not. de diuort. Ifern. in c. j. §. porro. col. iij. allegādo Apostolum. quæ fuit prima causa ben. amit. Imò & à specie mali. Corn. lib. ij. cōsi. cxvij. multa. li. tera d. Instructio Ec. lesiasticorum char. iij. in fi. & char. xij. Et quia bona est cōsideratio volentis prouidere casui qui enirene potest. licet nō eueniat. c. quāto. de diuort. cum sim. vt Io. And. in addit. Specul. in tit. de arbitro. §. sequitur de quibusdam. col. xiiij. in addit. incip. nihil. & quæ dixi inter feudalia Brunj con sil. xij. col. xx. facit Aegid. lib. ij. parte. j. c. xix. Et exponēs se periculis peccat Hadri. Papa noster in quodlibetis. char. xiiij. col. j. & ij. & char. xvij. col. ij. in proposito pulchrē Lucas de Penna in l.

in l. lenones. col. ij. C. de spectacul. lib. xj. Quando autem vide
 vxorem tuam captam amore alterius: muta domicilium, vel
 eam ducas ad castrum, vbi cum minori sumptu & securus vi-
 ues. secundum Bald. in l. executorem. col. viij. ver. fed pone. C.
 88 de exeq. rei iud. ¶ Quia absentia est dissolutio amicitiae. secun-
 dum Philosophum. quem refert Erasmi. ij. parte Proverb. xxvj.
 multas amicitias silentium dirimit. & Amedeus in dialogo de
 amicitia. chart. ij. dicit qd qui ab oculis distat, procul est à cor-
 de. Et Albericus in Dictionario. in ver. locus. dicit quod muta-
 tione loci. mutatur mentis affectio. lxxxj. dist. c. valet. Preterea
 dicit Apuleius in ij. Apologia. quod vxor ad prolem multo au-
 spiciacius in villa. quam in oppido ducitur. & ibi frui potes ea
 delectatione quam ponit text. in cap. nūquam. de consec. dist.
 v. Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit illa cadens. rau-
 cum per leuia murmur Saxa ciet. scatebrisque arentia temper-
 rat arua. Et omnes nobiles debent habere quatuor domicilia.
 secundum quatuor tempora anni. seu saltem duo. Bald. in cap.
 dilectus filius. col. fin. de referip. Et si es pauper. certè in ciuitate
 cum eo periculo moraris. quo pisciculus in mari. propter mul-
 titudinem magnorum. Non tamen quis debet in rure morari
 in die Paschatis. Natalis Domini. nec in Quadragesima. cap.
 nulli ciuium. de consec. dist. vlt. nec aliàs. licet sit nobilis. si ta-
 men moratur toto tempore in villa. dicitur rusticus. Io. Mon-
 tlonius in Promptuario Iuris in versic. rusticus. Non tamen
 stent tantum in villis quod possint dici rustici. Ias. in l. si. C.
 de testam. in §. item Seruiana instit. de act. habetur in oratione
 Iococratis impressa ante Herodotum Halycarnassenum de pul-
 chritudine Helenæ. Et si habent vxores prægnantes. ducant
 ad pariendum in ciuitate ad hoc vt filij possint admitti in con-
 35 sil. & alijs honoribus ciuitatis: puta collegio Doctorum. & si-
 milibus. quia quandoq; sunt statuta. quod non admittantur in
 consilio vel collegio. nisi sint origine propria. vel paterna de
 ciuitate: licet ille qui est natus in castro. vel villa. quo quomo-
 do subdita dominio ciuitatis. censeatur de patria & de domi-
 nio. licet talis locus haberet iurisdictione separatam. Paul. de
 Castro consil. cxxxiiij. notandum. col. v. Angel. per illum text.
 in l. j. C. de metropoli Beryto lib. xj. in j. additione. ad Bart. di-
 cens quod est nihilominus subditus. facit Ias. in l. si fideiusor.
 §. j. iij. not. ff. qui satisfare cog. facit text. in l. quisquis in princ.
 C. de natur. liber. Si enim soluit censum. dicitur subditus. Bal.
 in

in d. l. quisquis. text. in cap. ij. de cens. Fely. in cap. ad audiētā.
 col. v. de præscript. Et licet esset exemptus quo ad aliquam. debet
 tamen reuerentiam ciuitati. Rom. sing. cccclxx. episcopopus facit
 Barb. consil. clxxxix. incip. ciuitati. col. fin. vj. dubio. Vnde or-
 tus in tali loco subdito comprehendetur in statuto etiam dis-
 sidente. quod non admittatur. in collegio seu in consilio: nisi
 sit de origine propria vel paterna de illa ciuitate. & ita in ter-
 minis Bal. in j. vol. consil. xlvi. incip. statutū. quem sequitur Ias.
 in l. huiusmodi. §. legatū. ff. de leg. j. Et confirmatur ista opin.
 per id quod vult Perus. in c. j. §. j. col. ij. de vsu. lib. vj. per illum
 text. in ver. de cæteris: vbi dicit. quod alicui non dicitur quod
 nõ est ciuis. vel alienigena. licet sit ortus ex diuersa terra: quã-
 do ille ambæ terræ sunt sub eodẽ dominio immediatè: vide tu
 Iacobū de Beluio in authent. quib. mod. natur. effi. sui. §. illud
 aut. col. ij. vbi Ang. in §. si quis igitur. el. ij. Ias. in l. si in princ.
 C. de testam. Paul. de Cast. lib. j. consil. lxxxv. visis dictis ordina-
 mentis. Nizelum concord. Bar. ccxv. Bolognini in Theodo-
 siana: in verbo. nec suos cines. est char. lj. Alexand. lib. vj. consil.
 xcix. numer. viij. incip. visa inquisitione. & cxlvij. visis quæ in
 themate. not. vij. Secundo confirmo ex decis. Ang. in l. eadem
 ff. de assēs. relata per Ias. in l. imperiū. ij. col. ff. de iuris. omniū
 iud. col. vij. versic. iij. quaro. vbi licet vnum castrum habeat om-
 ninimodam iurisdictione. non tamen per hoc dicitur esse diuer-
 sum à ciuitate dominante. quãdo habeat vnum tantum supe-
 riorem: quia nati in vico exempto. per hoc non desinunt esse
 de ciuitate. Paul. lib. ij. consil. cccvij. incip. videtur. Et ille qui est
 subditus Romano imperio. est ciuis Romanus instit. de patr.
 pot. & de nup. in prin. quod extēditur ad alias ciuitates: vt Præ-
 pos. in c. ius Quiritum. l. dif. maxime quando talis vicus est situs
 in patria. Bart. in l. iij. C. de natur. lib. & ibi Bald. Et ex comuni
 vsu loquēdi ille locus capit denominatione à ciuitate: quia idẽ
 est dicere Bononiensis. quod ortus Bononie. Bart. in l. j. circa
 medium. ff. de tut. & cur. dat. ab his. Fely. in c. significante. iij.
 col. de referip. Et natus in provincia dicitur ciuis originarius.
 Bart. & latius Rayne. in l. prouinciales. ff. de verb. sig. & appella-
 tione ciuiū veniant illi de comitatū. de districtu. & de territo-
 rio. Pat. in. c. Rodolphus. ver. venio ad tertium. de referip. &
 illi de pertinētis. Gemin. & Doct. in. d. cap. j. §. j. de vsu. lib. vj.
 Doct. in rub. ff. solu. marr. & fortè illi de dicecesi. Alex. in apo-
 stil. ad Bart. in l. ij. ff. de verb. sig. facit. quia quãdo duo sic ha-
 bent

Natus in
 villa dicitur
 originarius
 ciuitatis.

bent quod vnū, lato sumpto vocabulo, venit appellatione alterius, subsistente eadē ratione in vtroq; tunc statutum loquens de vno, intelligitur etiā de alio. Barb. in Ioannina. col. xxxij. Brunus in tract. de statutis excludētibus mulieres à successione viij. artic. q. xij. Socin. in. l. j. col. iij. ff. de vulg. & pup. in. l. j. §. v. teres. col. ij. ff. de acquir. pos. facit, ¶ quia in materia fauorabili appellatione ciuitatis, venit comitatus. Pan. cōs. xliij. ex omnibus. col. ij. ver. ij. moueor. lib. ij. Imò hoc procedit etiā in materia indifferenti. Rom. cōs. ecclij. vifa principali. col. ij. ver. abesse. pulchrè Aret. cōsil. allegato in apostil. ad Alex. in. l. in prouinciali. §. si publico. ff. de oper. no. nunt. potest videri. Socin. in. l. ciuibus. ff. de reb. dub. Panor. lib. ij. cōs. ij. in questione Raynerij. col. penul. Quòd autē materia sit fauorabilis, patet: quia talis interpretatio reducit nos ad ius commune. gl. in c. statutū in ver. numerandū. de præben. lib. vj. cum sim. vt. j. dicam circa fin. quomodo sit in dubio iudicandū. Et tale statutum est ambitiosum: Bald. d. cōs. xlvj. Corn. lib. iij. cōs. cxxvj. in præsentī. Felyn. in. c. ex literis. col. j. de cōs. Suadetur ex rationibus quas ponit Cicero in oratione pro Sylla. chart. iij. Dum se defendit quòd esset peregrinus, & natus in municipio. Et August. Dachus lib. ij. oratione xlvij. incip. caput orbis Roma. Valerius Max. Nec obstat. quòd in statutis verba sint stricte intelligenda & proprie. in. l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gest. ¶ Quia respondetur, quòd imò etiam comprehendit ea quæ sunt de lata significatione: quādo est identitas rationis: vt Barbat. in d. Ioannina. col. xxxvij. cum concord. proxi. allegatis. Secundò responderetur quòd quando vnum cōtinetur appellatione alterius, dicitur esse de propria significatione vocabuli, nō ex interpretatione. Bart. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postul. & quia dubitat Fely. in c. peruenit. col. j. de testib. ego. & in rubr. de fide instrum. col. ij. ideo. ¶ Tertio responderetur, quòd quando casus fictus & verus æquiparantur à iure, statutum procedit etiā in casu ficto. c. ad audientiam. de cler. non res. Fely. in. d. c. Rodolphus. col. x. de rescrip. Cepol. cōs. xiiij. incip. pro declaratione. col. j. sed ciuis Comitatenfis. Et ciuis ciuitatis non differunt origine. Bart. in l. j. col. ij. ver. quæ. quæ est natus. ff. ad municip. & cōs. clxvij. incip. dubia. ¶ Sententia. ver. præterea. & patet ex predictis. Nimirum ergo si habeat locum in casu isto: & etiam statuta debent intelligi secundum ius cōmune. l. j. C. de nozal. Et satis est quòd talia statuta operen

operetur quātū ad natos in alieno territorio. Plus etiā dicebāt plures, qd si pater fortè iuisset in officiu ad aliā ciuitatē, ex quo habeat animū redeūdi ad patriā originis filij nari in illa ciuitate in qua gerit officiu, vel alia qua trāsit, dicitur natus in quāta re vnde pater discessit, nō in ea per quā trāsit vel vbi gerit officiu. Lāc. in l. heres absens. §. proinde. ff. de iud. l. cetera de leg. j. Fely. quē larē refert Ias. in d. l. huiusmodi. §. legatū. eod. tit. pro qua vidi plures cōsultūisse: licet Ias. post Alex. ibi videatur cōtrariari. Postquā autē maritus adimpleuerit omnia sibi incūbita, taliter qd nihil possit sibi ascribi etiā si mulier voluerit esse meretrix cū prohiberi nō possit. vt Philel. deca. j. fatyra ix. incip. Claude fores. post Iuuen. & alios præalleg. Nauis Stultif. char. xlij. de obseruātibus mulieres. & nō possumus obseruare catulas quas dū callidę sunt ligatas tenemus, neā cane turpi cooperiatur: quomodo ergo mulieres sensu & malitia vigentes quas catenatas tenere nō possumus, nisi faceres eas deferre brachierū ferreū, vt vidi Venetijs. sed si fures prohibere nō possēt, quātominus amatores: itē quātas pudor. aut multomagis. C. de sacrosanc. patet ex multis nouellis Bocac. ¶ Et exēplo quod ponit Lud. Ariostus in Orlando furioso, cātu xxvj. de Frameta, quæ in medio duorū iacēs in lecto tertiu eis in laijs admisit ibidem. Et sic saltē apud graues viros nunquā reputabitur pudor aliquis marito: quia nihil nonū sub sole, vt dicebat Anaxagoras. & Ecclesiast. j. quē refer Petrar. epist. xxx. de vniuerso. & id cōmune malū, semel insanimus omnes. Et, acta agis, Polyd. proverb. lxxxiiij. & Eras. quē retuli. s. char. pxi. in Moria. xiiij. & xvij. vnde solatiū est miseris socios habere penarū. Bart. in tract. virginis cōtra Belial. col. j. O dof. in l. quātū. C. de muner. par. lib. x. Et pater ex illo Romano cum rege Papiæ, de quo in Orlando furioso: quia ¶ spirit⁹ peruersi difficile corrigūtur. & stultorū infinitus est numerus. Ecclesiast. j. Nauis Stultorū: & stultitia mundum regit. Eras. in Moria. dixi s. prox. iq. viij. ratione de maritis comedentibus panem vñctum. Et dato qd isti iuuenes eū irrideāt cū suis versibus de quibus dicitur: ~~Comitatus ciuitatis non differunt origine. Bart. in l. j. col. ij. ver. quæ. quæ est natus. ff. ad municip. & cōs. clxvij. incip. dubia. ¶ Sententia. ver. præterea. & patet ex predictis. Nimirum ergo si habeat locum in casu isto: & etiam statuta debent intelligi secundum ius cōmune. l. j. C. de nozal. Et satis est quòd talia statuta operen~~

Regnum nobilius, populo numerosius omni.
 Non minus & toto corniger orbe tener.
 Nam quacunq; patet tellus lex Iulia dormit:
 Et solus vigilat cornua quisquis habet.
 Sed si cornigeri qui sunt numerumue sequiras
 Antea scias qui quot sint, quibus vxor erit.
 Crede mihi, nam vera cano, quacunq; mariti
 Nomen habet, summa cornua fronte gerit.
 Non credis, nam fortè tibi non ducitur vxor:
 Duc, & me cernes nil nisi vera loqui,
 Tuncq; tuum subito ducta spectulabere magnis
 Vxore ornatum cornibus esse caput.
 Sape timens vxor tibi desinat arma, parabit
 Quàm tecum veniat cornua longa prius.
 Esse virum patitur nequam sine cornibus vxor,
 Hæc modo non ducunt, dote carere v olet.
 Cætera vult potius proprio quocunq; deesse
 Cornua quàm desint profunda nupta viro.
 Sola hæc cura plerumq; sola est intenta labori,
 Vnde queat quo tibi cornua habere modo.
 Templâ petit, non vi veneretur numina diuûm,
 Queritat, crescat cornua longa viro.
 Sedula per totam non vana emittitur urbem.
 Vt noua vendentes cornua querat anus.
 Sape dabit scio quantum cornutus habenti:
 Nec prius tunc erit cornibus ipse datus.
 Atq; alijs tunc fiet socijs (mirabile dictu)
 Qui peritus totis cornibus ecce caret.
 Credere quid dubitas? experto crede Roberto.
 Cornibus ipse carens, cornua multa dedi.
 Regula fallit in hoc certe quibus illa caremus,
 Nostri quod socijs non dare posse refert.
 Hoc quoq; non minus est mirandum frontelate.
 Cornua diffugiens est nosceret qui habet.
 Dura cæcis prohibet geminas de verice ramus
 Prodeat, hoc propter cornua nulla patent.
 Non tamen hoc dubita sine cornibus esse maritum
 Quenquam nam lateant, fert tamen illa licet.
 Nam; duo tanquam contradictoria sunt hæc,
 Vt confluxis, & cornua nulla geras.

Hæc

Hæc tibi cum primum tunc tradita potueris arma:
 Qui tibi præsterit cornua, redde cito.
 Ingratè nomen fugias, si reddere possis:
 Et si non poteris reddere, posse cupe.
 Immeritò vinci nunquam patiare ferendo:
 Ceperis & quanta cornua plura dabis.
 Exemplum à tellure petas: quàm accepit omnis,
 Terra ferax semper reddere plus solet.
 Ne rogo despicias fortitus cornua quisquam.
 Gaudeat at potius cornua quisquis habet.
 Cornigeri gerite precor portare coronam
 Vos talis digni, numina verba cano.
 Vos esse lunæ (modo non implerit orbem)
 Per similes etiam cornua luna gerit.
 Vos etiam sigillo quod Titan mense Nouembri
 Ingreditur, similes notatus esse magis.
 Murex nam data sunt vxoris signa coronæ
 Instar, quæ regibus similes esse solet.
 Vos fore prædixit reges natura, sed ipsa
 Tam grandes fieri vobis mala saepe negat.
 Fertea qui facitis, delistite rella magistri:
 Tellurum species extat in orbe noua.
 Ingeniosa suo coniux dat arma marito
 Quolibet, ut quò vult hac orbe tutus erat.
 Cornutus quocunq; ierit non pergit inermis.
 Ut possit tutus quolibet esse loco.
 Magna cano: quoniam ratio si temporis vllò
 Contigerit superas vos habitare domos,
 Conspurgent super cernentes sede coronas:
 Cederetis Deus, cæter vbiq; dea.
 Sed si fors eadem quæ reges esse negauit
 Sedem fortè poli vos habitare neget:
 Non vos metuenda manet vos regia Ditis:
 Cornigeris blandus corniger esse solet.
 Cornibus his igitur quid nam secute timebis?
 Dic mihi quæ numerum maxima turba dices?
 In terris tibi blanditur tota iuuentus:
 Vxoremq; tuam te magis omnis amat.
 Si linquens terras etiam conscendis Olympum,
 Quilibet ex superis cedit honore tibi.

Y 2

Te quoq; Tartarus ieris si deniq; sedes,
 Suscipiet te. Dis in sua regna libens.
 Tanto corripuerum numero quod regia Ditis,
 Quod celum pateat, totaq; terra putat.
 Cornu vel recipit vel dat quicunq; sodali:
 Captus Veneris dulcis castra sequi.
 Sepe putans etiam solum dare cornua, multum
 Propter & in gaudens solus utrunq; facit.
 Parcite, corripueri, faciant si ca'mina fiteam
 Ingenium superant cornu v'etra meum.
 Imperium senis, reges sensu te potentes
 Cornua, sic qui nos frontibus arma gerunt.
 Hæc agitur cuncti veneremur cornua: quæ,
 Quæ naden, solos arbitrer esse Deos.

¶ In unico verbo respondere poterat, & vos similes expectatis honores, si sustentaculū senectutis & conseruationē specierum volueritis: quia cedimus, inq; vicem præbemus crura sagittis, Eras. ij. part. Proverb. diiij. & vt dixi in quarta ratione, q̄ in cōtinētia mulierū viris sit ascribēda, adulter quod fecit expectet, vel prout iuuenibus corrigētib; senis: quia nisi ipsi iuuenes moriantur, ad illos limites & ætatem incedere oportet semet ipsos: ergo derident: etenim plures sunt cornuti in herbis, quàm canonici in verbis. Nota in nouis decis. ccccxlvi. si legatus. ante fin. Roch. in c. cum M. de cōstit. super gl. antepen. collegium Bono. pro monachis contra canonicos. col. antepen. ¶ Non oblit. ix. scilicet alij infiniti sinistri mulierū mores: quia idem est viris: quia & omisissis traditis à natura quia de his nequeūt vituperari. vt s̄. ad vj. fundamentū, nullus defectus reperitur in muliere, quin & in viris, propter volubilitatē liberiar bitrij: licet Deus illā nobis dederit cum grano salis, id est con sciētiæ. Bal. in c. nisi cū pridē. col. fin. de renū. Et qui damnant omnes mulieres, omnibus displicent. larē Albertanus lib. ij. de cōsilijs dandis. col. pen. & tit. seq. de laudibus mulierū. pulchrè et breuiter Mirabilis liber prophetiarū. char. xxvj. c. viiij. incip. ò auditores præcolendi, omni ætas pronā ad malū. Gen. c. viiij. in fin. Bald. in procem. Decretaliū. Pauinus in tract. de visita tione. char. j. col. iij. Barb. in §. quoniam nulla. v. not. in procem. clem. & ibi in fin. illius §. allegat rationē. & in clem. j. de sum. Trin. ad fin. princ. Luc. de Penna in l. quicunq;. col. iij. ver. xix. præsumitur. C. de apoch. pub. lib. x. alleg. text. in c. omnis ætas.

xij. q.

xij. q. j. Felyn. in c. dudū. col. v. de præsump. c. cū essēs. vbi Barb. in fin. v. not. de testam. & in Ioannina. col. clxxv. & clxix. Van guel. in procemio Breuiarij clem. cōclus. ij. rationē etiam as signat Matthæus Bosius in tract. de tolerādīs aduersis. Et nemo est qui nō erret. Paul. de Cast. in l. quāuis. rationes. per illū text. ff. de cōdit. & demonst. nec est de hoc mirandū. Io. de Seltia in tract. de beneficio. j. part. q. ij. col. ij. ver. circa tertiu. Brunus in feudalibus cōsil. xij. col. xix. Aug. Dath. lib. ij. epistola ix. incip. cū mihi ante hac. est charta lxj. hinc Horat. Heu vitij nemo sine nascitur: optimus ille est qui minimis vrgetur: imò quoti die sumus deteriores. Petrarca epist. xlj. studeto. & xxj. nō miror. & Host. in summa de testam. §. quot sunt species. col. j. allegat Ecclesiast. vij. ¶ Viri ex mille vnū reperi. & bis vix nascitur in quingētesimo anno sicut Phœnix, quæ est avis in Arabia, secundū Bald. in c. quoniā abbas. de offic. deleg. licet Philephus in epistolis. char. lxxij. incip. de phœnice. dicit q̄ ipse opinatur nullū esse. Et Aegid. de reg. im. princ. lib. ij. parte ij. c. xix. dicens q̄ cōmuniter quasi omnes viri sunt promi ad malū. Sylvester contra Lutherū. char. ccxij. & ccxiiij. & dicit Bal. in procemio Gregoriano. circa princ. q̄ omnis caro de facili corrūpit viā suā, quia lubrica est, maxime in iuvene. Flor. in rub. ff. finū regendorū. Gemin. in cōsil. char. pen. in serm. ad clerum. incip. Clama ne cessēs. Barb. in c. quod clericis. col. xvj. de for. cōper. Non est qui faciat bonū, nō est vīq; ad vnū. frater Hieron. Vice comes de obligat. Papali. q. ij. col. iij. Et nemo sine crimine viuit. c. septies. l. distinctio. Felyn. in c. nouit. in fi. col. antepen. de indic. tex. in c. si enim inquit. de pœni. dist. ij. Mart. de Lande in c. si quis post. §. qui clericus. si de feud. fuer. controuer. ratio est, quia malū est facile: bonum difficile. vt inquit Philosophus ij. Ethic. quinq; rationes ponit Io. de Selua in tract. de beneficio. j. part. q. ij. & sordes humanæ infinitæ sunt, quæ nec dici, nec numerari possunt. l. fin. circa princ. C. de præscript. xxx. ann. Propterea dicit Panorm. in c. qua fronte. col. fin. de app. quod si gl. quæ ibi dicit quod propter peccatū homo citius moritur, pro cederet generaliter, nullus homo ferē remaneret in mūdo. pro quo Quid. quem refert Rosarium Bulti j. par. serm. x. litera q. in fin. Si quotiens peccat homines sua fulmina mittat Iupiter, exi guo tempore nullus erit. Sed vide Guil. Rouille in tract. de descriptione iustitiæ. lib. ij. c. xvj. de morte. col. iij. Hadr. Papa no ster in Quodlibetis. ad fin. Et etiam dicit Cardin. in clem. j. de

Y 3

sum. Trin. ad fin. princ. quòd plures damnabuntur, quàm sal-
uentur: licet quidam responderet illi auctoritati, Multi sunt
vocati &c. quòd Christus loquebatur Iudæis: secus de Chri-
stianis. & ex pluribus supra & infra scriptis potes videre quos
vicia regnent in hominibus: & ex verbis magnifici domini
Philippi Vagnoni, quos infra in fine subjiciam, ne hic faciam
nimis magnam parenthesim: ideo sileant obloquentes de mu-
lieribus. Sed nemo est tam malus, quin habeat aliquid boni: &
95 ecòtr. à. de pœnit. dist. ij. c. quid ergò. ¶ Et habent mulieres infi-
nitas prerogatiuas quas viri nò habent: quæ copiosius scrip-
tae comperirentur, si mulieres scriberent vt viri faciunt. secundum
Senecam de consolatione ad Martia. cap. fin. clamantem pro-
pretea, quàm multarum egregia opera in obscuro iacent. & in c.
preceden. enumerat plures virtuosas mulieres. vt & Campa-
nus. lib. ij. epist. incip. quereris, & me hercle. Rosarium Busti ij.
vol. serm. xxv. ij. part. ij. litera c. Mathæus Bossus epist. v. nuper.
chart. iij. Petrarca epist. xxvj. sunt. & lxxj. mos. dixi supra re-
spondendo ad fatuitatē mulierum: & est vna oratio in earum
laudem in Margarita poetarum. versus finem quæ incipit, maxi-
ma & amplissima. est char. clx. vnde eis nò deficit ius, sed pro-
batio. I. duo sunt Titij. ff. de test. tut. propterea inquebat illa il-
lustrissima & prudentissima & eloquentissima Margarita Ti-
tia. cum aliquando verbis superari videretur à viris: Nò enim
hoc euenit, quia ius non habeam: sed quia illud dicere nescio.
Imò plures etiam si sciant, nolunt dicere ob reuerentiam, & ne
displiceant hominibus quibus postea facile est vincere, nò re-
pugnantes. secundum Cicer. quem refert Lancel. in l. si seruus.
§. j. de leg. j. vbi allegat illud: Optima nam nullo causa tuente
perit. Et fortè melius esset vt se defenderent: quia non debet
quis esse subditus plusquàm expediat. c. admonedi. ij. q. vij. Cy-
prius de auctoritate ecclesiæ. chart. viij. nec debet quis pari
quòd se còtempribile reddat. Bald. in l. nec quicquam. §. circa
aduocatos. ff. de offic. proconf. & leg. & te vt Cæsarem non ha-
bebo, nisi habeas me vt senatorē. c. esto subiectus. xcv. distinct.
Luc. de Penna pulchrè in l. j. C. si curial. vel coharr. relic. ciuita.
lib. x. Barbat. lib. j. consil. lxxij. col. fin. Item sunt aliqui qui non
96 attendunt illud Philosophi, quòd ¶ prudentis est vnumquodq;
examinare prout rei natura requirit. refert Gemin. in c. statu-
rum. el. ij. de hæret. col. j. & pro qualibet febricula non est recur-
rendum ad apothecam. Bald. in cap. adeo. col. j. de rescript. &
qui

Mulieres
non scri-
bunt.

Margarita
Titia.

Nò sis sub-
ditus plus
quàm ex-
pediat.

qui omne leue vitium volunt facere maximum, prout si quanti-
do est iuxta virum, rideat, vel canit cum vtroq; instrumento.
Odo. in rub. C. de rep. vel quæ mingit ita sonore quòd canes
irritat. vt Petrus Iacobi in practica, in tit. de pauperie, vel etiam
si mulier se inebriat quotidie. nam dummodo seruet matrimo-
niale pudorem, non est crimen atrox. glof. in l. j. §. taceat. C.
de rei vx. act. Bertach. in tract. de episcopo. char. xxxj. col. iij.
Barbat. in cap. quoniam. §. in alijs. num. xxxv. vt lit. non còfess.
licet pugnare: licet difficilius mulier quàm vir inebrietur. Ma-
erob. vij. Saturnal. Et vbi est ebrietas, nullum later secretum.
Angel. in l. quæ adulterium. C. de adulter. hinc, Fecundi calice-
s quem non fecere disertum? gl. in cap. à crapula. de vita &
honest. cler. vide Philosophum j. œconom. lib. j. cap. v. Et quo-
modo bibendum & medendum ebrietati, latè Pet. de Lesna-
diere in tract. de Doctorib. iij. parte. q. lxxj. vbi per quatuor
char. & multum debemus naturæ de istis duobus liquoribus,
vino scilicet & oleo. Lancel. in l. ij. §. j. ff. si cert. pet. plura tra-
dit Celestina in laudem vini. Actuum ix. incip. porta. chart. ij.
de ebrietate. Seneca ad Lucillum. lib. xj. epist. j. In toto nò est.
lxxxij. incip. singulos. & in lib. de tranquill. vitæ, circa fin. fra-
ter Lud. de Veritate contrit. in tract. de gula. polydorus Pro-
uerb. cclxxj. vino obumbratur. Aegidius de regim. princip. li-
bro ij. parte ij. cap. xij. dixi supra in limitatione quorumdam,
arguendo ¶ cur ætas nunc breuior. dicit tamen Lancel. in au-
then. quod locum. col. fi. C. de collat. quòd peccatū gulae est ma-
ius ludo & re Venerea: ebrietas tamē si assidua fuerit, est mor-
tale peccatum. xxv. dist. cap. vnum horarium criminis. Had. Pa-
pa noster in quodlib. q. vj. est chart. lv. in princ. vide etiam in li-
bro gallico Iardin de plaisirance, char. cxcij. vbi refert iudicium
per arestum contra dicentes mala de mulieribus: & in lingua
etiam gallica Guill. Coquillart in lib. Des droitz nouueaux.
in Le debat des Dames, & des armes. in libro L'Étroit tard ma-
rié. & de La louange & beaulté des Dames. & Le purgatoire
des mauuais maris. c. ix. vbi latè quam pœnā ibi inter ceteros
sufferat Matheolus bigamus propter illud opus quod compo-
suit contra scēminas: & in libro. Iaduocat de Dames de Paris
allans aux Pardons. vbi respondet cuidam prædicatori. Et
Gilbertus in quæstionib. post librum secundum Oeconomico-
rum Philosophi. chart. ij. arguit Carmelitanum de illa eclo-
ga Fœmineum seruale genus &c. & in libr. Carceris amorum.

non credo, quia ille erat discipulus Ioan. Fabri, vt colligitur ibi in §. sed si pater. infir. quib. mod. ius pat. pot. sol. propterea fortè potuit esse lectu. Bartholomæi de Nouaria, quâ allegat Angel. de oblig. quæ ex delic. col. ij. Cacialup. in repet. l. omnes populi. col. viij. Lau. de Rodulphis in tract. de vfuris. char. xvij. col. iij. Et vidi in libro antiquo practicam quæ nunc in primitur nomine Panor. inscriptam nomine alterius authoris. idem de fallètijs Socin. vt mihi dixit dom. Bernardinus de Landriano, cui venetijs primo delata fuerunt. vt pater in primo fol. iij. vol. consiliorum Socin. primo loco impressorum Bononiæ. vbi iurauit non esse suum opus, & velle agere iniuriam contra impressorem, & contra Martialem. Erasmus Prouerb. vlt. Auris Batava. facit & cõtra Poëtas Mattheus Bosius epist. xj. incip. sapius. & Vdalr. in l. ij. ff. de origine iur. col. xlvij. & dicit Barbat. in c. Rodulphus. col. xvj. de rescrip. quod ex iussu Platonis poëta expelli debent de ciuitate, & sunt ad omnia pro libito laudanda seu vituperanda temerè insolentes. vt de Dante Bertolomus Beneuolentius de origine vrbis. Sene. chart. xiiij. licet pro eis. & etiam contra legistas & theologos Aeneas Syluius epist. xiiij. aderat. & Nouellæ Bochatij & aliorum sunt fabulæ, vt pater inuenti. & Bal. in l. nec patros. circa finem C. de bon. liber. Et eorum ineptias latè ponit Iosephus in epistola ad Epaphroditum, impressa post suum librum de bello Iudaico. † Præterea poëtarum proprium est mentiri. frater Iacob. de Marchepallu. in tractatu ne animabus incolentibus purgatorium. ad fin. & philosophus. j. Metaphisic. quod multa mentiuntur poëtae. & August. in j. de Ciuitate Dei. dum loquitur de Virgilio, dicit quod præclarissimus fuit, more tamen poëtarum mentitus est. Erasmus secunda parte pro uerborum cej. mentiuntur multa cantores. idèd poëtae dantur Lucanum, quod non scripserit fabulas sed historiam. Seruius, quem refert Ascensius super illo Catonis, Telluris si fortè velis. Codrus ferm. ij. chart. iij. facit Horatius in Poëtica, dicens, Pictoribus atque poëtis. Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Fortun. ff. de iustit. & iur. col. xlvij. gloss. pen. in cap. quanto. de iureiur. Item sunt suspecti propter id quod dicere nolo. Bart. in l. cum vir. ff. de adult. Aristot. in problem. vbi conciliator Auic. in xx. fen. iij. canonis. dum agit de coitu. in cap. de alubate. dicit quod in veritate sunt prostratæ animæ malignæ naturæ, & malæ consuetudinis & complexionis.

facit

facit Mancinellus libr. j. ferm. seu tir. viij. Lucas de Penna in l. sine. col. iij. C. de exact. & exec. lib. xij. Barbat. lib. j. consil. lxiij. scribitur. & duobus cõsilijs seq. in annotatis varijs. chart. cxvj. Baptista Pius cap. xij. vnde fuit inaledicentes de mulieribus dicitur quæ non debent, honestum & æquum est quod audiant quæ non volunt. xij. q. j. cap. ecclesia. §. quibus autem. & Dantes in tractatu Inferni, vbi loquitur de Prisciano. Et communiter malè finierunt vitam tuam. vt Dardanus in elegia cõtra poësim. pater in consil. Iuuenalis in saryra, Credo pudicitiam. & in vltimis capitulis Manganelli. Nec iuuat excusatio Martialis, Latcua est nobis paginæ vita proba est. Et Ouidij dicentis, Crede mihi mores distarà carmine nostro: Vita verecūda est mufa iocosa mihi. Et Hadrianus in epitaphio Voconij. La sciuis versu, mète pudicus eras, facit Anteros Freg. chart. xx. Ascensius super illud Catonis, Multa legas facito. quia respondet Ioann. Franc. Mirandula in epistola. quam ponit ante librum quem ædidit legendum pueris. in verb. v. de. ij. oratione Beroaldi in princ. Propertij, quam transcripsit Quintianus dum inciperet comed. Plauti. Et hoc scribebāt quoniam amica sua fortè nolebat eis complacere, vel zelotypia vrebantur: quoniam tunc desperati inaniunt, nescientes quid dicant, & componunt desperatas, dicentes: Sepe precor mortem, mortem quoq; deprecor idè. Host. in summa deposito. §. vnde dicitur. circa fin. Et postea vno solo aspectu benigno reducuntur ad poenitentiam: & petunt millies veniam, & laudant amicas. vnde testi vacillanti seu vario nõ creditur. Imò debet torqueri Bald. in authen. presbyteri. C. de epif. & cler. ij. not. Nicellus in proem. contrarietatum. Bart. & sic malè dicendo de eis reddunt se ingratisimos: quod est magnum nephas, vt in locis vulgaribus. & vltra Valerium & Valeriam Nicolielmus Mara oratione vj. incip. donec. † & ingratus non dicitur mortaliter viuere. l. fin. C. de inoffic. test. vbi Flor. quia rarò quod poëtae habeant ingenium adeò perspicax ad inueniendum & fingendum argutas fabulas, nisi cum ab amore excitantur. Petrarcha cantilena xxxviij. incip. quæ lo anticho. nam vbi intenderis ingenium, valet. gloss. in §. illud quoque antiquitas. in authentica de exhib. reis. in verb. aduenientibus. Et de tali ingratitude in operibus Lidij Cati Rauennatis conqueritur Lidia, vt in reponse nelibelli. item cum sentiat iugenijs lasitudine, quæ nõ minor est quam corporis licet occulior

indi

Poëta mē
dax.

105

102

indigemus recreatione & solatio. Felynus in cap. lator. de homicid. j. not. Cacialu. in tract. de ludo. colum. ij. Matthæus Bo sius epistola xl. tuis. ad si. ideo non est tantum studendum quòd fastidiaris nimis exemplo stomachi quem nimio cibo vis teple re. Fely. in c. j. de magi. col. j. facit Albertanus in rubr. de otio fugiendo. remediū igitur potissimū habetur ab ipsis mulieribus: nam excitatur otio vigor & omnis tristitia quæ cōtinuatione pertinacis studij adducitur, sœminarū hilaritate dicitur. secundū Senecam in proœmio declamationum. Et species mulieris exhilarat faciem viri. Ecclesiast. xxxvj. Platina cōtra auaros chart. ij. facit Luc. de Penna in l. j. C. de ma. in ma. lib. xj. Henr. Boich. in. c. clerici. in fin. iij. col. de vita & honest. cler. in j. dist. Hippol. not. cij. varietas. & Malleus maleficarū, in loco allegato pro contrario, etiam plurimas authoritates adducit in fauorem mulierū. Et Philelphus decade. ij. saty. x. incip. qui finem. inuehit contra nolentem ducere vxorem. meritò postea illi congratulatur, quādo eam duxit. decade. iij. saty. v. incip. duxisti. & decade viij. saty. ix. incip. Antonij. vbi pulchrè & moraliter docet qualis vxor esse debeat, & qualiter tractanda, & gubernanda: & decade vj. saty. iij. incip. annua. & decade. ix. saty. viij. incip. dicat. desit apprimè vxorē defunctam, prout & Pontanus in libello de Prudentia, in tit. de vita perfectā. cit. med. fuit Pontanus dignissimus scriptor inter humanistas modernos, & in suis lepidis Pastoralibus in Meliseo: licet lugere defunctos procedat ex pusillanimitate, nec debeant lugeri, secundū Bauer. in. §. item furiosi. col. fin. instit. qui testa. fa. pos. vbi moraliter loquitur pro mulieribus. latè Petrus Paulus Phātinus de tradocio de transtulo dominarū, vbi punctualiter respondet ad sonaleum mulierū. ¶ Nec meretur solutionem illa facultas, quòd demones remanserint in corporibus mulierum. Nec illæ septem mulierū proprietates artium per septennia: quoniā sunt verba vulgi sine ratione loquētis. Barb. in c. cum non ab homine. col. xx. de iudic. ver. vnum tamen est. frater Isidorus de regim. princip. lib. iij. cap. vj. & emittentis verba. vt caprefurē pater noster. Lācel. in. l. j. col. antep. C. de pact. facit l. si dictum. in princ. ff. de euis. ideo deridendum est, quòd ratione non fundatur. Bald. in proœmio feudorū col. j. c. ratio nulla. de præben. & quod ratione caret extirpandū est. c. corepi scoi. lxxv. dist. in. vnde succedit illud Lauræ apud Petrarcham in triumpho Mortis. c. ij. Rispose mentre al vulgò drieto vai

Desit vxor rem.

103

Vulgus.

ideo

ideo vanæ voces populi non sunt attendendæ. l. decurionū. C. de pœn. pulchrè Lucas de Penna in l. j. col. vij. C. de impon. luc. descrip. lib. x. Et non attenditur fama quæ à talibus prouenit personis. Alex. in. l. de minore. §. plurimū quoq., vbi Hippol. col. xix. ff. de quaestio. facit Naui Stultifera chart. l. j. de non citando detractioes hominum. Biblia Aurea c. cvij. de populi mobilitate. facit Seneca epistola. xciiij. circa fin. & xxix. de Marcelino facit Seneca epist. xciiij. circa fin. Et dicit Polycraticus lib. vij. c. xx. in fin. quòd qui multitudinis imperitæ consiliū vel populare iudicium sequitur, fructus boni nec iocunditatē nec memoriā habet. facit Barb. in proœmio Clement. §. quoniam nulla. ij. not. Bal. in rubr. C. si quis aliquem testa. prohib. in consil. schismatis col. iij. vnde Philel. deca. iij. saty. j. incip. iure quidē. dicit, Heu vulgi insanas mentes sensusq; rebelles & satyra. x. in quens ignaui murmura vulgi. ¶ Nec meretur, dum dicit quod sunt sanctæ in ecclesia: quia nemo negat quin sint magis deuotæ & magis misericordes, quàm viri: vt dixi respōdendo ad sextum, scilicet ad facultatē. col. j. post Rosarium Bussi. parte. ij. ferm. xv. l. itera l. Nec dum dicit eas Angelos in accessu: quia pro veritate earum pulchritudo & venustas hanc comparationē meretur, quo ad quid præsertim propter earum verecundiā. c. honorantur. xxxij. q. ij. in fin. facit Seneca epist. xj. incip. locutus. ¶ Demones in domo: quia clamant aliquādo: ideo serui allegant Catonem, Sepe etenim mulier quem coniux diligit, odit. Sed nō sic est: sed quia muliebre officium est habere curam domus, & cōseruare diuitias. vt. §. in x. ratione. pro ista parte oportet quòd ipsæ videant, corrigant, & clament. Franciscus Barbarus de re vxoria lib. ij. cap. vij. de cura domestica. vt suprā dixi, Clama, ne cesses. & illud Apostoli, obsecra, increpa. & Psalm. Irascimini, & nolite peccare. Humbertus in Sacrilegio char. viij. in ver. corrigi & puniri. Viri autem vt plurimum extra domum negotiātur, & veniunt ad mensam paratam. Ideo non habent causam tantum clamandi sicut mulier: quoniā omne peccatum seruorum & ancillarum maritus ascribit vxori, quæ singula sigillatim conspiciere & corrigere habet. ¶ Dum dicitur quòd sunt Bubones in fenestra, obloquuntur: nam & si mulieres quas natura pudor non omnibus perperam se se manifestare concedit. l. optimam. circa med. C. de contrah. & commit. stipul. & non debet esse fenestraria. Benedictus de Plumb. in l. j. col. pen. C. de comœatu. lib. xij. l. deo

104
Sanctæ.

Angeli.

Demones.

Bubones.

not

non licet vagari, quia viri dicerēt illad prouerbiū, Dona piazola non fa bona proua cap. ij. de iudic. lib. vj. Afflictus constitutione, mulieres. & omnis ostentatio non caret suspicione, vt inquit Symmachus philosophus. facit prouerb. cap. vij. frater Antoninus de Florentia in proem. tractatus de matrimonio col. penult. versic. iij. debet esse rara. aliquādo se ponant ad fenestram, ne sint omnino carceratae, & fortē videntes aliquem magnam dominū transeuntem, se retrahunt in domum. non est vitium, stante verecūdia muliebri conueniente, vt. s. ¶ Picas in porta eas esse oportet: quoniam in omnibus etiam minimis, & cum mulieribus rusticanis mercantur ista necessaria ad vitium: vbi pro vno omo mille verba facere oportet: sed hoc est gratia laboris viris alleuādi. Non excuso ea ratione quam assignant Galli in suis responsis iocosis, scilicet quod mulier sit loquacior, quod est maximū vitium. Gellius lib. j. c. xv. quod sunt leues, quia habent duo ora, & plures linguas: viri autem prudentiores, quia habent duo capita. vel vt Cichus Asculanus lib. v. cap. xj. quod est quia mulier fuit de costa Adæ. Ideo plures costæ vel ossa semper faciunt strepitū. de quo Fely. in. c. dilecta. ad fin. de ma. & obe. facit Aegid. de regim. princip. lib. ij. parte. ij. c. xxj. & est fatuum dictum quod non possint misse in seruire, quia nunquam perficeretur Kiryeleyson. quia semper velint esse vltimæ ad loquendū. & Biblia Aurea cap. lxxix. de loquacitate mulierū & Albert. de vita huma. lib. ij. col. viij. quod garrulitas muliebris id solū celare nouit quod nescit. & ibi. & in c. seq. de laude mulierum. plura pro eis dicit. laudo tamen quod obseruent Francif. Barbarū de re vxoria. lib. ij. c. iij. de mulierū sermone. ego plures viros vidi loquaces, quam mulieres: licet oporteat eas clamare aduertendo ad has minores impensas, ne sepius factæ substantiam consumant. v. Polit. Phantinus de tradocio in transtulo dominarum. col. x. versic. se tu chiami. nam licet istæ modicæ impensæ sint quasi spernendæ gl. in. l. si quis à liberis. §. si mater. ff. de liber. agnos. quæ loquitur de castaneis & la. te. Ang. in l. fin. §. in computatione. col. j. C. de iure delib. vbi de impensa carniū oleris & porrinæ, vt de eis credatur libro ruf. ruf. cum iuramento las. in repet. l. admonendi. ff. de iure iur. col. xlvij. dum loquitur de libro rationum: tamen ex quo quotidie fiunt, plura modica facit. l. i. secūda. secundum August. Ioan. de Vilemati in repet. l. diuus. col. pen. ff. de sic. num. clxij. facit Fely. in. cap. qualiter, & quando. el. ij. col. iij.

Fica-

col. iij. de accusat. vbi Aret. in col. xj. Barb. in. c. ex parte col. x. de cōsuetudine. Et qui spernit modica. paulatim decedit. Ecclesia siat. cap. xix. & paulatim lupus comedit ouem. dixi inter feuda lia Bruni. consil. xij. col. xij. Ergo eas loquaces esse oportet, prout & sunt viri vbi non expedit. Codrus sermone. xj. magna chart. j. ¶ Capræ non sunt in hortis, Imò hortorum optimæ cultrices. Et si non habent in domo, faciunt in capsâ vel sigulo, quem ponunt ad fenestras, licet hoc non liceat, ob periculum ne cadant & noceant itinerantibus Ang. in §. item is. instit. de oblig. quæ ex quasi delic. & plus damnificabit vnus vir hortum, quam tres mulieres, menstruatæ excipio: quoniam menstruum super herbam stillans eam occidit. secundū Solinum de Mirabilibus Mundi. chart. iij. c. iij. Ioan. And. ad Spec. in tit. qui fil. sint legitimi. §. j. in prin. col. iij. Platina cōtra amores. chart. fin. Et tamen Seneca in lib. de beneficijs chart. penult. ver. excusare dicit quendam staurum illud bibere. & dum menstrua habent, non patiuntur mulieres podagrā Codrus serm. vj. chart. iij. sed est defectus naturæ non mulierum: vnde propterea ne claudari nec vituperari debent. vt supra dixi, respondendo ad quintum fundamentū partis cōtrariæ. ¶ Ad illud rosmendosum & fatuum obiectum, quod sunt fœtor in lecto, secundum Aphrodiseū parte ij. problem. xxv. Plautina in Mustellaria, responderet vltra Phantinum de tradocio in transtulo dominarum, col. xx. versic. tu dic. & seq. quod de hoc non habent querere mariti: quia mulieres secum dormire non coguntur. Portius in §. fin. instit. de donationib. Sed viri bene fœrēt, quia immuadi sunt: & eis conuenit labor, & munditiæ conueniūt mulieribus. vt Marius, quem refert Sallustius in Iugurthino. Petrarca epist. xxxvj. fides, ob quem laborem homines habent appetitū magis acutum, & quasi caninum. ideo non comedunt. Imò deorant cibos. Et sic cum prima digestio non fiat congruē in ore, generatur inde oris & anhelitus fœtor. l. quæ clauum. §. is cui ff. de edil. edic. facit Philelphus lib. v. epist. j. quam scribit Catoni sacco. & nescio vnde isti talia commentati sunt in mulieres, quarum nullam ego vnquam cognoui nisi amœnam, & suauem odorem. ¶ Sunt enim mundæ & propterea iura & communis vitus loquendi appellant mundæ muliebrem, ea quæ deputata sunt ad munditiam: quoniam illa propria est mulierum. l. muliebris. j. &

Mundus

chesia ben vestita. chart. iij. dicens, spes in muneribus tanta est ac tanta potestas &c. Platina de falso & vero bono lib. ij. char. pen. & lib. iij. char. iij. pecuniae enim conferunt honorem, rusticitatemque, & alios defectus cooperiunt. Sunt vita, secundus sanguis, & viscera hominis, valentes ad redemptionem animae, & sine eis virtus nihil valet vt statim omnia probabo. Quod autem conferunt honorem, patet: quia caduca res est mundanis honor, nisi diuitijs sustentetur. Aeneas Syluius epist. lxxj. viros bonos. Et diminutis diuitijs diminuitur honor Ang. in §. hæc quoque instituit. per quas person. nob. acquir. hinc Afflic. in constitut. vt vniuersis. iij. gloss. dicit quod baro non potest dici baro, nisi sit potens ad tenendum equos & arma. & dicit Ripa in tract. de peste. chart. xlij. num. clvij. quod licet nobilis habeat centum scuta in bursa. de quibus viuere potest: dicitur tamen pauper, quia non potest statum & dignitatem suam seruare. Et inde fit quod nobilitas indigens cuncta licere putat. facit Hyppol. in d. §. præterea. col. vj. de quaest. dicens, quod disputare de nobilitate sine diuitijs, est disputare de nobilitate stercoreum. Et tunc dicitur mortua. Bon. in tract. de nobilitate. iij. parte. col. fin. nam qui habet diuitias, satis est nobilis. Felyn. in cap. super eo. col. ij. & col. iij. de testi. vbi plura. Nam dat census honores, Censuræ amicitias, pauper vbiq; iacet. Latè Rosarium Bussi ij. parte. ferm. xxx. litera f. Albertanus de consilijs dandis. lib. ij. in rub. de paupertate. & duabus seq. Aegidius de regim. princ. lib. j. parte iij. cap. v. & seq. pauperes parum honorantur, & parum timentur. Bald. in c. cum contingat. col. pen. de iureiur. & prærogatiua domus conseruatur per diuitias, ob quod viri nobiles inueniunt vxores nobiliores, per quas eorum generis nobilitas crescit. secundum Guil. de Monferrat. in tract. de successione regum. char. v. num. xxiiij. Alexan. lib. vj. consil. xxxvj. viso themate. num. vij. & consil. cxxxiiij. æterni. numero ij. nec aliquid boni potest haberi sine auro. Salernita. char. iij. latè. & chart. vij. facit procœmium Oeconomicae Aristot. incip. pretiosa. Stephan. Malereri in tract. de elect. charta lxx. & seq. & Barbat. lib. j. consil. xliij. præclare scribitur. col. xvij. dicit quod per diuitias decus & honor in familijs conseruatur: & quod familiæ sordescunt propter paupertatē: & qui perdit rem, perdit consiliū. pro quo Platina de nobilitate. char. iij. & vj. hinc dicebat Gof. Montafia auus meus maternus, Orgoglio senza hauere, he mala via de tenere. Cui iunge interpretationem

tionem Seruij in princ. iij. Aeneid. dum dicit, superbū Illium, id est nobile. facit Luc. de Pēna in l. militaribus. col. j. C. de decur. lib. x. Et dicit Tac. in sua inuestitura. quiquidem inuestiti. col. xxj. v. erf. circa alium casum. quod nil magnanimum potest fieri sine pecunia. facit Lisoperita. art. ij. iij. distinct. circa si est char. xxij. & equus male pasturatus. malè ambulat. Io. de Plarea in l. animalia. C. de cur. pub. lib. xij. hinc Iuuenalis: Non facile emergunt quorū virtutibus obstat Res angusta domi. Rosarium Bussi vbi s. & litera seq. & Erasmi. ij. parte. prouerb. diij. aquam bibens nil boni parias. & Ianus in epist. Anton. Præto. ante suum tractatum de secūd. nup. refert Boërium dicere, paupertatem liberalibus disciplinis nouerā. quia Virtus sine pecunia nihil valet. vt Philelphus deca. j. satyra x. incip. Eloquiū. pro quo Ouid. de Arte: Ipse licet venias Musis comitatus Homere, Si nihil attuleris, ibis Homere foras. faciunt dicta Iuuen. Non habet infelix paupertas durius in se, Quam quod ridiculos homines facit, referunt Doct. tenentes statutum excludens fœminas à successione, esse fauorabile propter conseruandas diuitias in agnatione. de quo Brunus in illo tract. j. q. tertij articuli principalis. aliquid dixi in nono fundamen. partis contrariæ. circa fin. Et sic patet, quod pecunia cōseruat honore, quod autem sit vita hominis, patet: quia deseruit omni humanæ necessitati. Barb. lib. ij. consil. xij. clemensissimi. col. j. & consil. vij. præclare col. vij. & consil. liij. præclare col. iij. Erasmi. ij. parte. prouerb. cxcij. anima & vita, & est fideiusor futurę necessitatis. Perr. Girard. not. lxxij. pauperes. Socin. in l. j. col. ix. ff. sol. mat. vbi col. seq. dicit, quod melius est rempub. regi per diuites. quam pauperes. & Philosophus dicit j. Politicorū, Quod sine necessarijs est impossibile viuere: sunt enim diuitiæ vita hominis. Fabianus in tract. de emp. & vend. v. q. col. v. & secundus sanguis. Ias. in l. vt vim. col. v. ff. de iustit. & iur. Lancel. in l. talis scriptura. col. v. ff. de leg. j. & sunt viscera nostra: vt Penelope Ouidiana: Viscera nostra tuæ dilacerantur opes. & bona temporalia sunt vita hominis. Felyn. in c. cum oporteat. col. v. de accus. & qui ea aufert, dicitur auferre vitam Luc. de Pēna in l. j. C. pub. lxx. lib. xij. q. xxj. Bertach. in tract. de Episcopo. lib. iij. vij. partis. est char. lxx. col. iij. Bon. in tract. de nobilitate vij. parte. num. iij. hinc dicimus, Paria sunt perdere dominiū, & perdere vitam. Ias. in l. Titio. num. xij. ff. de verb. obl. Papa Pius epist. xxx. ad ducem Mutinæ. char. ij. Erasmus prima parte

Proverb. dcccxiij. Vbi non sis qui fueris, cur est quod velis vite
re? & Politianus j. centuria. c. lxxxviiij. fuimus Troës. Etenim
assuetus regno, voluptatibus regni carere non potest. Papa
Pius epist. xlix. char. vj. duci Mediolani. Non enim ita de facili
moriuntur diuites: quia habêt vnde suas aegritudines curent,
& delicta redimât. vt dixi in materia partialitatis, quòd lex est
tela aranee. Imò & quòd sint anima, patet: quia liberant à pur-
gatorio animas suas & defunctorum cum oblationibus quas
faciunt pro indulgentijs. vt Felyn. in suo serm. de indulgentia,
incip. hodie mecum. Dictionarium Alberici in verb. remissio.
vbi Castellioneus in additionibus. dicens, quòd ordinarius ve-
rè confesso & contrito, non solum potest remittere poenam
aeternam, sed & temporalem. Inferna in tit. quæ sint regalia. in
verb. vectigalia. col. iiii. vide fratrem Iacob. de Marcephalu in
tract. de animabus incolentibus purgatorium. fratrem Iudo-
rum de Isolans, in tract. de ecclesia militante. char. xviiij. Et in
tractatibus responsiuus contra Lutherum, per Henricum re-
gem Angliæ: per Cardinalem Caietanum, per fratrem Silue-
strum de Prierio, per fratrem Thomam Illyricum, & plerosq;
alios. nam sicut aqua extinguit ignem: ita elemosyna extin-
guir peccatum. Ecclesiast. iij. in fin. Henr. Boich. in c. inter ope-
ra. de sponsal. col. j. Guillelmus Rouille in tract. de descriptio-
ne iustitiæ. lib. ij. cap. xij. vbi plura pro diuitijs: licet elemosy-
na data discolis faciat eos peiores. Maleretus, vbi supra. chart.
lxx. & placatur donis Iupiter ipse datis. Ouid. de Arte. Alber-
ranus. lib. j. de amore Dei. in rubr. de charitate. inò plerunq;
facient se absolui ante peccatum. irridet Felyn. in cap. quoniã.
col. xv. de constitut. meritò ergo Aristot. quem refert Afflictus
constitutione, si quis in posterum. col. xj. Erasmi. iij. parte Pro-
114 uerb. xciiij. primum & c. dicunt quòd ad veram felicitatē oportet
concurrere sanitatem corporis rerum mundanarum, co-
piam & speculationem intellectus: ideo pro anima oportet
habere diuitias. quòd autem sine diuitijs virtus nihil valeat,
vltra Philelphum, quem statim retuli, probatur: nam faciunt
quæ latè ponit Cardin. in cap. exemplum. xij. quæst. j. vbi tenet
quòd ecclesiastici possunt habere bona temporalia, & quòd
Christus habebat oculos. & determinauit hoc Ioan. xxij. in
Extrauagan. incip. cum inter nonnullos. sub rub. de verb. sig.
Humbertus in sacrilegio. charta vj. in §. calicem. sunt tamen
vrgentes auctoritates Euangelij, qui diuitias nō curant acqui-
rere

rere, dicuntur sibi ipsi insidiari. l. j. §. confertur. ff. de coll. bon.
& sic præsumitur quis in futurum acquirere & ditari. l. cura. §.
deficientium. ff. de muner. & honor. facit Aegid. de reg. princ.
lib. ij. parte iij. cap. xj. & xij. maximè quando habet filios qui-
bus debet thesaurizare, secundum Apostolum, quem supra re-
tuli, respondendo ad onera matrimonij: quia etiam summi sa-
cerdotes & antiqui philosophi non cœperunt philosophari,
nisi acquisitis vitæ necessarijs. j. Metaphisicæ. † Et licet melius sit
sit philosophari, quàm ditari: tamen indigentibus melius est
ditari, quàm philosophari. iij. Topicorū. x. Ethicorum. hinc
dicebat & Rex Alexand. quem refert Plutarchus in eius vita.
chart. antepenult. & Guillelmus Rouille vbi supra lib. ij. c. xv.
de sapiente sine operibus. circa fin. odi sapientem qui sibi sapit
nihil facit. Cicero post medium tertij Officiorum. Marfilus
Ticinus epistolarū lib. iij. chart. lxxx. Polydorus Proverb. cvj.
qui allegat ad hoc Ennium Bertach. in tract. de episcopo. char.
antepen. col. fin. non tamen debet quis propterea vti nimio ser-
mone de pecunia: quia de talibus malè præsumitur. xvj. q. j. c. si
capis. nec pro diuitijs vti nimia sollicitudine vel cura. propter
illud Matth. vj. & Luc. xij. Hostien. in summa de pœnit. §. quæ
impediant. col. ij. dum illi qui credit quiescere & epulari, re-
spondet Saluator: Hac nocte animam tuam reperam. & sic eue-
niet vt somnianti se inuenisse thesaurū, de quo tantum læta-
batur, & expergefactus nihil inuenit: etenim omnia vanitas.
Ecclesiast. j. c. facit Barb. in cap. verum. num. vij. de foro com-
pet. quæ dixi supra respondendo ad continentiam mulierum.
vers. viij. probatur. circa mediū. Albertanus de amore aliarum
retū. & rub. seq. facit j. Oeconomi. c. vj. vbi Gilbertus. licet tem-
pore mortis soleant apari esse multū liberales. Io. Fabr. in §. pæ-
culiū. instit. de leg. postquam secū diuitias ferre nequeūt. & di-
cit Alex. in l. pactū quod dotali. circa fi. C. de pact. q. nostra in-
terest habere diuites vxores. & hodie volentes nubere ante o-
mnia volūt scire quantitatē dotis pro vestibus & iocalibus emē-
dis: nec volunt carnē sine sapore. Barb. lib. iij. cōsū. lxxxj. præ-
clare ad fin. Hinc dicimus quòd mulier diues potest capi etiam
si staret in prostibulo, vt faciebāt Siccæ, vbi quæstu corporis do-
tem lucrabantur: vt refert Valerius maximus de institutis Au-
tiquis. c. j. circa fin. Respondit Marcus Antonius maritus Fau-
stinæ sibi suadenti diuortij: vt in cōmento Petrarchæ in triunt
pho Amoris. cap. j. & dicit Imol. in clem. j. col. ij. de baptismo.

quod propter affluentiam pecuniarum reges & principes trahunt filias suas filijs rusticorum. Et ideo mulier indotata solet contemni à viro. Ias. in authen. res. quæ col. v. C. cõmu. de leg. ver. f. iij. quæritur Paul. de Cast. ij. lib. cõsil. cccclvj. ad primum, subijciens quod propterea interest mulieris esse dotatam. Socin. in l. j. col. xix. ver. reperio. ff. col. mat. vbi dicit quod est verecundia ducere vxorem indotatam, imò extrema dementia, & miseria. secundum Ioan. Pyrrhum in l. secundum naturam. ff. de re. iur. vide Philosophum parte xvij. problem. iij. Nam porta tecum, si vis viuere mecum. gl. & Doct. in c. quoniam simoniae. de simon. Et Apostoli dicebant: Nos qui reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? & Abraham non immolasset, nisi fuisset certus. Hadrianus Papa noster in Quodlibetis, chart. xvij. in fi. col. ij. & vidimus plures viros ex opulentia mulierum ditatos. faciunt quæ supra dixi in prima ampliãtione. & dicit Hierony. quæ refert frater Iac. in Sophologio Sapient. lib. x. c. xj. quomodo coniugia sint contrahenda. col. fi. quod non putet aliquis si pauperem duxerit sibi de concordia satis prouidisse. & ibi adducit exemplũ Catonis & Philippi Macedonis. Et ista dicta cum suprãdictis in responsione ad fundamentum contrarium de oneribus matrimonij, cõcorda per illud Prouer. xxx. Paupertatem neque diuitias dederis mihi Domine: sed tantũ vni necessaria. Euseb. de Euangelica præparatione. lib. xij. c. xxij. Rosarium Busti ij. vol. sermo xxx. Petrarca epist. lxxxix. vna mihi. ante medium. quia ¶ saltem negari non potest quin diuitie restringant nobis portam paradisi. vt per discursum euangelij. imò dicit Iuuen. Asperius nihil est humili, cum surgit in altũ. refert Gãmarus de extresione. chart. v. col. ij. Rosarium Busti lib. ij. serm. xxx. est sub litera c. Ioã. de Platea in l. j. C. de murilegulis. lib. xj. Aegidius de regim. princip. lib. iij. parte j. c. xvij. Mancinellus in sermonibus. lib. iij. tit. xx. ¶ Non obstat septimo de pulchra quia imò talis ducenda est: tum propter cõsolationem viri quam capit ex eius inspectiõne. Cicero in j. Offic. dum loquitur de temperãtia. in c. de decoro. tum propter pulchram sobolem. Pulchritudo enim mulierũ multũ profuit aliquibus viris: vt patet in Abraham, vt Gen. c. xij. & pulchras etiã vidimus castissimas. Pulchritudo enim trahit personas ad indulgendum maxime quando virtus cõcomitur. vnde: Grator est pulchro veniẽs in corpore virtus. Cepol. in tract. de imper. mili. delig. charta. xj. con

xj. con. vt dixi inter feudalia Bruni conf. xij. col. iij. & forma est Dei munus. in iij. de Arte. & pulchræ filie facilius inueniunt maritos. Paris de Syndicatu. in verb. cõpositio. est chart. xxxj. consil. j. Et nihil sub Solẽ pulchrius pulchra nympha. secundum Cyn. in l. sancimus. col. j. C. de Iudæ. vbi deridet Lothariũ gl'of farorem philocaptum: prout & Bart. ibi, qui dicebat nõ posse citare illam pulchram dominam per literas, quia ipse volebat eam ire visum. refert Nicol. Boerij in repet. l. cõsentaneum. C. quomodo & quando iud. char. ix. & licet sententia imperatoris displiceret Paul. iuris conl. tamen illa puella sibi placebat. Alber. in l. Aemilius. col. j. ff. de minor. Et dicit Erasim. in Moria. char. vij. quod forma mulieris etiã in tyrannos tyrãnidẽ exercere potest, & Venus Martem domat. Marsilius in epistolis. char. lxxvij. epist. superioribus. & char. cv. epistola, postquam latẽ probatur Esdræ iij. c. iij. Aegid. de regim. princ. lib. ij. par. j. c. xij. & xij. & seq. & fecit quod Cerdus renuntiam ~~reputat~~ ^{regno} Io. And. in c. j. de renun. lib. vj. & vicit robur Samsonis & Herculis prudentiam Salomonis & Aristotelis, exercitium Holofernis & Hãnibalis. frater Iacob. in Sophologio sapientiæ. lib. ix. c. x. de castitate principum. Curtius consil. lxxvj. sapientis. in fi. iij. col. Et quid inde si artibus volunt suam pulchritudinem conseruare postquam velati defectus quandoque producent effectus Bald. in repe. l. Aemilius. ff. de minor. col. v. facit Celestina circa fin. vj. actus, & quod dicunt Doct. in l. Gallus de illa quæ peperit Aetiopem, vt quæ sibi deplumat inferiorẽ barbã vt videatur impubes. Hostien. in summa de desponsa. impub. §. & qualiter. col. ij. si dixeris quod pulchritudo cõpellat naturam coire vltra posse, respõdeo vt in contrario quod nullum crimen vini est, sed culpa bibentis. Item vxor est sicut panis qui cum quotidiano sit, nunquam nocet. Et hæc tenet Frãciscus Barbarus de re vxoria. lib. v. de forma mulieris ducendã. Plus enim nocet quando quis habet plures amicas. nam sicut pluralitas ciborum prouocat ad nimiam repletiõnem: sic pluralitas mulierum prouocat ad nimiam concupiscentiam. Aegidius de regim. princ. lib. ij. par. j. c. ix. ¶ Nõ obstat octauo ¹¹⁸ ampliatio de dota. aliã doctã prout plures honestas & bonas enumerat Barb. in c. decernimus. col. iij. de iudic. quoniã imò videmus doctrinã & prudentiam mulierum valde prodesse viris, & eis alleuiasse labores, tam in scribendo & tenendo rationem curæ familiaris, quã fidelius & magis secretẽ. Mat-

tunt. quod modernus Turc. longe est potētiior antecessoribus suis: qui licet debiliores, tantam iacturā attulerunt tamen reipub. Christianæ, quanto plura faciet iste qui nouiter Soldanū superauit? & qui secundum fratrem Ang. Anachoritam vallis vmbrosæ, in sua epistola ad Florentinos de anno. M. ccccxcvj. tunc ordinariè extra patriā poterat manuteneere equites quinquaginta millia & sic quantū augmentum accesserit nunc red ditibus Turc. qui tunc secundū eum erant de octo millionibus septem centum & octoginta millibus ducatis singulo anno, vltra alios infideles qui tot sunt quod extra patriā possunt ordinariè inteteneere equites nouemcentum millia qui tamen, secundum eum, rex Francorū nisi quinquaginta millia licet dicitur quod habet quinq; milliones scutorū in annuo redditu, si verum dicat frater Angel. & infra scripti, tu videris, quia ego sum merus relator. Item serenissimus imperator Ratione officij aureorum millia ducentū: vt Cardi. Pap. char. ccix. epist. incip. cum in Germania. Italiae autem redditus secundum Iacob. Sign. in lib. Gallico, de decem itineribus per quæ exercitus Gallicus potest ingredi Italiam, composito de anno. M. dv. sunt in summa quatuor millioni ducentum & triginta quinq; millia isto modo: videlicet Papa ex terris ecclesie ducentum & quadraginta millia: camera apostolica centum & viginti millia: regnum Siciliae septem centum millia: Veneti intra Italiam octo centum millia. extra Italiā ex Sclauonia, Candia, Morea & cursu: Modoni quatuor centum millia: ducatus Mediolani sex centum millia. Florentini ter centū millia. Senenses octoginta millia: Bononienses sexaginta millia: Genueses centum millia. Lucenses triginta millia: dux Ferrariae centum & viginti millia: Marchio Mantuae sexaginta millia: Marchio Montisferrati quadraginta millia. Comitatus Asten. quinq; millia: Marchio Saluciarū decem millia: Pedemontiu septuaginta millia: Barones regni Vrini, Collonenses, Camerini, Sinegalie, Pisauri, Forlii, Imolæ, Faentia, Capi, Corregie, Mirandole, & alij plures in simul quinq; centum millia. & sic hi redditus comparari non possunt redditibus Turcæ. T Adde quod eius exercitus cum longe minori impensa transducitur: quia vinum non bibunt, & dormiunt induti super tabulas. sed omnes nostri milites volunt mulum mutant habitū quo ad formam: at nostri milites singulo anno diuitias, & vestes variant, modò

modò longas, modò breues &c. Nam quilibet sagittarius in habitu vult videri milles: milles capitaneus, & quilibet capitaneus vult videri princeps. latè Archiepiscopus Florentinus in iij. parte summæ, titulo iij. §. viij. allegandos. S. Bernardum, Claud. in Monarchia Franciæ. parte ij. cap. xxj. & xxiiij. Enchiridion militare chart. lxxv. & postea tales vestes inimicos reddunt audientiores propter predam vt dicit Hannibal quem refert Gell. lib. v. c. v. in libris. Item tēpus quòd famuli in armando patronum exponere deberent, cōsumunt in componendo mallam & sarcinulas quam dimisso patrono in militia, ipsi custodiunt retro baghagia, quæ quandoq; propter rumorem vertuntur in fugam, quæ postea fugam præstat toti exercitui, vt sæpe visum est. Claud. in Monarchia Franciæ. parte iij. c. x. facit illud: Nec rudis infestis miles radiabat in armis, Miscebant vsta prelia nuda sude. refert Baptist. Pius in annotatis posteriorib. c. xxv. in fi. Et tamen Romani subegerunt totum orbem. secundū August. in. x. parte operum suorum, in tra. c. de Antichristo. vbi col. pen. dicit, quòd licet nunc plures deficiat à Romano imperio. tamen antequā Antichristus veniat, Galli adhuc omnia reducent sub imperio Romano. ita etiam refert Mirabilis liber prophetiarū char. vij. At nunc quia ad pompas militum stipendia non sufficiant, concutiunt & extorquent à rusticis, quos (vt materialiter loquar) vitam cum iecore cacare compellunt. sunt verba Catonis Sachi in oratione habita in doctoraru vnus equitis. nouerūt enim ad hoc infinitas artes: vt Io. Gerson. cancellarius Parisiensis in. iij. parte. serm. incip. viuat rex, ad regem Franciæ nomine Vniuersitatis Parisiensis col. xxvij. sub quarta consideratione. ordinauit enim Ludovicus rex xij. leges quasdam militibus de anno M. dxij. die xij. Maij huiusmodi continentia. quam statim refero. Ex quartū forma qui sub parua paga militant, habent victualia pro tribus quæ valent quatuor, & reliquum supportat cōmunitas. nescio quo iure hoc nouum vestigal milites ad subtili ingenio auferendum aurum à rusticis vrūtur hac fraude quæ eis toleratur. conueniunt mensores quos forreros appellamus vt Enchirid. chart. j. per l. j. C. de metaris. lib. xij. à quibus petunt hospitium pro centum equitibus licet habeant solum octoginta: de reliquo, capitanei regem fraudant & vendunt exemptionem seu complacentiam cōmunitatibus quas nec in plus possent onerare. At miles cum primū venit ad hospitium, ducit meretricē,

canes.

canes, famulos, & decem equos, quis hinc vel inde cōmodo accepit vt terreat hospitem, cum quo componit ad tantum pro mense, & postea ibit hospitatum in aliam villam sibi etiam per forreriū datam, vbi solus cum vnico equo cōmorabitur prout nec plus tenere cogitur, & ea via extorquebit triplicatū stipendium. capitanei quidam prohibent verbo, sed non factō, quoniam & ipsi talibus militibus de eorum stipendio Falcidiā detrahunt, & non aduertunt quòd tenentur in conscientia, & dicit Ang. in. l. ij. §. si quis non homines. ff. vi bo. rapt. quòd rex Hungarie tempore mortis de hoc fecit sibi magnam conscientiam. facit Fregos. lib. j. c. an liceat. in Valeriana de disciplina mili. vbi facit vnū capitulū de Aureliano imperatore, in quo transcribit epistolam illius imperatoris incip. si tribunus esse vis, fac militum manus ab alieno contineas. & ibi narrat qualiter debeant viuere milites. facit Claud. in Monarchia Franciæ. parte. j. c. ij. circa medium. & parte. iij. c. xj. vbi acriter inuehit contra capitaneos qui hæc sufferunt, vt intertineant beniuolentiam militū, dicens quòd imò reddunt eos cōtumaces & inobediētes, quo nihil perniciosius in militia: vt pater ex vulgato iudicio Cicer. cui cum explorator retulisset exercitum Pompei numerosiorē, sed Cæsaris obedientiorem. Cicero statim victoriam Cæsari iudicauit, & prout securum est. non immeritò ergo lex inobediētes milites capite punit, etiam quòd res bene succedat. l. desertorem. §. in bello. ff. de re milit. vbi gl. not. magnam vim obediētiæ. & refert Cremenſis sing. cl. mandatum, quòd domini Veneti propterea decapitarunt vnum eorum capitanei, quia cōtra eorum mandatū pugnauit, & vicit. Idem fecit Tit. Manlius Torquatus, secundū Valer. lib. ij. de disciplina milit. & lib. ix. c. iij. de ira, odio. Gel. lib. vij. & Marcellum Virgiliū in oratione de laudibus militiæ incip. quæ solent. col. xij. idem dicit Valerius vbi. §. & Gellius lib. j. c. an liceat. & Epaminundas contra Stenfibrotum eius filium. & refert Fregosius in Valeriana, eodem tit. & inter cætera in cap. de Septimo Seuero imperatore, dicit nullum in exercitu perniciosius malum. quàm nimia licentia, & reuerentiæ neglectus. Est verum quòd Cremenſis, vbi. §. limitat illū. §. in bello, quando superuenisset noua causa quæ principē latebat. tu vide cau telam cum qua Epaminundas poenam illius §. euasit, in eius vita apud Plutar. char. pen. facit quod dicit Ang. in. l. j. §. bestias. ff. de postul. vbi dicit ¶ quòd omnis actus qui fit ad publicā vtilitatem,

litatem, licet sic aliàs reprobatus: tamen commendabilis est, & vide Pontanũ de obedientia. circa med. lib. iiii. in rubr. an sem per formulis parendum sit: distant enim regiar. ordinationes quod milites quando incedunt per patriam, insimul pergant, sequentes vexillum seu insigne: non hospitentur in hospitij publicis itinerantium, sed in locis per commissarios sibi deputandis: vagantes vltra omnimodã solutionem expen. puniantur. Et dux seu capitaneus non puniens teneatur in propriam commissarij seu forrerij ab aliqua cõmunitate nihil exigant. vel capiant, ne milites hospitetur sub graui pœna, & ne trahatur cum eis. In distributione hospitiorũ interueniant patrio-
 241 ræ, vt æqualitas seruetur: contra faciens, per quẽlibet iudicem guerrarum, scilicet illum qui præuenerit, puniatur. ¶ Quando autem milites itinerare continger. absq; eo quod societas sub vexillo moueatur: hospitentur & soluant more priuatorum. Capitanei autem dum vadũt metropolim visitatum superiorem, depurati cõmunitatum pro tempore hospitij exhibeant eidem cum utensilibus pro sex seu octo equis: victualia nequaquam: cum erunt in loco vbi erit superior soluant pro hospitio, camera, & stalla secundũ taxam & morem Curie Regiar. & nemo sit exemptus. Milites & duces dum recedunt ab hospitio exportent omnia sua, ne sit causa dimittendi serui pro custodia, & rixandi cum hospite de rerũ subtractione. Et ne credant hospitium esse sibi patrimonij quotiens capitanei vel milites redeunt denuò à forrerio & deputatis: à cõmunitate hospitium petant: designata guarnitione, illi de cõmunitate assistant forrerio in deputando hospitia militibus, & datum semel mutari nequeat: duobusq; sagittarijs siue archierijs sufficiat vnicum hospitium. Et hospitij assignabunt ad partem cum supellestili: vt infra. videlicet militi siue lanceæ locum vnum honestum pro comedendo, vnam camerã cum vno lecto pro eo, & vno mataratio pro seruitore: mutantur linteamina in ætate quater in mense: in hyeme bis in mense: toualiã seu mapam vnam: seruietas duas mutent bis in hebdomada, restitutis domino anterioribus immundis vel valore. Item vegetem vnam seu botallum à vino, calderonos duos, boceale seu lagenam vnam, platos duos, scutellas duas, vnum veru, vnam situlam, stabulum vnum pro equis: idem fiat pro duobus sagittarijs. Non capiant milites victualia ad texeram, id est sub credẽtia, sed soluant manualiter de præfenti. Qui cum parua paglia

militant

militant, habeant victualia pro tribus quæ valent quattuor ad ordinationẽ locum tenentis regij, quæ capiant ad vnum magacinum seu fundicum à cõmunitate deputatum in quo si deerunt, petat ab hospite suo cum pretio ex tunc soluendo. Nequeat tunc miles quempiã cogere vinum vendere quouis pretio, nisi sibi per deputatos à cõmunitate seu magacino assignatum fuisset: & cepra vna vegete, quãdiu ibi vinũ super fuerit, non varietur ad aliam. esset enim fastidiosum nimis vnum adhibere ad toriens extrahendũ vnum bocale vini. Conuiuans socios siue banchetans cõuiuij expensam emat in foro ad instar priuati: cum in loco seu oppido guarnitionis deerunt victualia, non teneantur oppidani aliunde emere: sed ipsi milites sibi emant, teneantur tamen oppidani seu cõmunitates propria impensa cõmunitatis ea cõducere dummodo possint eodem die ire & redire. Qui ad magnam pagam militant, victualia emant in foro ad instar priuatorum. ciues domum in villa habentes non teneantur quempiam in illa hospitari: sufficit onus quod dufferunt in ciuitate. Patriota militi seruiens non eximitur propterea à iurisdictione iudicis sui ordinarij. Militi vel stipendiato patriotam seu oppidanum percutienti, amputentur manus: si econtrã oppidanus militem percutiat, amputetur caput oppidano. Capitaneus militem percutientem captiuet, & preposito, qui si non adlit, iudici ordinario tradat puniendum vt supra. Si contra armigeros insurgat communitas vel ad campanam pulsauerit puniatur arbitrio locum tenentis vel marescali. Gubernator, capitaneus, vel castellanus seu commissarius, quicũq; stramina & victualia ad instar priuati emat in foro: nec quicquã à villis vel captiuis suæ iurisdictionis capiant, vel vehi faciant sine pretio. Omnes officiales guerrarũ prædicta obseruent, & obseruari faciant, atq; publicari temporibus monstrarũ in quibus denuò iurent ea seruare. & in guarnisonibus singulis sex mensibus publicentur: prædictaq; per pedites obseruetur, sub pœna secundũ casus exigentiã à capitaneo arbitrandã: quã si inferre non potest, notificet locum tenenti vel marescalo, sub pœna patendi in propriam, quibus fauorem & auxiliũ ac assistentiã ad capturam culposi præstabit, vt iustitia executioni mandetur: iurabunt in singula monstra capitanei peditum quod non patientur abusum, robariã, vel falsitatem: nec permittent aliquẽ presentari in ea ad pecuniam capiendam, nisi per eos sit in rotulo descriptus, & de numero

et eis fuerit expositum, ut omnino scilicet quod est in
 quibusdam probris, in quibusdam mandatis, in quibusdam
 apud nos, in quibusdam pacis, ut non equidem licet furari pro dan
 do amore Dei, nec decet ecclesiam locupletari, cum iactura laico
 144 rii. Host. in summa de integ. restit. §. & qualiter. ad fin. Timō
 in clericis nō solū auaritia, sed eius suspicio est horrēda. c. auar
 ritix. de elect. lib. vi. nec sunt fēda mala vt eueniāt bona, & tem
 pore belli Deus nō colitur. clem. dudū. §. scimus. de sepul.
~~et de iur. iudic. in p. de iur. iudic. in p. de iur. iudic. in p.~~
~~et de iur. iudic. in p. de iur. iudic. in p. de iur. iudic. in p.~~
 de electione. char. lxxvij. & seq. vbi j. col. allegat Bernar. dicere,
 quōd deuotio peperit diuitias, sed nō filia superauit matrem.
 gl. in procm. Pragmatica. c. in §. quibus. in ver. possessionibus.
 & ibi Steph. char. lxxvi. col. iij. reddit rationē cur hodie episco
 pi nō sunt sancti. de qua Bal. in c. cū speciali. col. iij. de appel. si.
 145 cot. olim. & dicit Steph. char. seq. j. col. de iur. iudic. in p.
 Chronica Corij, sub anno M. cc. xlv. epist. Frederici. est chart.
 lxxxiij. facie seu pag. j. & propterea dicit Ripa in tract. de pes
 ste. charta lxxxiij. num. xxxvj. q. hodie potius deberemus relin
 quere ad alia opera pia, quā pro cōstruēdis capellis, officiis,
 vel missis celebrādis, quia omnino videmus postea in processu
 tēporis talia officia dimitti, & redditus assignari alicui idiote
 quī nō potest in venationibus, & fortē in pēiores vsus, & filij fi
 liorum tuorum vel nepotū possent egere: & si nō sint, neq. nō
 potest quin diuitia restringant aditū vitæ æternæ. Matth. xix.
 circa med. prohibetq. Christus nos esse sollicitos de crastino,
 ne dicamur modicę fidei. Mat. vj. & Matth. x. Nolite possidere
 aurū, nec argentū, & omnino sine eis æquē bene Deum colūt:
 ergo superuacuo bellū cū tanto discrimine gerendum, vt Cy
 nea respōdebat Pyrrho Epirota. Accedat scandalū quod gene
 ratur exinde etiā apud piās mentes ne tale bellum fiat auaritia
 vel ambitu: hinc aperiantur ora obloquētib. vt de Pio dice
 bat Rex Francorum, vt in eius epistolis ad eum regem, epist.
 xxvj. & seq. & clarius Gardin. Papien. epist. sanctissime. & dia
 logus Hutten. contra Leonē. & Budæus de Assē contra Iulium.
 apostilla Felyn. contra Alexand. in cap. quæ in ecclesiarum. de
 constit. Laurentius Valla de donatione Constantini. Vincen.
 Cingant de bello Italicō. Dantes in Paradiso, canto xxvij. in
 cip. al. padre. charta ij. & in inferno, cantū xix. Et ille soluens
 decimas,

deinas, dicens quod quādo volunt imponere decimā, vel vo
 lunt aggredi Turcam, vel Turca minatur Christianis, etiā q
 utrum fiat, & vtinam sic fuisset in Turca moderno. Ad hac
 nim attendant milites quidam, non ad peritiā, & gloriā mi
 litarem quam destruit. vt inquit Gallicus, Argent. fiascon, &
 cōn. quæ tantæ sunt potentia quōd faciunt eos confidere in
 suis antiquis & capitalibus inimicis, qui eos tandem produnt,
 vnde effectū diuites vel militiam deserunt: quia licet sub stipen
 dio stent tempore pacis, vbi manus conferere oportuerit, sin
 gent se infirmos, vt de domino Brūaldo Bononienſe dicit
 Ang. in l. j. §. non autem. ff. si quis testamento liber esse iussue
 rit. pulchrē Morus in repetit. Vtopia. charta x. vel se exter
 corabit in caligis, vt refert Nicolaus Boërij in tract. de sedi
 tiosis. char. xvj. Quia diuites sunt timidiore, vt dixi, & postea
 re confecta & victa venient ad capitaneum, & dicent: Gratu
 los Oechaliam titulis accedere nostris. gloss. in cap. fin. in ver
 bo, titulos. de offic. archipresbyteri. & tantum gloriabitur ac
 si ipse solus omnes hostes fudisset imō nec Deo gloriā daret
 licet Abioue principium Musæ, Iouis sunt omnia plena. gl. ij.
 in cap. sedes. de rescript. &, ex ope cœlesti fit si quid habetur ho
 nesti. &, Venit à superis agas bene, vel mediteris. Quicquid ha
 bes meriti præbentis omnia donat. Nil Deus in nobis præter
 sua donat coronat. gloss. in cap. si ex bono. in verbo, apostoli
 cam. in princ. col. iij. de pœnitent. dist. iij. vel & secundo quon
 iam diuites timidiore sunt: quia non faciunt molles ad fera
 bella manus. gl. fin. in l. iij. C. de except. Et bella gerant alij, Pro
 thesilas amer. & grauantur in bello armorū sarcina, qui tem
 pore pacis mollibus vestiūtur. facit Aegidius de regim. princ.
 iij. parte. lib. iij. cap. v. & Enchir. militare char. lxxv. & seq. & la
 mentatio Hannibalis, Capua Capua, dedi milites, reddidisti
 fœminas. vt Plutarchus in illius vita, col. viij. dicēs, quōd Cam
 panæ delitia Romano militi vincendum tradiderunt, quem
 Romana virtus superare non potuit. secundum Valerium lib.
 ix. de luxur. cap. xj. facit Iodocus in tract. de nobilitate, cap. xx.
 Cancel. Parisiensis in dicto ferm. col. xxvij. in ij. consideratio
 ne. circa finem. Claud. in Monarchia Franciæ, parte iij. capit.
 x. Et sic contra Turcas non est sperandum de victoria ex peri
 tia militari qua pauci superant multos. vt Aegidius de regim.
 princip. lib. iij. parte j. cap. xij. frater Ang. Anachorit. in epist.
 ad Florentinos, de qua supra adducēs plura loca sacre scriptu
 B b 2

cretalis quæ tacit contra clerum. Hostien. in summa de remu-
 tri. y. qualitate voluntarie. Et Pasquillus quod die noua car-
 mina eridat. Et alij dicunt quod Papa non obseruat votum &
 iuramentum præstitum in conclaui. Card. Papien. chart. cxlij.
 epist. incip. quid. char. ccxj. & char. ccxij. cegi. clxxxvij. quas.
 & cxlij. non ideo contra facientem Deus punit. chart. ccxcv.
 videre. Ad quod an teneatur Panormitanus in c. sicur nostris.
 ij. not. de iuramento. Barbat. in cap. j. de iuramen. calum. col.
 ij. Alexand. lib. vj. consil. ccxxiij. redemptoris. Corta in ij. par-
 te Memor. in versic. Papa ligatur. Decius in cap. j. col. iij. de
 probat. Boschinus in rub. de constitut. col. xix. Magister Hie-
 ronymus vicecomes in tractatu de obligatione papali. q. j. &
 per totum. nescio si dici potest quod ad ea quæ sunt ad ambi-
 tum & fauorem Cardinalium, non teneatur: secus de his quæ
 tendunt in fauorẽ totius reip. Christianæ. Et ad refrenandum
 affectiones Papæ, quas caro & sanguis reuelarent sibi. Alij di-
 cunt quod Curia Romana non vult ouem sine lana. Et quos
 non rodit, odit. Alber. in Dictionario. in verb. Roma. Et vbi
 Papa, ibi Roma. cap. meminimus. vbi Decius col. j. de apell.
 Socin. in l. qui Romæ. in primis verbis. ff. de verb. oblig. Sed di-
 cunt quod si ita non fieret, curia destrueretur: sed quid inde,
 dummodo Paradisus impleretur? Ex quo omnino Pontifices
 pauco tempore viuunt, quàm durum quod in extrema sen-
 ctute qua delicta iuuentutis redimere deberent, cogantur sæ-
 pe quasi deteriora committere, vt complaceat curialibus. Quin
 imò plerumque illis, qui non solum cupiunt eius mortem, sed
 etiam quod esset in inferno. Quid enim profuit Bonifacio? Et
 de quo Dantes in Inferno cap. xxvij. incip. gia era sua reputa-
 tio & gloria. quamuis tot præclara facinora pro Ecclesia per-
 petrauerit, & intrauerit vt vulpes, regnauerit vt leo, postquã
 mortuus est vt canis? imò post eius mortem cõtra eius memo-
 riam processum fuit de hæresi. secundum Albericum in rub. de
 hæresi. col. j. & col. penult. vbi in fine ponit cautelam, quod in
 extremis quis protestetur se mori verè catholicum &c. At Ce-
 lestino quinto qui ei pontificatum renũciauit, vt Sylla Dicta-
 turæ, Dioclerianus imperio: ideo vitam eorũ existimabamus
 infaniam. Baldus in cap. j. de natu. feudi. Blondus deced. ij. lib.
 ix. chart. ij. profuit humilitas: quia sanctus numeratur in coe-
 lis, vbi vita fruitur beatorum. Hoc vnũ volo dixisse, zelo quo
 beatitudinem sanctissimi Papæ nostri adoro, ob immensam
 doctri

doctrinam quam in illius Quodlibetis adinueni, vt caueat
 eius sanctitas: quia sicut Roma est emporiũ omniũ virtutum
 fertilissimum: ita etiam sentina plurimorum vitiorum, ad eò
 vt dicatur quod Romæ omnia cum liceant, non licet benefa-
 cere. unde quædam a Domino facta est quod, vbi dicitur in
 l. noster, scilicet in c. de officio. Et sic si Deus punit
 quos non vult ad Romam, verumtamen oculis tuis con-
 siderabis: ¶ quia tot habet inimicos scientia, quot ignorantes. 151
 Specul. in tit. de aduocato. §. nũc de exordijs. nu. 27. Et inimi-
 ci hominis, domestici eius. Ego autẽ postquam aliud nequeo:
 dico tamen illud, Deus conseruet eum, & beatum faciat eum
 in terra, & non tradat eum in manu inimicorũ eius. Sed quo-
 niam illa loquebatur, nauem soluebat Vlysses. Ouidius in ij.
 de Remedio, quem refert Bald. de pace Constan. circa fin. ¶ Et
 facere est plusquam dicere. cap. dilecti. vbi Decius ij. not. de ap-
 pel. ideo. contra partialitates. Rursus sunt aliqui ita fatui qui
 has factiones sequuntur ob inordinatam affectionem quam
 gerunt erga principem expulsũ, ad eò quod quandoque faci-
 unt se suspectos criminis læsæ maiestatis, & exponunt se pe-
 riculo perditionis bonorum & personæ. l. iij. C. ad leg. Iuliam
 maiest. Et si aufugiat ad principem expulsũ, qui ex quo non
 possit gaudere redditibus, plus egeret subdicio subditorum
 quàm grauamine seu impensa: de nihil recompensabit, & me-
 ritò: quia de tali fatua opinione nullum commodum cõsequi-
 tur: licet ille partialis in cõmodum. Item plus possit profes-
 se stando domi in opportuna receptione antiquioris princi-
 pis expulsi, quàm stando in exilio. Et sic patet manifesta fatui-
 tas. Cum sint semper in illo. Esaiæ xxvij. & refert frater
 Michael Dominicus de Guelfis & Giebellinis. charta. ix. & frater
 Thomas Illyricus, vbi supra chart. cxlij. quia manda remanda,
 manda remanda. exposta non pãda, expedita rocompensatã
 expedita non pãda, expedita non pãda, expedita non pãda.
 ¶ Non fuit expecta tempus, faciantq; libenter Hic imper-
 fecta faciunt mala damna frequenter. pro quo Card. Papa epi-
 stola incip. que est chart. exc. incip. excusatione. Et quod promittit
 Papa de futuro cardinalatu. vt refert Felyn. in cap. ad au-
 dientiam. col. ij. de præscrip. large enim principes promittũt.
 Erafin. ij. parte. Proverb. dlxxxij. Charetis pollicitationes.
 Et tamen. vt inquit Seneca in lib. de breuitate vitæ: Maxima

porrò vitę iactura dilatio est: illa primum quenquam extrahit diem: illa eripit præsentia, dum vltiora promittit: maximū impedimentum viuēdi, est expectatio quę pendet ex crastino, & fames, & memorabilem in nasum cōijciunt. Polyd. Prover. clxx. Eras. ij. part. Proverb. ccc. ij. Spem pretio emunt. facit Petrarcha epist. lxxx. obsecro. Consolatorū, cum Officio, & missis Romanę Ecclesię de Aduentu. vbi Inuitatoria. Responsoria & ad alia eorum propositum. & super dicto Bal. in l. stipulatio ista. §. inter cetera. ff. de verb. oblig. tantū diximus. quōd Papa veniet Perusium, quōd pur venit. Et Gallicus dicit, On crie tant Noel qu'il viēt. Imò plus de raro euenit: ut quando dominium recuperarunt possunt reconpensare omnes qui passi sunt pro eis: quia si hoc deberent facere, nihil remaneret apud eos: sed sic perrāseūt eo meliori modo quo fieri potest, præstando lenes fauores: qui quandoq; ducunt illum cui præstantur in eis nimis confidentē ad malum exitum: quia tādē oportet delicta punire, licet sæpius tollerata. Imò aliquando euenit vt aliquis qui passus fuit exilia, & confiscationē bonorum, amore principis etiam si habeat causam istam illam perdet propter corruptellā iudicis seu officialis. nam sciēs aduersarius fauores isti adesse, si peccunia nō potest, lenocinio etiā, quod horresco referrens, proprię filię vel coniugis, aut alicuius suę affinis fauores sibi aucupabitur. Et quę eorum sit pena, vide Afflictum in constitutione incip. matres. vel quādoq; principes vt inimicum vincat obsequio, vt statim dicam, eum plus extollet seruitore suo, adeo quōd quandoq; boni seruitores indignati dicāt: si quispiam à principe nostro vellet quicquam obtinere oportet quod in eum aliquam cōmittat proditorem, quia dicit Salomō, quem refert Host. in summa de peccatis. & r. cum. §. cui cōstitendū. col. xxj. vers. cui marchio. ¶ quōd breue regnū nō parcat subditis: quia in lata gente gloria principis, & in diminutione populi cōtritio principis. pro quo facit Nicol. Boerij in trac. de seditionis. char. xxxj. Sed pone quōd iniuste vincas ob fauores, Nemo diu gaudet qui iudice vincti iniquo. gl. in l. heredem. ff. de calum. Vnde vtilius est causam status principibus relinquere, & semper vti fidelitate erga illū qui possidet: & quanto plus mutatur, tanto grauiori impensa quis fatigatur. & raro quōd noui principes aliquid asserāt de suo, nisi aliquas collectas præstātas vel subsidia & hospitia militum: vnde euenit illud Tyberij, qui viderat abigētes muscas semi

femifaturas à corpore ægri, & credēs prodesse, illi nocebāt: quia superueniētes famelicę mordaciores erāt & acriores. refert Vincētius in consilio, de alienatione Iustitię. chart. vij. in fine. Facit Afellus Neapolitanus, qui calcitrādo deponit fellā antiquam eum vno latere præmētē, & postea cogitur nouā subire quę premit à duobus. ¶ Etenim nou⁹ rex, noua lex. Aeneas Syl. epist. ccj. pupugerūt. col. iij. Imò quādoq; verificatur illud rusticorū in aestu pluuias optantiū pro vbertate vini quę veniūt, sed cum grādine quę vindemiā exportant, exinde clamantiū quōd pluuiā optata nūquam fuit bona. Præterea nunquam vidi principē qui inter sibi charissimos non haberet de vna factione & alia. ergo stultū est ob factionē principem diligere, vltra quōd sit graue peccatum. Si enim princeps cum exercitu non potest se cōtinere in statu, volunt ipsi cū sua factione quę est sola passio animi eum recuperare: parū enim prodest velle, nisi adit posse. c. cum super abbatia. vbi Decius. iij. not. de offi. deleg. cum similibus. vt dixi inter feudalia Brun. conf. xij. col. ij. licet aliquādo sufficiat voluntas. Bal. in procm. rex pacificus. in fi. Quādo enim aufugit princeps cum exercitu, relicta patria, qui debet tāquam bonus pastor ponere vitā pro ouibus suis. lo. x. Cor. de potestate regia. q. lxxxv. col. ij. pu ta, quia vt fecit Christus quādo exiit de templo. Ripa in tract. de peste char. xvj. col. xxj. abscondere oporteat expectādo meliōre fortunam, sit necesse cedere tēpori: tūc licet populis pro euitādo saccomanū iurare fidelitatē tyranno impunē. Imol. cōf. xxxiiij. viiis & pōderatis. Cor. in tract. de potestate regia. q. c. Calcan. consil. lxxx. in causa quę vertitur. Socin. in iij. vol. cōf. xxxix. in q. quę vertitur. col. iij. Et ad Lacedæmonios in quibāt Cornicij: Nō enim qui destituti ad alios se cōferūt, si defragi sunt. refert Thucydides lib. j. facit Afflictus cōstitutio ne, dubitationē iurisperitorū. col. fi. & in cōstitutione, monaschiā. vij. not. plus dicit Galiaura in l. j. §. q. præfens circa. fi. ff. de verb. ob. q. imminēti necessitate, superiore negligente eos gubernare, possent impunē se alteri domino submittere, qui eos defendat sine cōsensu prioris domini. quod facit de ciuitatibus Tuscię, relictis ab Imper. secūdiij. q. m. §. qui timer. exercitū veniētē, habet iustū metū. Bal. in c. bone. col. v. de rescrip. iuramentū etenim fidelitatis prioris domino præstitū intelligitur eo remanēte in statu. rex. cum gl. in c. venerabilē. de elect. l. cum seruus. ff. de cōdict. ob causam. cum sim. vt. Nicellus Concor.

ffit. char. xiiij. Luc. de Penna in l. j. col. ij. C. pub. lxxi. lib. xij. glin cle. j. de regular. quæ allegat illud: Ambitus impariens & summo dulcius vnum stare loco, socijsq; comes discordia regnis. Et propterea talis superbus & ambitiosus habet deum resisten- tem. Iob. ix. sac. c. iij. Betonta fer. v. post cineres. Ioan. Monto- lonius in Promptuario Iur. in ver. humilitas. in fi. & vide mo- do qualis victoria speranda cum tali aduersario. Item si ipsi pu- niunt inimicos suos, iam Deo locus non est eis vt eos puniat, quia dupliciter puniri non conuenit. c. ac si clerici. §. j. de iud. nec de eodem delicto est sapius quæredum. l. pen. ff. nau. cap. itab. vnde credunt nocere inimico de eo se vlciscendo, & ei profunt: quia Deus qui non irascitur sicut homo, fortè am- plius non puniet eos: & videmus quotidie vindicantes vindi- cta facta plus dolere, quàm illi in quos patrata est. Item nemo vindicatius fecit vnquã magnum paleare: vt in quiebat ille

157 sapientissimus Marchio Montisferrati. † fides nostra est tota fundata in humilitate quæ humilitas ad diuitias & cœli quæ- rendum optimè confert. Petrarca epist. xcvij. noli. Albertam. lib. vlti. de superbia. Et sine humilitate non est magnanimitas. Aegidius de regim. princ. lib. j. parte. ij. c. xxv. Lucas de Penna in l. humilioribus. C. de ponder. lib. x. Item parandi sibi amici- tias & beneuolentiam nulla facilius via, quàm humilitatis. so- let enim vulgò dici, quòd agnus humilis lactat habera pro- priæ matris, & aliena. Et enim superbis metipis superbia est odiosa, & horror. secūdū Innoc. quem refert Lud. de Veritate contrit. char. lxxj. prout tyrannis tyranno, vt de Phalari. vt di- cam infra. & de illo quem refert Aegidius de regim. princ. lib. iij. parte ij. c. xiiij. ¶ Aliam causam dicunt quidam esse vindi- ctam quæ procedit ex pusillanimitate vt dixi in quinto funda- mento de incontinentia. Volunt ergo isti occupare quæ sunt Dei, scilicet gloriam & vindictam. Io. Montolonius in Prom- ptuario Iuris. in verb. Deus. col. iij. super verbo, vltionum. fra- ter Michael Dominicus in tractatu de Guelfis & Giebellinis, chart. j. ver. iij. Io. de Lig. in tract. de bello. tract. iij. c. ix. col. j. honoratus. Bon. Hor. in Larbre des batailles. c. xxxiiij. vbi lin- gua gallica traduxit totum illum tractatum semper tacito au- thore. facit Matth. v. nō resistere malo. & illud Apostoli, Vin- cendo in bono malum, alias causas quasdā ponit Nico. Boërij in tract. de seditiosis. chart. iij. & iij. vt inordinata proprij cō- modi procuratio, vexatio in collectis, non punire delicta &c.

Sed

Sed ad vindictam. & si vis te vindicare cōtra bona. Italus nun- quam est audax, nec spernit mortem, nisi quādo pauper. Era- smus in. j. parte prouerb. dcccxlviij. timidus Plutus. & Seruius ad Virgilium. j. Aeneid. circa princ. super illo, studijsq; asperi- ma belli. Et tanquã desperatus inimicus tuus deteriora cōmit- tet. Bal. in l. j. C. de eunu. & ex desperatione fiunt securiores. Pe- trarcha in proemio epistolarū. ante fin. & epist. xij. ingenti. & in triumpho Mortis. c. j. circa fi. Et per desperationē facta secu- ra. Et si nō vis credere, expostula à Gallis in Lombardia de an- no M. dxxij. & quādo est pauper, quis honor tibi erit? dicimus quòd degeneris animi est minoribus insultare. Petrarca epist. flo. xcij. incip. sine illum. quia nec habet victoria laudem. vt in j. Aeneidos. & illud, Egregiam vero laudem &c. & contra vin- dictam Guilielmus Rouille in tract. de descriptione infirmitia. lib. iij. c. iij. ver. iij. bonus. & c. vj. circa fin. Et dicit Longolius in sua defensione habita Romæ. incip. quòd. char. xl. quòd Ro- mani plures etiam conuictos absoluerunt, quia viderint quod nimis magnis aduersariis viribus obruerēt. vbi recitat cœ pla. imò Parcere prostratis scit nobilis ira læonis Bald. in c. ij. col. iij. de postul. prælat. Si de vita inimici vis te vindicare, vñ occidis, & paris tibi septem, vt caput Hydræ: nam filij, fratres, vel agnati quotidie de nece tua cogitant. Albertam. lib. ij. de exa- minando cōsiliū in spe. incip. nunc accedamus. & de officio iudi. circa vindictam. & lib. vlti. de guerra vitanda. & in rubr. seq. Nico. Boërij in tract. de seditiosis. char. xvij. Alexand. lib. vij. cons. ij. num. viij. Et est detestandum scelus homicidiū. latè Afflictus cōstitutione, si damna clandestina col. v. dicens inter cætera, quòd omnis nobilis ab affinitate homicidæ abstinere debet: & est periculosum etiam propter titulum de receptato- ribus. ff. & ne dicatur quis opem præstitisse saltem post delictū. Ang. in Maleficijs, in verbo, Andream auxiliatorē. Et qui gla- dio ferit, gladio peribit. latè Iodocus in trac. de nobilit. c. xiiij. frater Mich. Dominicus de Guelfis & Giebellinis, char. ix. ver. secundus labor, quod quāuis Deus inuenisset feruū suum Da- mid secundū cor suum. c. ij. j. q. vij. tamen noluit quòd sibi tem- plus edificaret, quia vir sanguinis esset. Io. Mōtaigne in tract. de bigam. q. iij. col. vij. Io. Montolonius in Promptuario iuris. char. cxxxj. col. ij. Ferrarius cautela. xliij. canonicis. col. ij. ete- nim vox sanguinis continuè ad cœlum clamitat. Et licet quis tibi nocuerit, nota illud Catonis: Ledere qui potuit aliquādo prodesse

prodesse valebit. Et dicit Thucydides lib. vj. sub oratione Alcibiadis: quandoquidē qui hostis esset vehemēter nocuit. eundem, si amicus sit, satis profuturū. & colligitur ex Scipionis exēplo, qui filiam inimico experto desponsauit. refert Gellius lib. xij. c. viij. plures Longolius in sua defensione habita Romæ, incip. quod. char. xx. qui hospes. Romani postea acerrimi defensores. & quotidiana exempla nobis demonstrant capitanei armorum. facit latē Plutarchus in tract. quomodo ex inimicis quis capiat vtilitatē. incip. video. & dicit frater Lud. de Verit. contritionis, char. cxxij. de septem operibus misericordiae corporalibus: ¶ fit enim vt nonnunquā inimico crebris victo beneficij, odiorum rigore emollito, calorem in mente charitatis excipiat, ac de inimico amicus fiat. Et Papa Pius epist. ad duces Mutinæ, allegat Apostolū dicere, quod vincere debemus in bono malo. Alberta. lib. ij. de cons. dandis. in rubr. de examinatione consilij in specie. maximē cum dicat August. ad dilectionem inimicorū vos admonco: quia ad sananda vulnera peccatorum nullum remedium vtilius cognosco. Et quamuis aliqui dicant quod iam cessassent, nisi principes eas fouerent propter commodū pœnarum quod ex delictis quæ exinde sequuntur, capit fiscus: vel vt Cāpanus lib. vij. epist. j. incip. rui mus. replicata in exemplis. Card. Pap. cxxxij. vbi epistola seq. Patracia lib. vlt. epist. iij. leue est. Oldr. cōsil. lxxij. & circa. col. j. vers. iij. videtur fauendo semper debiliori factioni: vt de Philippo dicit Iustinus in prin. lib. vij. & Papa Pius in epistolis. facit Valla, de donatione Constantini. vlti. char. vel ex alio, quia facilius hoc modo dominantur, iuxta illud Philosophi Vis regnare, diuide. Archiepist. Floren. in sua Chronica, parte. iij. tit. xix. c. vj. §. j. Claud. in Monarchia Frācie. parte iij. c. iij. & parte v. c. x. & quia quilibet gestit animo rempub. instituere, vt in ea ipse maximo pretio sit futurus. Isocrates in oratione de bello fugiendo. col. lij. & ita faciebat frater Hierony. Sauonarola Florentiæ, vt dicit eius processus impressus. Sed præmitto hoc dicentibus antequam procedam vltius, quod non est dicendum malum de principibus. l. j. C. si quis imper. maled. Gellius lib. iij. c. iij. verum ad h. Ecclesiast. x. in fi. Marfilus Ficinus epist. neq; tutū incusare principes. char. cxij. Eras. pro uerb. cj. char. xxv. Multæ regum aures atq; oculi. Et Helena Ouidiana, Annescis longas regibus esse manus: igitur responderetur post Isocratem in panegyrico incip. illos. chart. xj. & quæ dicam infra quod

quod in dubio minor pœna est eligenda. & sic cessat illud de commodo pœnarū. Ad illud, Vis regnare, diuide: respōdetur, quod philosophus illud nūquam dixit, nisi detestādum, dum loquitur de tyranno. & ponit hoc pro vno signo ad cognoscendum tyrannū, vt infra dicā. Præterea eueniet vnico momento aliqua seditio vel rebellio in qua oportebit in tribus mēsis principem plus effundere auri, quā potuit fiscus suus de talibus pœnis in decennio rodere. nec debet princeps talibus pœnis mentē applicare: sed de acquirendo aliquod dominū, quia aquila non capit muscas, vt dixi. Et sic patet quod hoc est potius damnosum principi. facit, quia dicit Christus, cuius potissima est authoritas, Omne regnum in se diuisum, desolabitur. Lucae xj. c. si ea. xxv. q. ij. Barb. in c. quod ad translat. de off. deleg. char. antepen. Et lib. iij. cōsil. j. col. pen. & lib. j. cōsil. xx. illud. col. v. Socin. d. cōsil. lxxvij. vis inuestituris. col. xj. repetito. cōsil. clxv. Curt. Sen. cōsil. lxxvj. sapien. col. xv. lxxvij. dominus Ioan. col. vj. Oldr. cōsil. lij. quæstio est talis, an tutela. l. f. in l. stipulationes nō diuiditur. col. xx. de verb. oblig. Item secundum Bal. in l. j. in princ. C. de cad. tollen. ¶ partialitas in ciuitate est tanquam vermis in caseo. & dicit Barb. in c. licet. col. xv. de probat. quod est porta patens ad introducendum inimicos: etenim discordia omnia destruit, etiam semetipsam. Nizelus in epist. ante concordias Bart. Coradus in tract. schismatis. cap. iij. col. ij. hinc dicebat Federicus Barbarus Imperator, ¶ quod Italia est sicut anguilla quæ non potest teneri per caput, neq; per caudam, neq; per medium. refert Blondus statim allegandus, & tamen est facilis ad capiendum. ¶ Secundo. quia vltra quod nō prohibendo grauiter peccarent, secundū fratrem Thom. in dicto tract. de potestate Pontificis, char. xiiij. & seq. est aliud, quod dicerentur tyrāni sic faciendo. Bart. in tract. de tyranno. col. viij. vers. vj. quod tyrannus. Somnium Viridarij lib. j. c. cxxxiiij. col. pen. vers. sextus actus. frater Hieron. de Ferraria in tract. de regim. ciuitatis Florentiæ tract. ij. cap. ij. facit Mart. de Laud. in tract. de cōfederatis. vers. xij. incip. princeps. Barb. in rub. de testa. col. xvij. vers. vlt. cum in ciuitate Platina in tract. de optimo ciue, lib. j. chart. iij. & lib. ij. charta iij. Aegidius de regim. princip. lib. iij. parte ij. c. x. Nicol. Boerij de seditiosis char. xx. & sic posset impune sibi fieri resistētia. Conradus in tract. de schismate. c. iij. num. xij. Et raro quod principes qui tali arte vtuntur vltimo nō fiant exotū vtriq; parti, &

citò vel dominium vel vitam perdant, & quandoq; vtrunq; vidimus, quia Deus ob tale peccatum hoc permittit. ¶ dicitur etiã quis sub tyrannide viuere, quando subditi non possunt libera voce defendere bonũ publicũ. Bal. in l. decernimus. col. ij. C. de sacrosan. eccl. & qui partem ciuium consulunt, partẽ negligunt, rem perniciosissimam faciunt. c. vj. in officiorum. Alber. de Instin. cod. confir. col. j. l. j. cum gl. ff. de legib. l. actione. §. Labeo. ff. pro socio. Afflictus constitutione, grandis. j. not. S. Thom. quẽ refert Fortun. in l. legitima. ff. de pact. col. xxviij. in fin. quia nõ est cõmunis pater qui communem filiorum curam nõ habet, & Dido in j. Aeneidos, Tros Tyriusq; tibi nullo discrimine agatur. & Christus dixit Petro, Pasce oues meas, non distinguens inter has & alias. Inn. in cap. solira. de ma. & obed. Cyprius de Beneto in tract. de potestate eccl. Rom. char. vj. ¶ Tercio, aliquando eneniet quòd aliquis subditus transfuga principis clementia confusus domũ rediret: sed plus timens factionem aduersam, nõ audebit: vnde exulans quotidie inimicos & bellum principi procurabit. ¶ Quarto, quia si essent partiales iustitiam per quam regna consistunt. §. oportet. vers. deinde. in authent. de mand. princ. Aegidius de regim. princ. lib. j. parte ij. c. xj. Claud. in Monarchia Francie. parte ij. c. xv. rectẽ ministrare nequirent: quia ipsi vel eorum officiales qui solent sequi vestigia principum. Barbat. allegando Platonem in proem. clemen. §. quoniam nulla. col. iij. Claud. super Lucã char. cccij. in fin. Decius consil. clj. videlicet in ferm. seq. col. j. vt dicã infra char. prox. & infra quomodo debeat index iudicare. in x. limitatione, amore suorum & odio aduersantium ducti impediuntur ex affectione veritatẽ cognoscere: quia facilius credet rationibus solum persuasuis facientibus pro amico, quã concludentibus pro inimico. Credunt enim libenter homines id quod vellent. Cæsar in commentarijs lib. iij. post medium. & Ias. in l. qui Rom. col. ix. ff. de verb. oblig. qui allegat Senecam. & iudices audiunt libenter quos diligunt. Barb. in Ioãnina. col. cxvj. facit Erasmi. ij. parte Prouerb. cccxij. qui amant, ipsi sibi somnia fingunt. Salomonius in repet. l. Gallus. §. quid sit is. char. v. ff. de liber. & posthum. dicit, quòd est inclinatio naturalis, quòd facilius desiderata credimus. patet in notitatibus tempore belli quibus vnus tantum credit quòd vna pars pro vna, alia pro altera quòd inducuntur ad sponisiones seu scommissas, puta quòd inõ Papa vincet: quæ an valeat. Paul. Alex.

Alex. & Ias. in l. à Titio. ff. de verb. oblig. Decius consil. cxliij. & cxv. in fin. col. iij. Paris de Ludo. col. viij. vers. an quãdo aliquis vult sapere. Roch. in c. examinata. char. x. de iudic. Et dicit supra Bonauentura, quem refert Bustus in Defensorio montis, char. xxvj. col. iij. est in fin. iij. partis solubilitatis, quòd aliquãdo homo bene aliquid scit: sed tamen affectio adeò dominatur in eo. vt ad existimãdum oppositũ illum protrahat. ¶ Itan- re ergo amore vel odio rectũ non potest ferri iudicium, vt infra dicam. Item quandoq; aliquis factiosus delinquens cũ suis coniuratis erit adeò potens quòd princeps non poterit eũ punire, nisi transmittat exercitum propter cuius impensam destitunt facere iustitiã, vel transeunt sub dissimulatione. Et sic frustratorum remanet iudicium cuius executio tẽdit in vanum. Bald. in c. ecclesia. col. j. vt lite pendente. Et propterea dicit Philosophus, quem refert Bald. in §. conuentulas. de pace iur. fir. quòd communis custodia regni est non permittere vllum crescere præter commensurationem. facit Bart. allegando etiam Philosophũ in l. j. col. pen. C. de dig. lib. xij. & quòd vult Egid. de regim. princ. lib. iij. parte j. cap. xvij. Et Valdr. in l. ij. §. ff. de orig. iur. col. xxij. vbi dicit quòd primareipublice pestis est fouere eos qui dominari cupiunt. facit Claudius in Monarchia Francie. parte j. c. xvj. & parte ij. c. xvij. vnde enenit ex quo non faciunt id propter quod à Deo missi sunt. c. regium. c. rex debet. xxij. q. v. Deus faciat illos amittere dominium. c. si de rebus. xxij. q. j. Panor. in c. Pisanis. j. not. de restit. spol. frater Michael Dominicus in dicto tractatu, de Guelis & Giebel. char. xvij. versic. quo ad certam. quoniam vt dicit Dantes in Purgatorio, cantu vj. incip. quando. char. vlt. Et vnde Marcel. diuenta ogni vilan che portay grando vne: quia capiunt famam ex crudelitate. Bal. in c. j. quod met. caus. sed crudelis crudeliorem inueniet. Nic. Boërij in tractatu de seditiosis. char. v. & de hoc habet semper synderesim stimulantẽ. Host. in summa de pen. & remis. §. quæ inducitur. col. ij. & quãdoq; citius mori. c. episcopi. xj. q. iij. Roch. in c. fin. de consuet. col. iij. ij. not. vbi dicit, ¶ Quod diabolus habet potestatem in peccatore quasi in suo pecore. Si enim principibus nõ præstatur obediẽtia, sunt tanquã priuati & vt potestas Sinegalix, qui præcipiebat postea faciebat. secundum Cacialupum in l. diem functo. col. v. ff. de offic. ass. ¶ Quinto si factiones principibus placeret, versimiliter nõ cõdidissent leges puniẽtes factiosos: quia licet secundũ Bar. in

dicto tract. de Guelphis & Giebellinis, istæ partialitates inceptunt tempore Federici Barbarossa. & sequitur Panor. in c. Pisanis. col. v. de restit. spol. Blondus in anno Mccxl. & Supplementum Chronicarum de anno M. ccxxxiiij. Archiep. Florét. in iij. parte suæ historiæ. tit. xix. c. vj. §. j. quicquid dicat Landinus in commento Dantis, in cantu. j. Inferni, cantu vj. chart. penult. & Merula in sua Chronica. chart. lxxj. qui expressè tenet contra Bart. prout Alber. in Dictionario. in vers. Guelphi. Et Benvenuto de Blandrato in tract. de origine Guelphorum, refert Ottonem ipsum Frigifensensem dicere, quòd habuit ortum in Alemania inter duas familias, vnam Henricornm de Guilbelenga, altera Guelphorum de Adulfo, & cessarunt in persona Federici imperatoris. qui traxit originem ab vtraq; familia: hoc ideo electus est imperator. Et sic in Germania cessarunt hæ factiones. tamen idem Imperator habens eos odio, condidit §. conuenticulas, de pace tenèda. Sunt enim pacis amatores. Bart. in d. cap. quod ad translationem. col. xxiiij. de officio leg. Imò istæ factiones eidem imperatori magna bella pararunt. Item & Gelasio ij. Pontifici maxima vulnera, vt Blòdus sub anno Mccix. & Bonif. x. carcerè, vt ibi de anno Mccc. & Bonifacius Papa viij. secundū Platinā, fecit pro posse vt has factiones extirparet. hoc nõ perfecit. quia morte præuentus: nõ si vixisset, credo q; Deus ei hanc gratiā præstitisset: quia saltè in hoc tendebat ad bonū finè, propter enim has factiones euenit fortè illud quod dicit Alex. in l. hæreditatum. ff. ad l. Falcid. col. ij. quòd nulla respublica præsumitur durare vltra xxx. annos. Chronica Merula. char. xxvij. facit Codrus ferm. j. char. xxvij. Veneti autè propterea melius est regi vno Rege. Liuius. j. char. secundi libri. Aeneas Syluius epist. lxxvij. Dionysio. Symphorianus de bello Medicinæ. chart. ij. Illustration de Gaille dum loquitur de Veneris, cap. iij. Claudius in Monarchia Franciæ. lib. j. cap. ix. & x. dum tamen Reges habeant sua consilia quibus regantur, secundum eum. & sic tollitur illud. in tract. de potestate ecclesiastica, per fratrem Alex. de sancto Elipido, tract. ij. cap. penult. vide etiam in Monarchia Petri de monte. & Ias. in oratione responsoria lanuèsbibus pro duce Mediolani. est text. in cap. in apibus. vij. quæst. j. Bartol. de regim. ciuitatis. vlt. q. principali. Oldr. consil. cciiij. Barb. in cap. prudentiam. col. ix. de offic. deleg. Felyn. in cap. ecclesiarum. col. penult. de constitutionib. Riminal. in l. j. col. vj. ff. de offic. eius Socin. libro iij. consil.

consil. lxxvij. col. iij. Corset. in tract. de potestate regia. quæst. lxxiiij. Bultus in Defensorio montis. charta lxj. col. iij. & seq. Pich. in repetit. l. in quartam. col. liij. frater Thomas Illyricus de potestate Papæ. char. xxxvij. Mirabilis liber prophetiæ charta xij. cap. iij. ¶ Aliam cautam istarum partialitatū quidam absignant esse, scilicet propter fauores & sequelā: sed non aduertit ad illud Plauti in Amphitr. Sathaber fautorum, qui refta facit. Et Ias. super suam portā, vt vidi. & habetur in oratione Sapie in eius funere, Virtuti Fortuna comes. Philèphus in satyris, Virtutibus vltro respòdet Fortuna fauens. Liuius de cade j. lib. iij. dum loquitur de A. Sempronio. vbi dicit quòd fortuna, vt saepe aliàs virtutem est sequuta. & Cicerò de Senectute. post medium, loquendo de Cyro dicit, Virtuti tuæ fortuna cõiuncta est. & Bart. in reper. l. Barbarius. ff. de offic. præt. col. ij. quòd virtus & bona fortuna rarè seorsum consistunt. al legat Aristor. & Virg. hinc Gallicus, A vertu fortune. & Achilles de Allionibus iuriconsultus, senator maioris consilij ducis Sabaudie, in domo sua depingi fecit, Minervam & Fortunam amplexati deambulantes. & fortuna exaltat. & deprimit. Ang. in l. duo naufragiū. §. fin. in fin. ff. de incend. rui. naufra. licet sit inexorabilis, & muta. secundum Ias. in l. si duobus. col. j. C. com. de leg. & sine ratione. Bald. in cap. clerici. de vita & honest. cler. hinc ille rogans auxiliū ab amico cõtra ius, dicebat q; in iure nõ egebat auxiliū. alius respondit, Es alter dæmon, qui sciès peccatū & pœnam inferorū, alios illuc accedere instigat, ego dæmonis amicitia recusō. & meritò, quia pro amico non est facièdum nisi vsq; ad aras. M. Renault in Mironer des princes. char. xxvij. Gel. lib. j. c. iij. Chilo. pulchrè Rosariū Bult. ij. part. ferm. xxxj. litera m. vbi allegat Valeriū lib. vj. loquentè de Rutilio, qui dicenti sibi, Quid igitur mihi opus est amicitia tua, si quod rogo nõ facis? Respondit, Et quid mihi tua, si propter te aliquid in honestè facturus sum? Matth. x. Qui amat patrem vel filium plusquam me, nõ est me dignus: ergo quāto minus amicus. ¶ Est verū quod plurimi cõquerūtur fortunā virtutibus aduersari. vt Marsilius epistolarū lib. viij. char. clj. & cliij. epistola incip. superioribus & lib. x. chart. clxxxvj. epist. incip. inimici hominis, domestici eius. & epist. proximè sequenti. sed fortè erant instabiles: nam si perseverent in virtutibus. Et si senel. bis, vel ter, seu pluries fortuna aduersetur, tandem mutabitur, & virtutibus adhærebit: & quò tardius, eo altius vir-

virtuosum extollet. Et sic soluet fortè cum vsuris. vide Claud. in Monarchia Francie lib. ij. c. xvij. ista enim magis intellectum percipi possunt, quàm verbis exprimi. l. quo enim. §. ff. rem ratam hab. Plus dicendum videtur, quòd imò ipsismet caporalibus harum factionum sit talis partialitas exosa. prout de tyrannide in seipso scribit Phalaris epist. xxiiij. incip. cum. & epistola xlij. ignosco. & epist. seq. Et Isocrates in tract. de Tyrannide. Marth. Bosius epist. iij. tuis literis. nam licet quis debeat esse subditus principibus etiam discolis, tanquam à Deo missis: tamen secus quando tyranni. Paris de Syndicatu. charta. iij. cap. Tan liceat occidere tyrannū. facit Numeri c. char. xxv. vbi de Elezario. Bald. & Claud. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. Luc. de Penna. in l. j. col. v. C. pub. l. x. tit. lib. xij. quis animus est ergo tyranno, quæve requies? non sunt audaciores, ditiores, nec fortuniores Cæsare, qui tamen fuit trucidatus, & tot successores. Nam omnia dicta exinde nascentia illis ascribuntur. Bar. in l. quoniam multa. C. ad l. lul. de vi. Ang. in l. j. ff. de probat. Alex. lib. j. consil. c. iij. Item prima. col. ij. & continuis anxietatibus & expensis fatigantur, & mille viris infamibus & sceleratissimis fauere cogitur. Et eos quandoque extra dominium principis propter hunc grauius impensa nutrire, & eos qui si domi starent artem suam exercerent, & nunc nihil valeret operari. & postea cum nequeant à malo abstinere. Nam Lucretius, Sanguis semel ore receptus Pollutas nūquam paritur māsuefcere fauces. & peccata tēpore parent. Propterea sapius visum est eos clamare, dum furcis suspendebantur, Ego morior propter talem caporalem, quem nominabant. cogita in quanto pudore & discrimine eum ponūt. & si semel rogauerit vnū ex his sequacibus, quos vulgò in Italia Catulos caporalium nuncupāt, cogetur quotidie ei vices reddere: & si non de persona, saltem de bursa: & tamē durius est de pecunia quàm de persona seruire. gl. fin. in l. hæ operç. ff. de oper. liber. Imò de dominis faciunt se horum sequacium seu catulorum vilium socios, & quasi fratres. & quia nimia familiaritas generat contemptum. l. obseruādum. ff. de offic. præli. c. & si Iudæos. de Iudæis. vbi Panor. dicit hoc procedere in istis rusticis. Bonif. in tract. de nobilitate. parte ij. nu. xij. possumus dicere quòd tandem subditos, ne scelera etiam pro eis perpetrata propalent, aded quòd nunquam quiescunt tot exilia subeunt, tot vulnera, tot mortis pericula. necubi locus tutus ab insidijs inimicorum. & quan

quando perfecisse arbitrantur, tunc incipiunt. pulchrè frater Hieron. de Ferraria in lib. de regim. ciuitatis Florentiæ. char. penul. Albertanus lib. ij. in rub. de consilio inimicorum vitando. & in rubric. de custodia personæ. nam pro vno die quilibet pauper faterit ad vexandum, & fortè occidendum etiam vnū potentem caporalem, quo res conque trahat & vindicet: postea si potest, quoniam peccato scelere aufugient: & nullum hominum genus audentius & callidius Italo paupere, vt suprâ & aliquando reperiet socium; ¶ quoniam communis timor iungit separatissimos. Bald. libro j. consil. c. xxx. Decretum. & aliquando parua sæpe manu innumerabiles hostes fuderunt, vt statim dixi. Et propterea timetur dubius euentus belli. Oldr. consil. l. xij. & c. ca. vlt. char. facit Marfil. Ficinus lib. vj. chart. c. xij. epist. incip. omnino dicēs, quòd vbi mare sæuit maximè in fortuna vt plurimum dominatur, & facillimè fallit, & postea homines ducunt damnum tuum. & charus vindictam. Eras. j. parte Proueb. d. xlvj. Nonne vidimus Collam de Montanis gramaticū ob baculatas, quas (vt dicitur) sibi dari facerat Galecius dux Mediolani, ipsi duci toti orbi tremēdo cautè mortem cogitauit, procurauit, & executioni mādari fecit, & ipse semper à lōge stetit. Crori^o in Chronica de anno M. cccc. lxxv. char. cccc. xij. circa fin. latè habetur in depositione Hierony. Alciati, quæ incipit, Colla de Montanis. Et si caporalis faciēs violentiam alicui ob hos sequaces, cogitet quòd contra suos posteros hoc fabricat. Nam cum ex diuitibus pauperes: & contra quotidie procedat, vt ex rota riqueza fa superbia, superbia fa pouerta, pouerta fa humilita, humilita fa rocheza, riqueza fa superbia. pro quo gl. in l. non vt ex pluribus. in ff. de reg. iur. Et sic semper circumuoluendo nunquam est finis. facit Luca de penna in l. j. C. publi. l. x. tit. lib. xij. col. ij. ponens etiam hos versus. ¶ Nobilitas factum, factus litè parit & arma: Lis odium, carpunt hæc tria mortis iter. non erunt fortè posteri ita potētes, contra quos similes violentiæ etiam patrabuntur. pulchrè text. in a. h. vt omnes obed. iud. prouincie. in princ. & iudicēs talibus resistere debent. Alberti. in proœm. C. incip. quòd niam. col. fi. & eorum precibus iudices quandoque serunt sententiās iniustas: & tunc bene vellem scire si aduertunt ad resumptionē ad quam tenentur damnum passio, vltra pœnam. l. qui dolo. ff. de præuaric. Quinimo his quibus prodesse purant, nocent: nam talis sententia per supremas Curias reuocatur. Claud. in

Monar. Francie. parte j. cap. x. propter. quandoque nullitate
 actorum vel iniustitiã: quia nemo diu gaudet qui iudice vin-
 cit iniquo. gl. in l. in hæredẽ. ff. de calam. Et si fuissent seruata
 seruanda, fortassis obtinisset in meritis: & vidimus sæpe pra-
 stari fauores ad colligendũ fructus qui ferẽ consumuntur per
 socios, vel perduntur, quia vt plurimum immaturi. Et postea
 oportuit resarcire in duplũ cum valore quanti plurimi. Omit-
 to quod nunc eos qui ob eorum potentiã volentes lucrari fa-
 ciunt cum aliquo litigante pactum de quota litis, quia debent
 puniri in tertia bonorum suorum. lex senatus. vbi glo. ff. ad l.
 Iul. de vi priua. Et quod hæc partialitas non solum sit odiosa
 caporalibus: sed instigatoribus & humiliorib. patet, quia pe-
 fas & nephas seruiunt caporalibus. Fely. in c. in literis. col. ij.
 de testib. ipsi sunt qui vulnera & cædes suscipiunt, qui laqueo
 suspenduntur, securi percutiuntur vt caporalibus sint exẽplo:
 ipsi torquentur, trucidantur, & caporales ex causa tollerãtur.
 Albertanus de consilijs dandis, lib. ij. de quotuplici voluntate
 Dei. Est enim lex, aranea tela, quam si quid debile intrat, reti-
 netur: graue autem pertransit, tela resissa. vt Solon apud Laë-
 rium. Mancinellus in sermonib. lib. iij. tit. viij. Codrus serm. j.
 char. xxvij. Erasim. iij. parte Prouerb. cccclxxij. dat veniã cor-
 uis. & c. Ang. in l. ij. ad fin. ff. de priuar. delict. Bon. de nobilitate
 iij. parte. num. xlviij. Claud. super Lucam. est chart. clxviij. est
 vltima. ij. tract. facit quod al cane maigro se apichano le mo-
 sche. l. & an eandem. §. actiones. ff. de excep. rei iudic. vbi Ang.
 Lucas de Penna in l. misi opinatores. ante fin. C. de exact. trib.
 lib. x. in l. j. C. de stud. lib. lib. xj. col. vj. licet & meritò hoc dam-
 net Fortun. in l. j. col. xj. ff. de iusti. & iur. sed interdum, ita sien-
 dum dicit Luc. de Pẽna in d. l. misi opinatores. Cyprianus Be-
 netus in tract. de auctoritate Rom. Ecclesie. char. ix. & seq. &
 gaudent quandoq; caporales de morte talium malefactorum,
 ne scelera quæ eis mandauerunt, propalentur, & vt se fastidio
 & impensã liberent licet fingant dolere, & amicos rogẽt pro
 eorum liberatione. Sciũt enim quod qui committit peccatum
 seruus est peccati. lo. cvij. gl. in l. fi. C. de senten. pas. Imò quã-
 doque seruiunt vni caporali, qui postea eum destruet. vt Faci-
 nus canis dicens equo tuo ronзино, destruo el Guelfo Colo-
 gia el Giebelino. Et Alex. vj. destructis Vrsinis, inuasit Colo-
 nenses. nanq; arma tenenti, omnia dat & c. secundũ Lucanum
 in j. & Nulla fides pietasq; viris qui castra sequuntur. vt Anch.
 conf.

conf. xxxvij. in cip. præmissa. Item est periculosa, armorũ con-
 tractatio ista, vt dicit sapiẽs Mediola. Can de porco, sparauer
 de chaza, & homo da spada non se troua raza. & inspice. Cæsa-
 rem Pompeiũ & ceteros etiam summos bellorum duces quali-
 ter occisi fuerint: sed omittendo eos qui non fuerunt de popu-
 lo electo, inspice quot Christianos, & quod deterius est quid
 de anima eorum. Melius ergò illis esset si remp. regere neque-
 unt. postquam etiam turpe est lucrum quod quis eam guber-
 nando facit. c. militare. xxij. q. j. Ideò fugiendum. Ioã. Lup. in
 rub. de don. inter vir. & vxor. char. xxxiij. col. iij. Et nõ solum
 peccatur conuertendo pecuniam publicam in proprios vsus:
 sed etiam in malè eam ministrando. Fely. in c. olim. col. pen. de
 accusa. & cum quanto periculo & difficultate fit talis admini-
 stratio, nisi adsit diuinum auxilium, Marcil. epistolarum libro
 vj. char. cxxij. † & omne officium per partialitatem obtentum 173
 peccat exercens. vt frater Michael Dominicus in d. tract. char.
 xliij. Melius est ergo artes suas exercere, vel agros colere, vel
 mercari, quàm quotidie arma inutiliter & contra proprios
 quandoque affines tractare. l. si cohartalis. C. de cohart. lib. xij.
 quoniam vt plurimum caporales postea in amicitiam reconci-
 liantur, & ipsi vtrique remanent exosi: quia entia volunt benè
 disponi. v. Ethic. j. Meteor. Imol. in c. nouit. col. iij. de iudic.
 Bald. de pace Constan. circa fi. Et in repet. l. Aemilius. col. pen.
 ff. de minorib. Rosell. Monarchia char. lxxij. in fi. iij. col. pfer
 rim si negotium omnes tangens ad hoc impellat, quia cõmunis
 timor iungit separatissimos. Nic. Boerij in tract. de sedi-
 tiosis. char. xix. post Bal. lib. j. conf. cxxx. Et nescio videre quo-
 modo possint confessores istos parciales absoluere sãtè peri-
 culo recidiuationis quod colligitur: quia non admittũt diuisas,
 ideò non dicuntur pœnitere: & quomodo est reconcilia-
 tus fratri suo, Matth. v. latè frater Thomas vbi s. in viij. funda-
 mento. & in char. cxij. Item propter scandalũ in simili. Ange-
 lica & Syluestrina in verb. cõcubinarius. §. ij. quia clarè liquet,
 quòd facilius quis relabitur ad partialitatem, quàm ad concu-
 binatum: ergo absoluer non si po chi non si pente. vt s. dixi.
 plus dici potest, quòd si aliquis vixit in partialitate, & moriatur
 cum penna vel imagine super birreto, vel cum vestibus seu
 caligis indicantibus partialitatẽ, nisi appareant signa pœnitẽ-
 tiae: quia in manifesto peccato moritur intestabilis. Et sic cor-
 ruit eius testamẽtũ. Bar. in l. j. col. vj. q. vj. C. de sacrosan. Barb.

in c. ingredientibus. col. antepen. de testam. & lib. j. cons. ff. incip. mulcos. Burgos in c. j. col. v. de emp. & v. edi. Archiep. Flor. in ij. par. Summa. tit. x. c. j. §. non ob. Bald. in d. l. j. & Panor. in rub. de testam. col. fi. & Perus. in rub. eod. lib. vj. col. xvj. verb. vltimo quæritur an excommunicatis. quia ipsi loquuntur quantum ad pias causas. Et in quibus minus dubium vertitur: quia non debeat capi elemosyna à peccatoribus. Et prædicta opia indubitatè procedit. si teneamus opin. fratris Michaelis Dominici. ¶ quod partialis grauius peccet. quàm hæreticus: quia omnes indifferenter tenent hæreticum esse intestabilem. & si intestabilis. quantumvis poterit sepeliri in terra sacra. Bertrach. in tract. de episcopo. lib. iij. par. liij. q. xij. frater Thom. Illyricus vbi s. in vij. fundameto. Et frater Michael. Dominicus in d. tract. de Guelfis & Giebellinis. char. xi. vers. quartus labor. c. placuit. xxij. q. v. Hadr. Papa noster in Quodlibetis. iij. char. xxxviii. col. j. Et quia istud de testamento & de sepultura pari potest multa contraria. bene cogita. quia non firmo. licet in dubio tutior via sit eligenda: & sic cauendum ab his partialitatibus. nec se ponere in conflictu opinionum Doct. Ne vltèrius circa rem notissimam insistam. scilicet in testatione huius maledictionis. Ponam aliqua remedia. quæ si adhiberentur. si non tolli. saltem fortè sedari possent istæ partialitates: quia hoc opus hic labor est: nam videtur quasi impossibile secundum Surgetum in Enchiridio militari char. xxxix. & partialitas est passio animi. secundum Bal. in l. j. C. ad l. Iul. Viscel. quæ soli Deo cordium scrutatori nota est. c. erubescant. xxxij. dist. Ideò non facile potest adhiberi medela. glos. in c. vt circa. de elect. lib. vj. in gl. ij. quia semper dicunt inter se illud. Odero si potero: si non. inuitus amabo. gl. in c. turbarum. xxvij. dist. Sed possent obseruari causæ quæ causant pacem. vt Panor. in c. Pisanis. j. not. de restit. spol. Afflictus constitutione. pacis cultum. col. ij. Guil. Rouille in tract. de descriptione iustitiæ & iniustitiæ. lib. j. c. xv. Luc. de Pèna in l. j. C. de publi. lærit. lib. xij. col. vij. & seq. Et auferri quæ causant bellum. Io. de Lign. in tract. de bello. tract. ij. c. v. Laurent. Valla de donatione Constantini. charta. antepenul. ¶ Primò enim quòd Papa qui est pacificus. vt in proæ. rex pacificus. ad quem spectat iurisdictio istorum propter peccatum. c. nouit. de iudicijs. Item propter pacè. vt Felyn. in rub. de treng. & pac. in c. quæ in Ecclesiarij. col. xiiij. de consl.

constit. Iaf. in l. quidam æstimauerunt. col. iij. ff. si cer. per. facit Petrus Subert. in tract. de vinea Domini. v. par. c. v. Barba. libr. j. consil. xlj. illud. col. j. Formularium prouinciale. char. liij. Faceret legem per quam declararet prædictas partialitates esse peccatù mortale: & hoc ad auferendum ambiguitatem seu errorem simplicium. qui putant licere esse partialem quado non habent animù nocendi alicui. l. fi. C. de indic. vid. tol. Et fortè sunt vt serpens tẽpore hyemis. Seneca epist. xlij. & sap. pe maior est infirmitas corporis. dum latet. Hadr. Papa noster. q. x. char. penul. col. iij. Panor. in c. j. de sagittar. Plus enim timetur quod specialiter iniungitur. quàm generaliter imperatur. c. si aduersus. de hæret. lib. vj. Ea enim quàm notabiliter sunt. nisi specialiter notetur. censentur neglecta. litè apud Labeonem. §. hoc editù. ff. de iniur. Bal. in c. cum M. col. antepen. de app. Gard. in cle. j. col. x. vers. nos itaq. de reliq. & vener. sanct. Scrutinium chart. lxxxvij. Nic. Boerij de potestate legati. charta. viij. in prin. j. q. A quo peccato non possent partiales absolui. nisi cù formali pœnitentia vnius ieiunij: qui si fortè ob ægritudinem vel senectutè ieiunare non possent. quòd errogarent Ecclesiæ tantum quantum ipsi cum familia sua vota exponerent tribus diebus in victu. Gerentes autem se palàm persequendo pro caporalibus harum factionum. incurrerent ipso iure pœnam hæresis: & declararentur carere testamenti factione & ecclesiastica sepultura. vt in simili in c. quenquam. de vsur. lib. vj. possit contra eos procedi. per quoscunq. iudices tam ordinarios quàm delegatos seu inquisitores. & tam laicos quàm Ecclesiasticos. ¶ Secundò quòd mādarentur cassari omnia statuta loquentia de Guelfis & Giebellinis. & deleri de volumine statutorum. absoluereq. quascunq. personas quæ inraissent ea seruare. declarareq. irritù & inane quicquid in posterù fieret virtute taliù statutorum. Nec hoc ægre ferre debet ciuitates. vt patet ex prædictis. Imò & si aliqd acquisisset exinde. nam vt inqt Pap. Pius epist. xl. cõtra Dieterù. ¶ difficile enim est quod potestas malis artib. acq̄sita bonis morib. administraretur. Et licet oēs nationes imò & ciuitates peccet in aliquo peculiari: vt colligitur ex Pontano in dialogo. Antonius. c. salutè vobis multà. post med. in toto tẽpore. char. cv. & Philephus lib. v. epist. j. incip. Video te esse. Et de Ferraria Butrius consilio. xlvj. De morte. sed pro ea Bolog. in Theodotiana. in verb. hoc saluo. est char. xliij. & de Genua Papa Pius epist. xlij. ad Archiep. Genuens. Dan

Dantes in Inferno. canru. xxxiiij. in fin. & de omnibus linguis quas deridet in speculo vulgari de penitentia. char. cxx. quartæ sit melior. Albert. in Dictionario. in versic. lingua. & Coctes de Phisionomia. lib. j. c. vij. tandem ceteri omnes defectus nihil esse videntur respectu huius maledictæ partialitatis.

¶ Tertio quia nomen Giebellini & Guelfi est generalius nomen factionis in Italia prohibere sub pœna peccati mortalis ne amplius nominaretur, à quo peccato quis absolui non posset nisi cum pœnitentiâ formali de totiens genibus nudis flexis deosculandi terram quotiens talia nomina protulisset. Exemplo illius iurantis, de quo Barb. in. c. j. de iur. cal. col. iij. Et idem in alijs nominibus factiosis generalioribus secundum diuersitatem prouinciarum: liceret tamen illis de aliqua parentela etiã quod haberet nomen factionis se de ea nominare, dummodo de ea verè essent: alias non caueant etiam agnationes ab huiusmodi passioibus: quoniam sunt ad instar negatiuæ, quæ quicquid inuenit, destruit: & si inuenit semetipsam, & semetipsam destruit: & facit affirmatiuam. Barb. in. c. in nostra. col. ij. de rescrip. Luc. de Penna. in. l. ij. C. de præd. tamiacis. lib. xj. Et multi in principio guerræ. nondum nati sunt, qui ante finem illius, multo labore, multis ærumnis, aut senescunt, aut misèrabiliter finiunt. Alberta. lib. ij. rubr. de consilijs dandis. col. vj. Et Sallust. circa med. Iugurthini, quod omne bellum sumi facile est, cæterum acerrimum desinere non in eiusdem potestate in itis eius & finem esse incipere cuius etiam ignauo licet, deponi autè cum victores velint. & Isocrates in oratione de bello fugiendo incip. omnes in opere. col. xvij. dicit quod non solum hæc pauperiores nos reddidit, & plurima pericula sufferre coëgit, sed & vicinis omnibus odiosos præstitit. ¶ Quarto quod exhortarentur principes ad expellendum factiosos & partiales ab eorum curijs ne alios inficiant. Barb. in proœ. clem. in. §. salutem. col. ij. num. viij. Albertanus de Amicitia malorum hominum vitanda. & aduertere quando cõcedunt insignia seu arma ea taliter variare coloribus, quod nisi cum difficultate possint cognosci, an sint de vna factione, vel alia, vel vnicuique cõcedere duo arma vnam cõtrariam alteri, prout in ta, petis antiquis visum est, in quibus ab vno latere erant arma vnus familiæ depicta modo Giebellino, ab alio latere modo Guelfo, quod erit facile solum in mutatione colorum. & quia isti partiales etiam inueniant eam in imaginibus sanctorum, prohi

prohibere sub pœna excõmunicationis ne quis in posterum au deat baptizare arma, vel insignia pro Guelfis, vel Giebellinis, seu pro aliqua factione seu partialitate. & si plenè circa hoc prouideri non posset, non esset multum curandum: quia quotidie etiam videmus addi & detrahi in armis & insignibus. Guil. le. Monferrat in tract. de success. reg. char. ix. col. ij. plures vtuntur armis de vna factione, & ipsi sequuntur factione aduersam: imò in vna ciuitate sequuntur vnam factionem, & in alia sequuntur contrariam: imò quis secutus fuerit decennio vnam factionem, postea abiurabit illam etiam per instrumentum, & assumet aliam. vt dicit Fely. in proœ. Gregoriano. col. antepe. Bald. in tract. statutorum. in verbo, Giebellinus. imò in eadem agnatione vnus sequitur Giebellinos, alter Guelfos: & hoc contingit etiã inter fratres, imò & inter patrem & filium. ¶ Quinto quod daretur magna indulgentia semel in anno abstinentibus à vestibus diuisatis seu virgatis in ipsis, & personis seruatorum, & sartoribus abstinentibus à confectione talium vestium. Quibus si puri vti vellent, tenerentur si plures seruitores habent induere vnum de vna parte alium de econuersa. Et si vnum duntaxat haberet quod vteretur veste contraria, caligis, vel econtrã; vel si vna vice vestiat eum diuisatum ab vno latere, alia sequenti vice qua ei vel alteri vestes faciet, vestiat econtrã, vel vtatur diuisis & virgatis ita minutis ab vtroque latere quod inducant verisimilem difficultatem, cuius factionis seu partialitatis sint prout videmus in vestibus modernis Heluetiorum. vel quod principes omnes statuerent quod omnes sui subditi vtentes vestibus diuersorum colorum seu diuisatis vel virgatis eis vtantur omnibus virgatis: vno modo seu latere ab vno, ita quod non possent iudicari nisi omnes de vna parte. Et vidi aliquos prudentes Italiae principes qui solebant cum curia sua deferre vestes de vna parte; & cum redibant ab aliqua patria & ipsi, & Curia erant induti de alia parte. & nihil melius possunt facere quàm esse & ostendere se neutrales. nam ad formam regis sequitur orbis & Claudianus, Componitur orbis Regis ad exemplum, refert Vdalr. in. l. ij. ff. de origine iuris. col. xxij. Idem Claudianus inquit Mobile mutari semper cum priacipe vulgus. refert Mathæus Bosius epist. xxxj. incip. quod ardebam. & qualis est princeps, talis est populus. Aegid. de regim. princ. lib. j. c. xj. frater Benedict. Monzetus in suo somnio ad Papam Iulium. ij. in fin. dicens, quod principum vita censura est: quia qualis princeps tales

tales reliqui ciues esse solent, qui ad illius exemplum cōponuntur: quod princeps facit dicitur facere populus, frater Syluester contra Lutherum, char. cxxxviiij. est lib. ij. c. vij. Guillelmus Rouille in descriptione iustitiæ & iniustitiæ. lib. ij. c. xvij. col. fin. Claudius in Monarchia Franciæ, part. ij. c. xij. in fin. Gilbertus in quæstion. post. ij. Oecon. philosophi. char. xij. vbi allegat Isidorū. Barba. in c. si clericus laicum. num. xxj. de foro comper. ¶ Sexto quia facta l. reperta fraus. c. auaritiæ. de elec. lib. vj. §. quoniam nulla. in procem. clemen. esset vtile vt officio dinito quod sit die Veneris sancti vltra orationē quæ ibi dicitur pro pace habenda, adderetur oratio specialis ad rogand. profedatione harum partialitatū. Quodq; qualibet Dominica Palmarum omnes predicatorē tenerentur predicare vnum sermonem in detestationē huius partialitatis, & potius illa die quæm altera, quia conuenit paci propter palmas. Item quia solet predicari post prandiū, & multitudo populi maior interest. Item quia etiam iniqui tunc incipiunt de anima cogitare. Igitur ex his & alijs inuestigandis possit fortassis si non tolli, saltem paulatim sedari partialitas, prout & habuit principiū. secundum Bart. & Doct. antedictos, quia nihil sub sole perpetuum. pulchrè Bal. qui moraliter loquitur assignans rationem naturalem. l. si vina matre. C. de bon. mater. Etenim omnia orta occidūt, & aucta senescunt. vt Sallust. in princ. Iugurthini. & quando faciunt religiosi fratres eorum congregationes seu capitula, quia propter confessione cognoscunt aegritudinem, possent inuicē conferre, & cogitare de remedio quod Deus opprimis illis de facili inspiraret si recta fide & in sinceritate ambularent, & populis etiam coram principibus predicare: & si religiosi illi dissuadent bella Heluetij quæ ipsi cōmittere solent pro sua republic. quanto plus ista intestina, vt in epistola beati Rhenani ante orationem Marcelli Virgilij, de laudibus Militiæ, quæ incipit, orationē. & etiam sua interest, quia in confessionibus absolunt impenitentes, vt s. dixi: & sic ambo in foueam cadunt, & sic possent sedari hæ partialitates. Claud. in Monarchia Franciæ. parte j. c. iij. nam quicquid ligatur, solubile est. §. disponat. circa fin. in athen. de nup. & quicquid nascitur, mortale est. Bal. in l. j. G. de his qui ante apertas tabulas Et prout illas cessasse in Alania asserit Beneuenutus de sancto Georgio in d. tract. de origine Guelforum. hæc volui scripsisse contra partialitates zelo pacis & charitatis, qua sola cognos-

gnosceimur filij & hæredes Christi. & libet commemorare verba Isocratis in fine orationis, de bello fugiendo. Iuniores autem ac dum magis quàm ego ingenio & ætate vigêtes partim cohortor, partim iubeo in hoc genere plura tum dicere, tum scribere: si quidem hac via maximas ciuitates, & quæ alios subingum mittere consueuerunt ad virtutem pariter ad iustitiam perducent, vsque adeo vt Græcia rebus omnibus florere, & rei literariæ status in melius prouehatur. & in fine orationis Panegyricæ dicit: At qui de eloquentia contendunt, fatius esset iudiciale huiusmodi genus aggredi, & alias nugamittere, cum hac oratione certare & mète reuoluere, quomodo mihi super his rebus differendo superiores sint. Illuminet Deus corda hominum vt aliquis saltem vulgariter ad instructionem rudum cōtra has malignitates partialitatū aliquod opusculum edat leui impensa habiturum, & leui labore lecturum. Habes ergo ex prædictis enucleatam hanc quæstionē, Nūquid sit vtile nubere. Et ne relinquantur in suspenso prout Medicus, de quo per Præp. in c. de muliere. ad fin. de sponsal. qui dicebat recipe nescio quid, & liberabitur nescio quādo. & gl. in l. ij. ff. ad l. Aquil. qui dicit, soluat Apollo. à quo Petrus fuit plenè instructus. secundū Cy. in l. certi iuris. col. iij. C. loca. Erat enim apud Gentiles Deus sapientiæ. secundū Ang. in l. fidei iussor. §. si ff. de fidei ius. vel dicam inquirat alius. gl. in §. naturalis. si de fend. su. cōtrouer. in verbo, si quis. in fin. & gl. seq. vel ne remaneat in circulo disputationis sine solutione. gl. in l. Claudius si qui pot. in pig. hab. quam refert Aluar. in §. item sacramenta. col. iij. de pac. in. fir. vel dicam sub iudice lis est. gl. in l. si creditor. C. de pig. act. malo subire periculum determinationis, vt docet Card. in procem. lect. cle. col. ij. ne dicar facilius mouere dubia quàm soluere. Aret. consi. xiiij. viso. col. viij. Aegidius de regim. princ. i. lib. ij. parte. ij. c. ix. Guillelmus Rouille de descripuone iustitiæ lib. ij. c. ix. alegando Paul. de Cast. qui hoc ponit in l. fin. C. de sum. T. in. & facilius est destruere, quàm construere. frater Hieron. de Luca in tract. de cambijs, char. pe. licet ignorantia vinculum, soluere sit impossibile. secundū Philosophū. iij. Metaph. quem refert Liber Mirabilis prophetiæ, chart. ix. c. iij. præsertim cum sit materia quæ magis intellectu percipi, quàm verbis exprimi potest. l. quo enim. §. j. ff. rem rar. hab. ideo ne tetrum desinat in piscem mulier formosa superne. Præpof. in c. vt debitus. col. xv. de app. Concludo esse vtile nubere,

- 19 Senes in quo differant à iuuenibus in materia cōsultationis.
 20 Opinio communis vt particulari præponatur debet esse lege
 fulcitur.
 21 Regula ratio iustitiam ad eius intellectum operatur.
 22 Ratio naturalis quid legibus & veritati afferat.
 23 Doctorum authoritas vim legis habere dicitur.
 24 Papa magister & loquens potest communem opinionem
 confundere, non obstantibus quorumcumq; etiam doctissi-
 morum opinionibus.
 26 Stante doctoris varietate cui illius opinionum stabitur. vsq;
 ad num. 34. & 35.
 27 Alexander dicitur lucerna ardens, cathedra iuris ciuilibis &
 aureus doctor.
 28 Miranda canunt sed non credenda poetæ.
 29 Doctori sibi in consulendo contrario an sit credendum.
 30 Notitia totius vix haberi potest nisi distinctis & cognitis eius
 partibus.
 31 Conditiones in lege non subintelliguntur sed exprimuntur.
 32 Doctori distinguenti staudum est tanquã magis veritati pro-
 pinquo.
 33 Indistinctè volens casum aliquem decidere necesse est vt in
 confusione labatur.
 34 Leges non intelligens non debet eas allegare.
 35 Regula quòd stante doctorum varietate sequatur communis
 opinio recipit plures ampliationes.
 36 Doctor legum legere incipiēs recipit sibi nomen clarissimū.
 si xxx. ann. legit vocatur illustris, dux, vel comes.
 37 Consiliarij principum sunt illustres.
 38 Magistri persona debet erga suos auditores esse honesta.
 39 Verba obscura in legendo sunt euitanda.
 40 Doctor sine scientia est vt comes sine comitatu.
 41 Argumentum de bonitate scholaris ad bonitatem doctora-
 tus admissibile est.
 42 Magister nobilitatur per scholares, pater per filios, præses
 per subditos.
 43 Docere plus quàm doceri fatui est.
 44 Afsiduitas in literis multùm prodest, & ea deficiente nõ præ-
 sumitur quis in eis eminens.
 45 Tradita in scholis discutienda sunt in cameris & practican-
 da in curijs.
 46 Doctor malus vix faciet bonum scholarem.
 47 Aer temperatus multùm confert ingenio.
 48 Electus ad distribuendum bona pauperibus an in casu neces-
 sitatis possit pro se retinere.
 49 Necessitas non potest legis doctorem augere.
 50 Mercator vix potest Deo placere, cum absq; mendacijs vix
 possit negotiatio talis exerceri.
 51 Scientia non acquiritur nisi cum labore & diligentia.
 52 Venter pinguis pinguem sensum facit.

Ignarus

- 53 Ignarus præsumitur qui pauco tempore studuit.
 54 Doctoratus gradum indignè suscipiens peccat.
 55 Scholaris debet septem habere conditiones.
 56 Scientia in omni ætate est acquisibilis, nec est ætas ad hoc fera.
 57 Prælegijs scholarium gaudere volens qualis esse debeat.
 58 Sapientum multitudo est orbis rigor & sanitas.
 59 Ciuitas Venetia illustris dicitur & paradysus deliciarum.
 60 Nulla fides pietasq; viris qui castra sequuntur.
 61 Communis opinio est in sequenda nõ obstante veritate con-
 traria opinionis.
 62 Ampliatur regula quòd communis opinio sequatur etiam si
 aliquando contra eam fuisse iudicatum.
 63 Communis opinio excusat iudicem ab omni incommodo.
 64 Regula quòd communis opinio sequenda sit multas limita-
 tiones recipit.
 65 Consuetudo habet vim decreti iustitiæ.
 66 Opinio vnus doctoris sancti, sacre scripturæ autoritatibus
 munita, præferenda est communi.
 67 Communis opinio cõuinci potest per casum legis vel ratio-
 nem concludentem.
 68 Communis opinio rigorosa confunditur per aliam mitiorem
 & æquiozem.
 69 Opinio Imperatorum non potest dici communis.
 70 Iudex potest ex causa recedere à cõmuni opinione & etiam
 à lege.
 71 Sententia contra communem opinionem lata non semper di-
 citur iniusta.
 72 Regula quòd communis opinio est sequenda limitatur vbi
 esset in terminis quæstionis quæ agitur.
 73 Communi opinioni non statur quando causa contra quã stat
 esset valde fauorabilis & privilegiata.
 74 Communis opinio non potest dici partialis aut diuisa.
 75 Lex ciuilibis dicitur cum diuina concordare.
 76 Iustitia dicitur omnium virtutum præclarissima.
 77 Iustitia in multo præualet medicinæ.
 78 Medicinæ ars non est legali æquiparanda.
 79 Iurisperiti possunt dici Philosophi.
 80 Lex ciuilibis ad nil aliud tendit quàm ad minorum præcepto,
 rum obseruantiam.
 81 Verum non potest ex falsis concludi.
 82 Prudentum & sapientum dicta non carent ratione, & legis
 vim habere dicuntur.
 83 Scientia logicalis nõ est ad iustitiæ obseruationem necessaria.
 84 Scientia dialectices non est legitiua necessaria.
 85 Metaphysici an sint legistis præferendi vel æquiparandi.
 86 Iurisperitus maioris est autoritatis quàm metaphysicus.
 87 Iurisperitus præferendus est medico.
 88 Casus à iure non expressus aut decisis iudicis relinquitur di-
 spositioni.
 89 Bonus vir quis dicatur.

D d 2

- 90 Iudex debet habere saltem sciētiae & cōscientiae, aliās mens eius diabolica esset & insipida.
- 91 Requilta in iudice sex sunt.
- 92 Iudex debet aequitatem & veritatem obseruare & se iudicio diuino conformare.
- 93 Iudex debet auaritiā cauere: est enim mater omnium vitiōrū.
- 94 Auarus non praesumitur fidelis.
- 95 Pecuniā dans pro obtinendo beneficio praesumitur animam habere malefaciēti.
- 96 Iudex an & quando possit licitē salarium recipere pro sua iudicatura.
- Iudex ecclesiasticus an absq; simonia possit exigere salarium pro suo iudicio à partibus litigantibus.
- 97 Iudex ordinarius debet esse contentus stipendio principis.
- 98 Munera excacāt oculos sapientū & mutant verba iustōrū.
- 99 Iudici an & quando & à quibus liceat pro iudicatura esculentia & poculenta capere.
- 100 Principibus licet à communi pro pace & repub. tuenda gabellas & alia pedagia recipere.
- 101 Sēctia lata per iudicē pecunia corruptū est ipso iure nulla.
- 102 Iudex male iudicans quod damnum incurrat.
- 103 Iudicium corruptum damnabilius est yfura.
- 104 Iustitia quare similitudine staterae depinguatur.
- 105 Consulere habentes de rebus dubijs quid debeant animaduertere.
- 106 Sententia lata breui tempore praesumitur defectuosa.
- 107 Deliberatio in iudicijs quid operetur.
- 108 Celeritas quandoq; praevalet virtuti in rebus bellicis.
- 109 Iudex debet esse virtute potens.
- 110 Res iudicata habetur pro veritate & tribuit ius nō habenti.
- 111 Iurisperitus debet ante conclusionem integrum possessorem de primo ad vltimum considerare.
- 112 Veritas dicitur in omnibus principatum habere.
- 113 Veritas mater est iustitiae.
- 114 Veritatis vis maxima.
- 115 Veritas omnia vincit, nec ab aliquo laedi potest.
- 116 Iudex potius debet scandalum permittere quam veritatem omittere.
- 117 Iran diuinam in se prouocat qui veritatem opprimi perspicuens eam pro viribus non tuetur.
- 118 Iudex debet in oibus suis iudicijs diligēter veritatē ingredi.
- 119 Testes in iudicijs producti cauere debent ne partibus sed veritati faueant.
- 120 Iudex praesumens testem esse suspectum debet eum cautē ex suis dictis inuoluere.
- 121 Iudex an semper debeat iudicare secundum allegata & probata, an, vt sibi constat, propriam insequi conscientiam.
- 122 Probatio & fides testium tota est in iudicis arbitrio.
- 123 Testi singulari, si nobilis sit, potest fides adhiberi.
- 124 Depositioni verisimili debet iudex adhaerere.

Et vt



T vt melius possit colligi quae opinio ex procedentibus tenēda sit, videamus quā opinio nē debeat iudex sequi in iudicādo. hanc quaestionem latē posuit dom. Matthaeus de Matheslanis in suo tract. de elect. verioris opinionis cuius doctrinam videtur sequi Angelica & Pet. de Rauēna in suo alphabeto. in ver. opinio. latē tradunt Stephanus de Federicis in tract. de interpretatione ll. vlt. char. vbi ponit vij. regulas. & Paris de Syndicatu in vers. iudicare. tradunt etiā Panor. & Canonistae in c. j. vlt. char. de cōstit. vbi Barb. Felyn. & Decius ponētes regulā & fallentias. pulchrē Salomonius in repet. §. responsa. instit. de iur. natur. gen. & civil. nam quam quisq; nouerit artem in ea se exerceat. Euripides, quem refert August. Dathus in lib. j. epist. incip. accipi tuā. Quibus addam plura hincinde collecta. ¶ Sit ergo Regula, q¹ in iudicando iudex debet sequi communem opin. Doct. c. nouimus. de verb. sign. ibi, & quorundam sit opinio à pluribus approbata. l. j. ff. de offic. quaest. ibi, & sanē crebrior apud veteres opinio. est bonus text. institut. de hered. institut. in princ. ibi, plurium sententias & c. Bartol. in l. ij. C. de pēn. iudic. qui mal. iud. Barbat. latē in clem. ne Romani. de elect. Ias. in authen. no. uissima. vj. col. C. de inoffic. testam. in l. si is qui pro emptore. col. lxvij. ff. de vsucap. in l. sciendum. §. fin. col. penult. ff. qui facti. cogan. vbi dicit, non esse recedendum à communi opin. propter nouas fantasias, & quōd iudicans contra communem praesumitur per imperitiam. hinc dicit Ias. in l. j. §. subla. ta. col. iij. ff. ad Trebel. quōd quando Doct. dicunt ¶ quōd est 2 communis opin. illud est bonum verbū in practica, & creditur Doctōri sic attestanti. Ferdinandus in repet. §. diui. num. xcij. & num. ccccxlj. ¶ quōd contra eam iudicans est nimis igno- 3 rans. facit Tremolus in addit. ad practiam Bonacursij. chart. xxvij. col. ij. Alexand. lib. vj. consil. xxv. viso processu not. ij. in l. ij. col. iij. & iij. ff. de iure iuran. vbi dicit quōd debemus sequi cōmunes opin. & non adhaerere singularibus opin. & in tract. de iur. emphæ. col. xx. vbi bona apostilla, & in iudicando non est recedendum à communi per argumenta scholastica. Felyn. in cap. ex officij. col. vij. versic. iij. de praescript. Ioan. Francisc. Mirando la lib. de fide & ordine credendi. theomate xvij. Fabianus de monte S. Sabinæ. in tract. de emp. & ven. char. xv. col. iij. Et in v. quaest. col. vij. refert Bal. in l. nemo. C. de sent. &

Qui tra-
dent hanc
questionē.

D d 3

interloc. om. iud. quod magnorum virorum exempla sequenda sunt. dixi in iij. & v. ratione, quod sit vtilè nubere. & idè Bald. lib. j. consil. clxij. punctus quaestionis. col. ij. dicit, quod non audeat damnare quod totus mundus approbat, quia iudiciū populi vniuersi non contempseris vt inquit Sapiens. & Ioā. Fab. in proœmio instit. col. ij. facit Platina de optimo ciue, libr. ij. chart. vij. frater Bernardinus de Buzi in Defensorio montis, char. xliij. col. & dicit Bal. lib. ij. vltimæ impressionis cōf. cxij. quod raro bene loquitur qui contra omnes loquitur. plura al legat Curtius cons. xlix. quod incipit memorię. col. xxx. vbi dicit quod relinquens communem opin. benè fundatam præsumitur per imperitiā iudicare. pro quo Igneus in disput. an rex Franciæ recognoscat imperatorem. col. iij. & M. Var. dicens, quod cōtra omnes sapere, delipere est. sequitur Ferratius alia adducens. cautel. xxxj. incip. manifestum. latius idem Curtius consil. lvj. quod incip. super eod. col. iij. Decius consil. c. xxxj. ad fi. Et in prædictis locis isti moderni infinitas Præscorum autoritates allegāt. Et dicit gl. in reg. Cancel. xxxij. chart. fi. quod Martin. gl. semper erat solus in opin. suis. ¶ Et ita sciendum exemplo Iurisconsulti, quem refert Monferrat. in tract. de success. regum. chart. xj. in fi. Et dicitur cōmunis opin. de iure non aperto ab omnibus probata sententia. secundum Salomonium in repet. §. responsa. instit. de iure natur. char. x. 4 & char. fi. vbi paulò infrā subijcit, ¶ quod iudex debet esse non iuris nouator, sed religiosissimus obseruator, & quod in scholis nascuntur, crescunt, senescunt, intereunt communes opin. ex scholis in iudicia exeunt, atque probantur. Et sic contingit quandoq; quod vna erit communis vno tempore, & contraria alio tempore. Ias. in l. ferendum. col. x. ff. de verb. oblig. non tamen propterea debebant destrui gesta illo tempore virtutalis communis opin. secundum Imol. quem refert Salom. vbi s̄. & dicitur cōmunis opin. illa quæ plurium Doctorū illustris testimonio cōprobata est. Ias. in l. ij. col. j. C. de instit. & subdit. Ferratius d. cautel. xxxj. Ant. de Prato in tract. de secund. nupt. char. viij. col. iij. & Hadr. Pap. noster in quodlibet. q. j. est chart. vij. col. j. dicens opin. antiquorum propter autoritatē equiparari saltem multitudini modernorum. & dicit Alex. libr. vij. consil. ccij. viso rhemate. ante fi. ¶ quod dicitur cōmunis, quando Doct. maioris ponderis & autoritatis sunt pro ea. Et faciūt iura superius allegata: nec in hoc placet mihi illa differentia

tia quam aliqui faciunt inter Doctores antiquos & Modernos, prout Paris de Puteo in tract. de Syndicatu. in verb. iudicare. c. an si iudex qui dedit. col. ij. Practicus Papi. in for. capitulorum ad æternā rei memoriā. in fi. vbi dicit, quod Moder. ita sunt pōpositi vt nihil reputent scire, nisi legē faciant per se. Præpos. in c. de quibus. xxj. dist. facit tex. in c. hoc ipsum. circa med. xxxij. q. ij. quia eam non attēdit. Calcan. cons. xxxvj. tota col. pen. & cōtra ponentes nouas opi. inuehit Io. Fab. in §. j. instit. de act. bonus tex. in c. relatu. xxxvij. dist. Et pro senibus Ias. in l. cū quid. ij. lect. col. fi. ff. si cer. per. & Cepol. in tract. de imper. mil. delig. char. j. & ij. vbi enumerat l. priuilegia senectutis. & Dec. cons. liij. col. dicit præferri maiores. Scrutiniū char. x. & pluribus seq. Lifoperita char. xxxix. conclus. ix. & conuisione v. gl. in cle. dudū. de sepul. in verb. probatas. Io. de Ana. in rub. de delic. puer. Socin. lib. iij. cōf. xcviij. aliās consului quod non esset multū curandū de modernis, qui se in varias sententias & legendo & consulendo diuidunt. Per. de Lesnaudiere in tractatu de Doct. iij. par. q. vlt. & iij. par. q. xxix. vbi in fin. tacito authore refert illud dictū practici Papi. facit Salomonius in §. responsa. char. x. q. ij. Barb. in c. j. col. j. de iur. calum. Maphæus Veg. de educatione liberorū. circa med. libr. iij. Card. Papa in epistolis. & dicit Ang. in l. senium. C. qui test. fa. pos. plus valet vmbra senis, quàm sensus iuuenis. Fely. in c. si qui test. col. pen. de test. Io. Montolon. in Promptua. lur. in verb. antiquus. & dicit Ang. in l. j. §. pueritiam. ff. de postul. ¶ quod aduocatus iuue- 6 nis est cōfusor litiū. latè Bolog. in reper. authen. habita. C. ne fil. pro pat. col. xxvj. & Catella. ij. parte Memorali. in verb. nu- 7 priarum causa. ad fi. refert Bart. dicere quod antiqui Doctores magna veneratione fuerunt præstatiōes modernis, pondere, numero, & mēsurā. pro quo Præpos. in c. literas col. ij. de frig. & mal. & dicit Bal. in c. ij. col. iij. de postul. prælar. quod nemo eligit iuuenes duces. facit Had. Papa noster quodlibetis ij. est char. xx. col. iij. quod in deliberationibus incipimus à iunioribus, ne formidatē recedere à sententia antiquorū. Codrus sermo xj. incip. nescio vbi. est chart. xxiiij. & in modico tempore non potest quis multa addiscere. gl. in verb. instructis. in cap. tum ex literis. de in integ. res. Et experientia est rerum magistra, vt dixi in v. ratione partis affirmatiuæ: idè in electio- 8 nibus iuuenes incipiunt loqui, & referunt diffinitionem antiquioribus. Gaspar P. in l. imperium. col. iij. vers. vj.

limita. ff. de iur. om. iud. & iuvenes sepe errant in practica. ut Ias. in l. post. dot. col. antepen. ff. sol. matr. est nu. c. ij. Alex. in l. quod meo. col. vj. ff. de acquir. pos. prout. refert. Bal. in tract. de prescrip. in reper. l. Celsus. colum. xxix. circa. si. at. senes sunt adeo practici & instructi in regulis iuris & doctrinis. quod eo ipso quod audiunt casum etiam extraneum, accommodant se regulis. Et si in casu illo æquitas repugnet, sequitur æquitate fundamentum iuris. l. j. ff. de instit. & iur. & quæ facit fallantia ad regulas ubi dixi: & sic de raro errat etiam sine reuolutione chartarum: ¶ intellige de Senes qui bene studuit in iuuentute: nam si expectet quod sint senes, labor est eis nimis grauis, hinc Pich. præceptor meus sepe allegabat illud Catonis. Fac tibi succuranti iuuenis quæ feceris ipse. ideo dic quod senes & iuuenes sunt laudandi. Luc. de Penna in l. j. C. de consuli. lib. xij. Rosarium Busti. j. parte serm. xxix. litera, g. & serm. xxxj. litera, t. ubi dicit, quod inter antiquos & Moderni illi magis adherere debemus, qui magis habet rationem & veritatem. facit Guilielmus Rouille de descrip. iustitiæ lib. iij. c. ij. & lib. iij. facit quod scholaris iuuenis bene doctus præfertur antiquiori indocto. Bon. in tract. de nobilitate. iij. par. nu. lxij. & lxxvj. Moder. in l. cum quid. ff. si cert. pet. Cepol. de imper. mil. delig. col. pen. dicit tamen Lauren. de Rodolphis in tract. de vsur. par. iij. col. xij. quod in collegio qui prior est in tempore, prior est in sedemõ habita distinctione, an primus sit secundo deterior: & quod videmus præcedere eum qui non esset dignus soluere vincula calciamenti sequentium: & ibi assignat rationem, quia ista nõ possunt faciliter cognosci, & vt tollantur scandala & inuidia si ad imparia iudicarentur. Et dicit Alberi. in l. sed licet. ff. de g. offi. præ. ¶ quod plus seruari debet opinio parui Doct. legero borata, quam magni sine lege. & dicit Hostiæ. in summa detest. cog. §. in quibus. circa med. quod ipse recedit ab opi. antiquorum, quia pleræque mentiuntur senes, & iuuenes sunt laudandi. Luc. de Penna l. j. C. de consuli. lib. xij. Et ista differentia posset procedere quando antiquiores viderent omnia fundamenta quæ faciunt posteriores, attento quod dicta antiquorum diutius fuerunt ruminata, & steterunt ad supplicium tanquam aurum in fornace. & etiã quia senior bos grauius figit pedem: vt inquit Hier. quem refert Ias. in l. si seruum. §. sequitur. vlt. not. ff. de verb. oblig. Erasim. Adag. chart. xiiii. num. xlvj. ij. parte Prouerb. xlj. facta iuuenum consilia mediocriũ. nota senum.

Quãdo senes
vident
fundamenta
iuuenis.

senum. Et propterea ad seniores recurrunt iuuenes ad vocati ignari, tanquam ad expertos negotiorum. Ias. in l. aduocatos. in verb. aduocatos. ff. de var. & extra. or. cog. Sed quando Doct. Moder. teneret cõtra antiquos, moti ex aliqua lege vel ratione ad quam verisimiliter non aduerterunt antiqui, tunc putarem non procedere hanc differentiã: iniquum est enim dicere quempiam voluisse tenere contra eum cuius fundamenta non vidit. dixi s. in quæstione, an vidua perdat propter adulterium. Sequitur ergo tunc quod dicit Philosophus, quem refert frater Isidorus de regim. prin. lib. iij. c. viij. quod omnis doctrina omnisq; disciplina à iunioribus in dies perficitur. Idẽ vult Pet. de Vbaldis in proem. sui tractatus de quarta canonica, dicens quod antiqui dederunt nobis principia quæ successiuis natura & ingeniorum beneficijs suscipiunt incrementum. Et Cicero in princip. Tusculanarum, dum agit de Latinis, quod habuerunt à Græcis. & in j. char. Topicorum ad Trebatium, quod nulla res à principio in republica videtur sufficienter promulgata. Specul. in proem. sui operis. col. iij. vers. ceterum. pro quo Columel. de agricultura, quod nulla est ars quæ singulari consumata sit ingenio. Afflictus in proemio constitutionum regni. col. ij. Et faciunt plura quæ tradit Carolus Borbonicus in processu fidei. parte ij. artic. v. vsque in finem illius secundæ partis. Est ergo necesse fateri ex quo iuniores viderunt scripta antiquorum, sunt perspicaciores. gl. in l. Gallus. in prin. in verb. filius. ff. de lib. & posthum. facit, quia in dicto debemus tenere opi. præceptoris, vt infra dicam. & tamen communiter præceptores sunt Moder. facit Philosophus ij. Rhetoric. quod tam iuuenes quam senes habent quosdã mores laudabiles, quosdã vituperabiles. vt refert Afflictus in cõstitutionib. regni. chart. cxix. col. j. vers. x. requiritur. facit Aug. de Arrimino in additis ad Ang. in Maleficijs, gl. comparent dicti inquisiti & cõstentur totum. col. j. ubi dicit, ¶ quod plura habemus etiam singularissima quæ ignorabant antiqui. ideo nunc sciẽtia est longè excellentior. Et videmus quod vna opin. vno tẽpore fuit communis, & nunc contraria est communis. Ias. in l. venditores. ff. de verb. oblig. facit, quia antiqui non potuerunt ita veritatem inuestigare sicut Moderni. par. in l. si seruum. §. sequitur. quia senes peritiam tẽpore perierunt. Ias. in l. si seruum. §. sequitur. Ias. in l. si seruum. §. sequitur. Ias. in l. si seruum. §. sequitur. Ias. in l. si seruum. §. sequitur.

magis communiter urgebantur repere et non id quod
 tamē dicit Bal. in c. j. col. iij. vt lite nō
 confest. quōd semel verū semper verum. Non tamen facio con
 sequentiā. Talis est vltimus doctor, & vidit omnes Doct. an
 tiquos. ergo melius sentit. Ang. in l. j. in princip. ff. de appellat.
 ad prædicta facit Rota in nouis decisi. cccclix. incip. circa ter
 tium. col. si. dum loquitur de Collectario, dicens quōd fuit v
 ritimus & practicus Curia. faciūt quæ dixi in si. mei inuentarij li
 brorum vtriusq; iur. in ij. q. an oporteat habere plures libros,
 dum loquor de interpretatione. Et dicit Curt. in rep. l. admo
 nendi. col. lxxv. vers. xxxiiij. quōd quotidie in nobis generātur
 nouæ intellectiones & meditationes, & quōd antiqui non vi
 debāt originaliter: idē quādoq; errabant vnus post alium. al
 ter dicebat quod erāt sicut grues, vt vna sequatur aliam absq;
 vltiori inuestigatiōe, nec maiori irrogatur iniuria si minor
 veritatem inuestigauerit: quia Deus multa abtēdit sapienti
 bus quæ paruulis reuelauit. Alber. in proce. C. incip. quoniam.
 col. iij. dicam statim. Barb. lib. j. cōf. vj. col. pen. & cōf. xxvij. scri
 psit doctissimus. col. xx. Et cōf. xxvij. scripsit bellissimē. col.
 iij. Arist. par. v. problē. xlv. & in rub. C. qui admit. col. viij. in si.
 Bal. in c. significauit col. si. de rescrip. dum loquitur de Catoli
 quone qui erat tunc vltimus. Scrutinij char. lxxvij. Bustus in
 Defensorio mōtis. chart. xxij. col. j. Fely. in c. proposuisti. col.
 si. de pbat. Rota in nouis decisi. cccclix. circa iij. col. fin. † Sæpe
 enim Deus reuelat minori quod celat maiori. Host. in proce.
 summa. col. ij. Io. Blanchi. in p. cōm. summae feudalis. Alber. in
 proce. C. incip. quoniam. col. iij. pulchrē Barb. de Card. in si. ij. q.
 in c. pposuisti. col. xiiij. de pbat. Pich. in rep. §. Titia. col. lxx
 iij. allegās illud Ouid. Sæpe necat morsu spaciosū vipera rau
 rū, A cane nō magno sepe tenentur aper. facit bona gl. in auth.
 de mona. in §. ordinat. super vers. stēpus. quam sequitur Socin.
 in l. cum qd. col. iij. ff. licet. pet. facit Camper. in tract. dotis v.
 par. q. iij. dicens, † q. maritus excusatur si ad curā vxoris adhi
 buit medicū iuuenē benē disciplinatū, sicut si adhibuisset senē,
 p & contra iuuenes post Philosophū in tract. de regim. princ.
 j. par. iij. cap. ij. & c. iij. idem de senibus. facit Hadr. Papa noster
 que illi dicitur in pen. ppter quod dicit Apost. Et quā
 doq; vixit in rep. rub. qui admitt. l. l. vj. & in q.
 l. si in l. si quis in rep. vlt. not. ff. de verb. oblig. in di
 sp. de præced. in c. cōf. mil. col. ix. in si. vbi dicit, q. iuue
 nes

Medicus
iuuenis.

nes reperitūtur sepe excellētiōres antiquioribus. Pich. in reper.
 §. Titia col. lxxiij. vbi inter cætera allegat Ouidiū dicere A
 cane nō magno sepe tenetur aper. Et iuuenes ingeniosiores
 omnino fatetur Bulg. in proce. suæ disputat. incip. Sæpronius.
 latē. Rosariū Busti ij. par. ferm. xxxix. litera b. qui incipit, secun
 dū. Et sapiētia nō numeratur annis. hinc Ouid. j. de arte, Par
 cire narales tumidi numerare deorū, Cæsarib. virtus contigit
 ante diē. & j. ad Corrint. xiiij. si alteri sedenti reuelatū fuerit,
 prior taceat, licet aliās dicamus quōd presente maiore taceat
 inferior. Bal. in l. qui indignus. ff. de senat. quia plures sunt iu
 uenes qui habēt sapiētia senū. vt Bal. in epist. ad ducē Sab. in
 princ. sui tractatus, de præscript. facit Dodus in sua apologia
 contra fratrem Samuelē, char. xlj. dum dicit, quōd olim mate
 ria non erant ita dilucidatē sicut nunc. & dicit Specu. in tit. de
 aduocat. §. vtriusq; col. ij. † quōd antiqui sunt aliquando des
 des & pigri. Ripa in tract. de peste char. lxxv. num. lxxij. Et iue
 nes gloria cupidi vtuntur nimia diligentia. facit text. in l. præ
 cipiunt ædiles. ff. de ædil. edic. & etiam quandoq; confidentes
 in scientia & experientia sua, non curant quærere allegatio
 nes pro eorum dictis, vt de lectura Bald. super Decretalib. di
 cit Alexander in l. quod meo. col. iij. ff. de acquir. poss. facit Pe
 trarca epist. ix. feniculum. Erasmus. j. parte prouerb. dxvj. Sæpe
 est olitor valde opportuna locutus. Et refert Lancel. polit. in
 rep. l. re coniuncti. char. vj. col. iij. quosdam moder. qui didi
 cerunt vnum textum à discipulo suo. & dicit Besnius in l. capi
 tis rei. ff. de fideiussor. quōd ille text. in quæstione de facto fuit
 allegatus per quēdam scholarem iuuenem. Et antiqui aduoca
 ti illum ignorabant. ppter quod facit Socin. in l. si quis in l. si quis
 de pbat. ne vlt. col. iij. de nouis. l. si quis in l. si quis de pbat.
 mon dicit p. Barb. de senibus. non quod dicitur. Cacialup.
 tractatu de modo studendi, col. iij. monet iuuenem de hoc glo
propter necessitatem potest filius vendi per patrem. adde Hippol. not. c. j. incip. pater. Et dum dicit de extrahente frumētum causa necessitatis. adde Hippol. not. lxxvj. statum. Et propter necessitatem examinātur testes ad æternā rei memoriā. Petrus Gerard. not. lxxix. pone reus. Et excōmunicato existenti in necessitate. non valenti petere absolutionem debet prouideri ne fame pereat. Decius in c. verū. col. iij. de appel. † Et ele- 48 ctus ad distribuēdum bona pauperibus in casu necessitatis potest pro se retinere. Hippol. in l. vnus. §. seruo qui vltro. col. iij. ff. de quæst. Et propter necessitatem possunt in iudicio leges relaxari. Corset. in tract. de pot. regia. q. lxxvj. Fely. in rubr. de hæret. Bertach. in tract. de episcopo. char. xxvj. col. fin. est. ij. parte. lib. iij. quæst. xvij. & charta lvij. col. iij. est. viij. parte. iij. lib. cap. dicamus nunc. vide vnum experimentū quod refert Paris de Syndic. char. liij. col. iij. Et tempore extremæ necessitatis licitē possum capere rem alienā vt subueniā proximo sic indigēti. Corradus in tract. de schismate. cap. iij. num. viij. Item propter necessitatem dispositio iuris ad tempus suspenditur. si non relaxetur in totum. Ias. in repet. l. admonendi. col. lxxvj. in fin. ff. de iureiur. vbi plura. & ibi Curtius Senior col. lxxix. Brunus in tract. de forma. chart. lxxij. col. ij. & seq. Item propter necessitatem potest ferri sententia super non contentis in libello. Socin. in l. vinum. col. fin. ff. si certum per. Et plura quæ excusent. scilicet necessitas. tempus. pestis. impossibilitas. enumerantur per Hippol. in l. j. §. præterea. col. xix. & seq. ff. de quæst. Et dicebat voce Ias. quōd necessitati qui- 49 liber parer. nisi sit stultus: tamen ille qui dicit se fecisse ex necessitate. probare debet. Decius in c. cū M. col. xiiij. de constit. Et actus qui fit ex necessitate officij non quod voluntarius. Decius in c. sollicitudinem. col. iij. de appel. & aliquando propter maiorem necessitatem parerur minori iudici & non maiori. Decius in c. cū parati. col. iij. de app. Nō erit omnino impertinens: licet hæc videantur magis delectabilia quàm vtilia. & laboriosa quàm subtilia. gl. in rubr. de diuer. & temp. præscrip. lo. Montaigne in tract. de regio cōistorio. char. xlvj. in hac nostra sylua penes palmā doctorū. vt supra exornatam saltem mediante arbutto necessitatis. aliam arborem pro scho- 49 laribus decorare dixi arbutto necessitatis: † quoniam necessitas aduersus bonos doctores verticem nequit extollere: vt in proem. in lit. in fine. neq; in paupertate viuere. neq; in anxie- Gg 2

rate mori leges quinquam eorum possessorem permittunt. in
 authen. de hæred. & fal. in fin. Luc. de Penna in l. in sacris. C. de
 prox. fac. scrin. lib. xij. V. dalt. Zasius in oratione post ferias est
 uas, incip. ex multis. char. j. quia dat Galienus opes, dat sanctio
 Iustiniana. Ex alijs paleas, ex istis collige grana. gl. in proce.
 ff. in §. nos verò. in verb. notissimi. quam refert Card. Burbo-
 nij in processu fidei, par. ij. art. v. licet quando vita cedimus, si
 auri parum, sufficit q̄ boni nominis relinquamus plurimum.
 Simia Salernitani post mediū. Quicquid dicat Practicus Pap.
 in ~~lib. quod agitur contra plures reos de bonis in fin. quod lu~~
 rista faciat etiam mercantiam, saltem per alium, sed non placet,
 quia per seipsum facere videtur. l. j. in ff. si men. fal. mod. dix.
 l. ita. §. ita gessisse, vbi Bal. ff. de admin. tut. & sic exerceat offi-
 cium vile quod nō cōuenit nobilibus. l. nobiliores. vbi Salyc.
 C. de commer. & merc. Alex. ad Bart. in l. j. C. de dignit. lib. xij.
 col. iij. vbi allegat contra Venetos. Bon. in tract. de nobilitate.
 iij. par. num. cxxxv. maxime procedit in istis deceptoribus;
 quia in conscientia nō licet se inuicem decipere. las. in l. penul.
 col. ij. C. de pact. vbi subijcit, Quo ergo ibit anima mercatorū
 prout & Bal. in c. cū causam. in fin. de testib. Purpur. in l. j. not.
 xvij. C. de edendo. sed saluat Bal. in c. si proponēte. de rescript.
 & dicit tex. in c. eijciēs. lxxxvij. dist. j. quod mercator nūquam
 potest Deo placere; quia talis negotiatio nō potest vix fieri si-
 ne periurijs & mendacijs. ideo Salic. in auth. ad hæc. C. de vsu-
 ris. dissuadet Christianis mercantiā. plura ponit Luc. de Pēna.
 in l. j. C. negot. ne mil. lib. xij. Et dicit Panor. cons. xxij. lib. j. in-
 cip. quanquam cōsultatio. & in c. ad nostram. j. not. de empte. &
 ved. q̄ mercatores nostri tēporis qui vendūt carius ad tempus
 quam ad pecuniā numeratam, ita indigerēt cautione pro vali-
 ditate suorum testamētōrū sicut publici fœneratores. c. quan-
 quam. de vsur. lib. vj. sequitur Parpal. in l. j. C. de sac. sanct. Hinc
 vsura vorax, auidiūq; in tēpore fœnus. gl. in c. j. in ver. animas.
 de vsur. lib. vj. licet contrariū teneat Paul. de Cast. lib. j. cōf. clx.
 ad primū. vide Anch. cons. clvj. in primis verbis. Deciū consil.
 cxj. Bon. in tract. de nobilitate. iij. par. num. cxxxv. Sed ista con-
 tingunt in reuenditoribus. Luc. de Pen. in l. maximarū. col. iij.
 C. de exc. mun. lib. x. nō in legalibus mercatoribus, quorū exer-
 citium est vile valde reipublicæ. vt Pet. de Vbal. in sua episto-
 la ante tractatum De duobus socijs. Fortun. de fin. iuris. col.
 lxxxij. allegando Cicer. in Offic. facit Anchar. consil. clvj. in-
 cip.

cip. summæ prudentiæ. in primis verbis. Sed redeamus ad scho-
 lares, qui ex prædictis possunt cogitare quando ob amicitiam,
 vel quia mutantur sibi mulæ, vel pecuniæ, vel vestes, vel sunt
 conuiuia, vel ad subornationē mulierum vel fociorū, relictis
 bonis & peritis præceptoribus intrant sub imperitis. facit pul-
 chrè Barb. in c. prudentiā. col. j. de offic. deleg. latè probans q̄
 semper debemus eligere bonos præceptores. Item parū speran-
 dum est de scholaribus qui vtuntur transitorio studio, vt faci-
 unt desidēs & pigri, qui negligunt suas lectiones recordari.
 gl. pen. in ver. transitorio. in auth. de quaestore. las. in §. in frau-
 dem. in fin. vij. addit. inst. qui & ex quib. caus. man. nō licet. facit
 Bald. in cap. fin. de elect. quem refert Barb. lib. j. consil. xlj. illud.
 col. vij. dicens, negligentia pare dano. Ogiefaro, domam fa-
 ro, cacia altrui for de guadagno; quia pigri & negligētes sunt
 ordinariè pauperes. frater Arnaldus contra Alchumistas. col.
 penult. vbi plura adducit: † quia scientia nisi cum labore & dili-
 gentia acquiritur. Humbertus in sacrilegio. chart. xj. in ver. in
 iure licentiatum. vbi versic. seq. dicit, quod non est honor sine
 labore. Vel qui dum sunt in scholis nō attendunt lectioni, sed
 ædificant in aère, vel numerant regulas. gl. in l. fin. C. de stud.
 liber. lib. xj. Petr. de Lesnaudiere in tract. de Doctoribus. iij.
 parte. q. vj. vel cogitant de epulis. gl. in l. j. in gl. iij. C. de comit.
 & trib. schol. lib. xij. vel qui dormiunt in scholis. Barb. in cap.
 pastoralis. §. quoniam. col. iij. de rescript. & in tract. de Card.
 tract. j. q. x. quem transcribit Parpal. in l. cum quid. char. vj. ff. si
 cert. pet. per gl. in c. fur. t. qui. de poenit. dist. j. vel qui sunt nimis
 delicati, & mittunt reperitores ad scholas, & ipsi in lecto iacēt.
 Felyn. in cap. j. col. ij. de summa Trin. Purpur. in l. j. C. de sum.
 Trinit. numer. lxxvj. vel mittunt librum suum ad scholas, & ipsi
 restant in lecto: quia nec tunc dicuntur seruire ecclesiæ. Barb.
 de Card. tract. j. q. x. in fin. Etenim delicatorem votis iura non
 fauent. gloss. in l. vt pomum. ff. de seruitu. faciunt illi quatuor
 vulgati versus. Ang. in proce. instit. v. not. Ioan. Montag. in
 tract. de regio consistorio. char. xlv. oportet enim si quis vult
 multū scire quod multū studeat de nocte, & ante & post præ-
 diū, & millies facere mensam de lib. Rom. sing. xcj. incip. quēro
 à te. Propterea dicit Bolog. in rep. dictæ auth. habita. col. xxx.
 quod qui debet esse perfectus in studio, oportet q̄ vitā suā ex-
 ponat periculis, ieiunijs & vigilijs. † Nam pinguis venter te-
 nuē sensum nō gignit: nec dormitatio perficit opus sed intel-

lectū nubilat & offuscat. Hadr. Papa noster in quodlib. q. iiii. est char. xxxvij. col. ij. & subiicit Bol. quia vigilātibz & non dormiētibz iura subueniunt. Et debent surgere nedum ante lucem, sed ante campanam. srim Proculi, & studere, aliās esset corpus inanibus vigilijs macerare. Et qui non student, sunt similes illis qui veniunt ad aurīendum aquas, & reportant vasa vacua, & consiliū remanserūt pariter & afflicti. & ibi iura & auctores semper adducit. & dicit Cacialup. in proce. sui tractatus de debitorib. fug. quod chi fa ogni festa, non fa mai Codico ne Digesta. cui adde las. in l. diuus. ff. de ferijs. j. no. imō etiā legentes in festo excusantur ob consuetudinem. Roch. in cap. si de consuet. col. xj. in fi. vide loā. Thierry in vno consil. quod posuit ante comprehensorium feudale. incip. quia multis. Ripa in tract. de Peste. chart. lxxxj. nu. clxxvij. Itē Cacialup. quod vagus scholaris nunquam efficitur magister. gl. in l. j. C. de tyroc. lib. xij. adde Socin. reg. ccxxix. lex generaliter. falen. xxxv. facit Fely. in rub. de magistris. col. j. Et dicitur vagus, licet domum non exeat: tamen frequenter iocatur, & serō ad liberos redit. secundum Cacialup. ibidem, qui dicit quod non debet gaudere tunc priuilegio scholarium. pro quo Ias. in l. j. ff. sol. mat. in l. scriuarios. C. de test. mil. Et subdit Cacialup. quod nō sufficit stare in studio: sed oportet studere. gl. in l. vnicuiq. C. de proximis fac. scri. lib. xij. nam qui parum studet parū scit. Barb. in d. tract. de Card. pro quo idē Barb. in c. pastoralis. per illum rex. in verbo, sollicitē. de offi. deleg. Ias. in l. si qui sanctē. vj. not. per illum text. ff. de acquir. pos. ¶ & propterea qui pauco tempore stetit in studio, praesumitur ignarus vt ibi. & dicit Paul. de Cast. in l. Pōponius la. ij. prope. fi. ff. de neg. gest. quod scholares non se seziāno de bona terra, per che bifogna che se studia chi voi sapere & che sono xlv. anni che lege & adessō quella legeli hā dato faticha come comiunziassē adessō ben che per le postille soeconoscha che fin a lora duraua faticha. propterea Lancel. in l. iustum est. C. de edendo. inuehit contra scholares qui perūt insignia doctoratus antequam studerint debito tempore. gl. in Pragmatica. chart. xcviij. in §. item vt de cetero in verb. idoneus. & in verb. precipitatas. quia nemo repente fit summus. Carolus Burboni in processu fidei. par. ij. artic. iij. & paucissimi doctoratus apicē rectē attingūt. Ias. in rep. l. admonendi. col. lxxx. vbi dicit quod sufficit promotores

54 iurare de credulitate: ¶ quia peccat accipiens gradū doctora

cus

tus indignē. glos. in clem. ij. de magistr. quoniam ad eum pauci dignē attingūt. Io. de Selua. in tract. de beneficio. j. parte. q. vj. col. ij. praesertim attento iuramēto quod praestant in assumptione: est enim impossibile multum discere in modico tempore, nisi ingenium suppleret tempus. gl. in c. tum ex literis. de integ. restit. in verbo, instructus. nam habens praestans ingenium potest doctorari etiā quod non sit sufficiens. Socin. reg. ccxxix. fal. v. dum tamen sit bonorū morum: aliās sola scientia non sufficeret. l. magistr. C. de profes. & med. libr. x. pulchre Purpuratus in l. j. nu. vij. C. de in ius voc. vel qui obstrepit verbis contentiosis, vel vociferat contra doctorē legentē. Nicol. Boērij in tract. de seditionis. char. xxxvj. vel nisi bene & sollicitē studuerit. secundū Barb. in d. c. pastoralis. vbi subiūgit quod offic. in princ. regionis, & Doctores in princ. studij solent esse solliciti. pro quo Fug. in l. j. §. quod si meretrici. ff. de codic. ob turpem causam. dicit, quod aliqui student fortiter vsque ad festum omnium Sanctorū: & profectō qui sic in princ. studij nō studeret esset infamis infamia facti Ias. in l. j. C. de sum. Tri. vbi Purp. lxxv. dicit quod melius facerent parentes suos ab inanis expen. liberare. Item quod sunt infames illi qui non viuunt secundum mores scholasticos, secundum Purpur. Et subdit Fulg. quod aliqui studēt vsque ad festum S. Martini, aliqui vsque ad Natiuitatem Domini: quoniam ibi stant in dulcedine vsque ad finem noctis in taxillis, sed non ita audirēt lectionem. Aliqui, & quarti durāt quousq; sol percutit fenestrelas. quia tunc incipiūt diuertere à studio. Aliqui sunt perfectiores qui etiā in caloribus studēt, licet moderate: & illi sunt valētissimi qui ceteros excellunt: quia sine labore graui non parantur magna: licet gauderēt omnes homines qui naturaliter sci re desiderant. vt gl. in l. legatis seruis. §. ornatricibus. ff. de leg. iij. Barb. in c. seiscitatus. j. not. de rescrip. in c. postulasti. iij. col. de foro comper. in c. quoniam. §. ceterum in fi. de offic. deleg. in c. prudentiam. col. j. eo d. rit. in c. nouit. j. not. de offic. leg. & Bolog. ante repet. authen. habita. C. ne fil. pro pat. frater Gregor. Britan. serm. funebri. lxxxij. cupio. Codrus ter. xij. chart. j. & Barbat. dicit in d. c. prudentiam. quod peregrinātur vt discant: quae peregrinatio facit homines pauperes. gl. in authen. de lib. reis in princip. in verb. aguntur. tamen vellent omnes addiscere citō, & sine labore. secundum Philosophum. parte xvij. problem. iij. sed vide Rosarium Buss. ij. parte serm. xix.

G g 4

litera d. & litera e. est chart. cclxxix. Item volunt se ostendere & disputare, & ponunt conclusiones indubitabiles. Lupus de donat. inter vir. & vxor. chart. lxxviii. col. j. & cōmunes. Barb. in c. cum in iure peritus. j. not. de off. deleg. vbi etiam in ij. not. inuehit contra eos qui volunt loqui in plurali. prout faciunt seniores. Item qui presente eorum præceptore vel conferente, volunt ipsi loqui: quia presente maiore taceat inferior. Bal. in l. qui indignus. ff. de senat. item volunt arguere & etiam circa facilia nesciūt quid dicant, licet sint prouecti: quibus tūc præceptores debent acriter respondere. secundum Galiauram in reper. l. Gallus. ff. de lib. & posth. col. j. Et quando magni sunt dies, non debemus tantum vigilare de nocte, sicut quādo sunt parui, quod dicit se male seruare. gl. in authen. vt iudices sine quoquo suffrag. in princip. in verbo, vtentes. Et dicit Felyn. in c. j. col. j. de magistris. quod studium debet se conformare temperato stomacho, vt non capiat plus vna vice quāam requirat virtus digestiua: aliās sequitur indigesta consilio. facit quod dixi de Doctore stulto propter studium. Et dicit Salyc. quod sileant qui scripta tantum discunt: & propter frigiditatem stomachi in eis contenta non digerunt. refert Alexan. in l. qui Romę. §. Chrylogonus. col. x. ff. de verb. obl. laf. in proem. in r. de act. col. iiii. in l. nō dubium. C. de leg. col. ij. Claudius in l. Gallus. §. quidam rectē. ij. col. ff. de lib. & posthum. & debent ipsi scholares esse benē dispositi ad addiscendum: aliās præceptor inaniter laboraret. Lanc. Dec. in præfatione C. de eden. ff. de leg. j. & prouectus debet iuuenes docere. Nam discere si quæris, doceas, sic ipse doceris: Nā studio tali tibi proficiat que sodali. Ifernina in authen. habita. col. j. C. ne fil. pro patre. vbi apostoll. fuit dictum Apostoli ad Rom. ij. facit Luc. de Penna in l. j. C. de stud. lib. lib. xj. † Et conditiones septem quas debet habere scholaris colliguntur ex dictis Rosarij libr. j. serm. ij. xx. enumerat. Luc. de Penna in l. j. C. de stud. liber. libr. xj. gl. in Pragmatica, de collationib. in verb. iuuenibus. & in verbo virtuosus. est chart. lvij. facit Valr. Zalius in oratione habita in laudem Legum, quæ incipit, ex multis. & Lancel. Decius in præfat. lectionum suarum ad primam C. & ij. Infortiati, vbi allegat Quint. dicere, quod frustra sparguntur semina, nisi ager & sulcus sit præmolitus. facit Bald. in l. cum mulier. col. j. ff. sol. matr. & contra scholares vagos & pigros Barbat. in d. cap. pastoralis. §. quoniam colū. ij. de rescript. Et contra scholares qui

qui mutāt sæpe hospitium, vide text. cum gl. in c. qui dignior. xxiii. q. j. Luc. de Penna in l. j. C. de tyronibus. in fin. lib. xij. Io. Montaigne in tractatu de regio consistorio. char. xliij. Alber. libr. vlt. de cōuersione ad dominum. col. ij. Et contra affectantes cameras suas supra viam vt videāt puellas vicinas, vel transeuntes, Luc. de Penna in l. j. C. de stud. liber. libro xj. colū. ij. & contra euntes ad Ecclesias vt videant dominas, est gl. in cap. odi. & proiec. xxiiii. quæst. j. Pan. in cap. j. de collu. deteg. col. Nic. Boëri de potest. leg. charta. xxij. col. iij. Item & desiderant quæ desiderare non debent vt scholares puellas, secundū Bal. in l. deliderium. C. de pos. Quia sunt luxuriosi, & nolunt stare sine meretricibus. Et propterea locator ex hoc nō potest eos expellere à domo conducta: quia verisimiliter hoc debuit cogitare. Bolog. in reper. authentic. habita. C. ne fil. pro pat. col. antepenul. Ang. in §. penul. in auth. quomodo oporteat episcopos. collat. j. quamuis in camera communi inuito socio gaenam ducere non possēt. secundum gloss. in d. authen. habita. Ripa in tractatu de Peste charta. lxxj. num. vij. licet aliæ personæ possint cogi honestè viuere, & expellere meretrices de vicinia. Paul. in l. ex parte. §. j. ff. de verb. oblig. in l. iustitia. vbi laf. col. penul. ff. de iusti. & iur. Cepol. de seruit. rustic. cap. ix. de iure pascendi. quæst. j. Barbat. libr. j. consil. xxij. Decius in cap. j. in fin. vj. colū. de constit. in l. semper in tractatibus. ff. de reg. iur. Guil. Rouille. in tract. de descriptione iustitiæ & iniustitiæ. lib. j. cap. xij. Ripa in tractatu de Peste. charta. xlj. num. cxliij. quia secundū Decium in d. l. semper. honestas est vnum preceptum iustitiæ. Ideo meretrices possunt cogi portare certum signum, & mariti ad dimitendum concubinas: quod si non faciant, mulier potest petere diuortium, & repetere dotes, & lucrari donationem propter nuptias. Et si ipsa adulteretur nō perdet dotes: quia fiet cōpensatio secundum eum. Non tamen propterea credas quod meretrices scholarium eorum privilegio gaudeant: quia non sunt dignæ legum laqueis innodari. Afflictus de iure prothomiseos. col. iij. vers. ij. fallit. Alij autē famuli benē gaudent. Decius in l. in omnibus causis. num. ix. ff. de reg. iur. Et contra scholarem gloriosum & cupidum inanis gloriæ est gloss. in l. cum ea. C. de transact. Et contra facientes publicari repetitiones sine licentia præceptoris, Pan. in c. j. de magistr. Sed non gaudeat de eorum malè gestis, quia vindictam suuet quādo erit doctor. illud Horatij in serm. j. Ad gal-

li tantum cōfultor vbi ostia pulsat. & importunitas cliētulorū, vt de Anibarlao Hispano Salernitanus in Simia. post medium. & ab experito discant quòd isti sic sollicitantes aduocatos solent etiā malè & parcè soluere. Et cōtra scholares capitosos qui dedignātur intrare, credētes plus discere soli, quān voce magistra, quæ magis imprimi, inuehit Cacialup. quem ad verbum eo tacito refert Pet. de Lesnaud. in tract. de doctōrib. liij. parte. q. j. dicens quòd non merentur vocari scholares, nec gaudere priuilegio scholarium. imò tanquam mendaces sunt puniendi. habet enim vox nescio quid latentis energia. secundum Hierony. epist. xxxvj. quem refert Fely. in rub. de fide instr. ferè in primis verbis. Io. Picus Mirandula. incip. solidius nunquam. Matthæus Bosius in tract. de tollerandis aduersis. col. ij. Prædicta limitat Cacialup. in scholare prouecto, què tamen adhuc credo debere intrare, quia non potest esse quin audiatur aliqui noui, quod non cogitauit domi. nam sapiēs audiens sapiētiōr erit. Bald. in c. fi. ante fi. de offic. iudic. gl. Pragmatica. char. xcviij. in verb. præcipitata. Guiliel. Mōferrat in præfatione ad tractatū de success. regum. incip. magnifico. ante fi. & ibi circa prin. allegat Hierony. dicere, Nec ipse te doceas, & absque doctore ingrediaris viam quam nunquam ingressus es. Item quia auget animū præceptorum numerus scholarium, iuxta illud Ouid. quem refert Bertach. in tract. de epist. secūda parte. lib. iij. q. vij. col. v. Excitat & studium auditor, laudataque virtus Crescit, & immēsum gloria calcar habet. Et quado scholaris incipit studere post vigesimum quintum annum nō præsumitur quod amplius discat. Ideo non gaudet priuilegio scholarium. Ang. in §. item minor. col. ij. in tit. de excus. tutor. Ifernina in auth. habita. col. v. Moder. in tract. de perfecto cleri. co. ij. par. char. liij. Gell. lib. xvj. c. xxx. incip. qui facit Io. Fab. in proœ. instr. col. vj. vbi Ang. in v. not. & Ripa in tract. de Peste, char. lxxij. nu. ccccxxxvj. dicit Io. Fab. quòd si vides instituta riū senē potes sibi dicere quod erit aduocat? in alio seculo. refert Pet. de Lesn. in tract. de Doctōribus. j. par. q. viij. Sed Bolog. in tua epist. ante repet. dicit authenticæ, habita. plura adducit in oppositū. vt l. apud Iulianū. ff. de fideicom. lib. facit Amed. in dialo. de Amicitia, char. xij. Tquia nulla etas est sēra ad discēdum. vt ibi Luc. de Pen. in l. j. C. de stud. lib. lib. x. col. liij. & in rub. C. de decur. lib. x. col. x. Barb. in c. nouit. j. no. de offi. leg. in c. quoniā. col. vij. & viij. vt lite nō cōtest. dū loquitur de

Cato

Catone & de Ioanne de Lignano dicit idem Barb. in cap. cum causam col. liij. de iura. cal. Et dicit Vdalt. Zasius in in l. ij. ff. de orig. iur. col. lvj. quòd Seruius Sulpitius. & Bald. tardè venerunt, sed citò se expedierunt. sed quo ad Bald. repugnat quòd §. dixi loquendo de autoritate iuuenum, quòd Bal. in xvij. anno reperijt legem cētum Capuæ. bene facit Aristor. parte xxx. problem. iij. dum fatetur iuniores facilius discere. sed subijcit quòd senes habent plus de intellectu. Et pro veritate licet quis saturetur de omnibus mundanis. de addiscendo tamen nunquam, secundum Ioan. Thierry in epist. ante repertoriū summæ Archiepiscopi Florentini. & Aug. ad Hieron. scribit quòd nulla etas sēra ad discendum, quòd & si senes magis decet docere quā discere: magis tamen decet discere quā ignorare. & Seneca epist. lxxvj. quòd omnis etatis homines schola admittit, & quandiu viuas, etiam seni discendū est. Et dæmon qui est tam sapiens ob senectutem & experiētiam suam. gl. in cap. sciendū. xxvj. q. iij. adhuc quotidie discit. gl. in c. pudor. xxxij. q. ij. frater Greg. Britan. serm. fun. xxij. melior. col. pen. gl. Pragmatica. de collat. in verb. iuuenibus. est chart. lvij. Et scholaris contumax & inobediens rectori, vel qui non vult ei iurare obedientiam, potest priuari priuilegio vniuersitatis. Bauria instrit. de testam. mil. col. j. licet postea nō obediendo: quia sunt in talibus assueti deierare, non incurrant magnum periurium Taurini in l. certi conditio. §. si nummos. iij. not. ff. si cert. per. per l. cui Deus. ff. de ædil. edic. vbi in §. haftenus. col. j. dicit, Tquod ad hoc vt gaudeat priuilegio scholarium, oportet quòd studeat item in studio publico. Item quòd sit descriptus in matricula: item quod intret. tu vide las. in l. j. col. pen. ff. sol. matr. Et idem Bauria ibi in §. sed & si quis. col. j. quòd malè facit deferre annulum & biretū quæ sunt insignia doctoratus. de quibus vide Zabari. in clem. j. de mag. Bald. in proœm. Greg. col. v. Signorol. in disput. de præcedentia Doct. & militis. cōf. xxij. est etiam post tractatum Matthesil. de success. ab intest. vbi Bolog. in addit. qui etiam ponit in commento Theodotiana. in ver. & librum ab Archidiacono. est chart. xxx. Enchirid. milita re chart. lxx. in quibus locis habetur quot sunt doctoris insignia, & quid vnumquodq; eorum designet. & de annulo Calca. consil. viij. in causa pendente. col. xvj. vbi multa in laudem doctorum. Et de cathedra, gl. in clem. dudū. in ver. cathedrā. de sepul. ponit illos versus, Rex solium, cathedram doctor, iudexque

de xque tribunal Possidet: ar sedem præful, prætorq; curule, de ea etiam ponit Vdalr. Zafius oratione xij. incip. apud literatos. col. j. & ibi col. ij. inuehit contra nobiles doctores, qui dedignantur assumere insignia doctoratus. & idem repetit in l. ij. ff. de orig. iur. col. lxxv. pro quo Paul. de Cast. in l. j. in prin. ff. de iustit. & iur. Archiepis. Flor. in iij. parte summa. tit. v. cap. ij. §. ij. Et tamen nil magis cõuenit nobilitati, quàm literæ vel arma per quæ respub. conseruatur. in procem. Instit. in prin. Et vtra sit dignior, vide Signorol. in d. disput. & Lanfranchinum Veronensem qui fecit vnum tractatum de hoc. Barbat. in cap. ex transmissa col. iij. de for. compet. in cap. cum esset. col. ij. de rest. Cepol. in tract. de imperatore mil. delig. col. pen. Baueria in §. sciendum. col. vij. instit. de testam. milit. Galiura in l. cen. turio. char. ij. num. 20. ff. de vulg. & pup. Cornazanus in procem. sui libri de re militari. commentū Petrarchæ in triumpho Famae in procem. cap. iij. Decius in cap. clerici. col. pen. de iudic. quia consulens est causa effectiua eorum quæ sunt in ciuitate. ij. Rethor. facit idem Cicer. quem refert Barba. lib. j. conf. xxij. scripsit col. pen. dum loquitur de senibus. Hadr. Papa noster in 48 quodlib. q. x. col. j. † & multitudo sapientum est sanitas orbis, Sapien. vj. facit Bapt. Pius in annot. posteriorum. cap. clxxxvij. plura gl. in Pragmatica Sanct. in peocem. chart. xij. in ver. concilij. & Cicero j. Offic. est char. xxxix. & in oratione xxij. contra Lucium Pisonem. chart. pen. dicens, Cedant arma Togæ, concedat laurea lingua. Et ille: Maxima consilij, quàm armis bella geruntur, illa quidem faciunt iussa: sed ista iubent. patet in Venetis qui sunt ita sapientes quod nolūt vti legibus imperatoris. Iaf. & Lancel. in l. creditor. ff. si cert. pet. qualiter ergo ius dicant vide in annot. variorum. chart. clxxvij. per Cornelium Vitelium contra Merulam † est enim Venetia ciuitas illustis & quodammodo Paradisus deliciarū. Iaf. in l. insulam. col. iij. ff. de verb. oblig. & qui longè plus viuūt cõsilio, quàm armis. Romani faciebant ecõtra: ideo longè plus durauit respub. Venetorum, quæ durat adhuc, quàm respub. Romanorum, quorum mores, dempta seditione, hætenus à qua nisi caueant etiam eueniet vt illis. sectatur respub. Heluetiorum, quorū ope Matthæus Cardin. Sedunensis, suo consilio tamen vt dicitur, temporibus nostris bis exercitum Ludouici xij. & semel Francisci primi Francorum regum ex Italia fugauit. patet in Ant. de Prato magno Franciæ cancellario prælibato regi Frãcisco

supra

superanti Heluetios, & præfarum Cardinalem assisenti apud Marignanum. vt in epist. Alex. Minutiani ante lect. Ioan. Pyrri. ff. de reg. iur. hinc Aesopus: Ingenium vires superat. & Cato: Ingenio pollet cui vim natura negauit. Et Valer. Maxim. lib. ix. de morte non vulgari. in fin. cap. xij. dicit nimio robore membrorū vigorem mentis hebescere, quasi abnuente natura vtriusq; boni largitionē, ne supra mortalem sit felicitatē eundem & valentissimū esse & sapientissimū. Et cur Romana resp. tantum creuerit, vide in Plutar. post vitā Pompeij. ponit Rufus de regia consulari, imperialiq; dignitate. ac de accessione imperij Romani Blondus in princ. j. decad. ponit. Alber. in l. j. C. de iustit. cod. confir. col. j. Sed quia, vt inquit Hispanus, virtus prodece quando forza cede. nam contra vim ratio parū prodest. secundum Bald. in consil. schismatis. quod posuit in rubr. C. si quis aliq. testa. prohib. vers. præterea licet genus. qui in l. executorē ad fin. C. de exec. rei in di. dicit, quod lis cedit victricibus armis. propterea Bulg. magis timebat scandalum, quàm iudicium. gl. in §. apium. instit. de rer. diuis. licet Aesopus dicat quod ingenium vires superat. ideo Lancel. Politus in tract. de subtit. in materia compendiose. col. iij. dicit, quod si eum consulis, si manu res disputanda est, cede militi: sed ratione doctor debet preferri. facit, quia in malis passibus honora cõpagnonam, id est fociū. sed Deus me sub Marte fallaci militare prohibuit, sequi iussit in uictæ castra Mineræ. Et si arma, Cæsares: literæ, summos Pontifices CHRISTI vicarios produxerūt: & quia cõmuniter non tantum egemus militibus sicut doctoribus, quia diuturniora sunt tempora pacis quàm belli. etenim entia volunt bene disponi. secundū Bald. de pace Constan. col. fin. quia vt dicit Plutar. in vita C. Marij. col. xvij. instrumentum militare in pace contemptui habetur. propterea dicitur illum belli ducem, cui Papa in salutando dixerat, Deus det tibi pacem. iratum respondisse, Et tibi auferat Deus Purgatoriū. nec est aded periculosum, nec animæ, nec corpori doctoris exercitiū, sicut militis. † quia, Nulla fides, pietasque viris qui castra sequuntur. Et si neutrū exercere velit vnus nobilis, ad aliud de tribus se conuertit: vel ad venationem, scilicet ferarum. & nunquam vidi venatorem sanctum, vt dictū est: vel scæminarum, quod est damnosum corpori & animæ: vel ludo chartarum, seu taxilorum, quod est malum. §. illud. in procem. ff. rot. pen. Iaf. in l. Iurisperitiū. §. prætor ait. col. j. ff. de pact. in l. singu

lingularia.col.vj. ff. si cert. pet. Barbat. in consil. lxxv. lib. iij. Dec. conf. clxij. Socin. lib. j. consil. xvj. Ang. in Malefic. gl. metidore de mali dade. Bauer. in §. item prodigus. col. j. instit. qui testa. fac. pof. lodo. c. in tract. de nobilitate. cap. xvj. Ioā. Thierry in alphab. Petr. Rauen. in ver. ludus. Barbat. lib. iij. consil. lxxvj. il. lud. Ant. de Prato in tract. de ludo scacorum. Steph. Costa, Cacialup. & Paris de Puteo in suis tract. de ludo. & dicit Iaf. vbi §. magnum dictū, quod si in ludo quis perderet totam pecuniam suam, excepto vnico nummo cum quo statim recuperat ab eodem suam pecuniam perditam. nō potest eam retinere. sed debet eam erogare pauperibus. Lude modō tu, quia perdere potes, sed nullo modo licitē lucrari. & vt Ouid. de Arte amandi, etiam perdens perseuerat ludere, sperans recuperare, & semper plus perdit. ideo ille sapiens Venetus nō dolebat de filio quod perderet, sed quod postea vellet in ludo perditā recuperare. Per has vias oportet nobilem incedere, qui non vult literis vel armis vacare, aliās otīū est tibi mors. Quia ad insignia doctoria quae non conferre possēt qui doctor non est. Iaf. in l. qui in alienam. §. interdū. col. iij. ff. de acquir. hered. nec potest quis à seipso assumere. Bolog. in repet. d. auth. habita. col. xij. Iaf. in rub. C. vt nemo pri. tit. & de birreto & lib. vide Bal. in proem. Decret. Nicol. de Neapol. in l. Athleta. ff. de excuf. tut. in prin. Panor. in cap. de his quae fiunt à ma. par. cap. Luc. de Pen. in l. j. C. de Athletis. lib. x. in l. j. C. de profess. qui in vrb. Constan. lib. xij. & nō credas si sis ignarus, quod illa insignia doctoralia faciunt te doctum, quia esset nimis subita & miraculosa transformatio, & scientia fungina, vt dicam in quaestione medicorum contra Cicer. facit Petrarcha de remedio vtriusq; fortuna parte j. dialogo xij. de sapientia. char. fin. vbi paulō §. dicit idem, licet quis scribat tibi sapientissimo viro &c. quia istis titulis nihil est liberalius. nam licet sciant se mētiri, vrbani tamen mendacio fieri volūt. & titulos etiam imperatoris irridet Codrus chart. lxxxix. est serm. xij. & Pōtificis Hutem. in dialogo. Trias Romana. idem licet sapientis nomen à te tibi assumes. I. assumptio. ff. ad municipal. faciunt quae dixi charta proxim. cura tamen semper presentari à bono doctore: quia praesumeris bonus scholaris. Hippol. in l. j. §. j. ff. de quaest. col. v. à quo praesentante quis postea doctorari debet. Bald. in l. qui indignus. ff. de senator. & in pluribus ciuitatibus promotores non iurant de sufficientia scholaris. Decius in c. proposuisti. col. fi. de probat.

Ioan.

Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris, in vers. discipulus. sed omnino Roch. in c. j. de consuet. col. x. dicens quod etiam si promotores periurarent, non possunt puniri in foro contentioso. & sufficit quod iurēt de credulitate. Iaf. in repet. l. admonendi. col. lxxx. Imō plus potest promotor dare vocem. secundum Decium in d. cap. proposuisti. col. vij. & iuramentū quod doctorandus praestat de non veniendo cōtra principem illius loci, intelligitur si stabit in sua patria. Pich. in l. actione. C. de transact. char. iij. & iuramentū de nō capiendo doctoratū alibi, non ligat si superueniat pestis vel inimicitia. Barb. in rub. cap. qui admit. col. xxv. nec valet iuramentū, quod Doct. nō remittent pecuniam seu gratiam non facient scholaribus doctorandis. Decius in c. ex iteris. col. ij. de constit. vbi plura de collegijs doctorū. & dicit ibi Felyn. quod non possunt immutare contra formam antiquitus obseruatam, prout econtrā nec potest immutare scholares contra doctores. vt tibi per eum. & Cacialup. in repet. l. omnes populi. col. xv. ff. de iustit. & iur. Or redeamus ad institutum.

¶ Amplia tertio principaliter supra scriptam regulam, quae 61 habet quod inhære debemus cōmuni opin. vt procedat etiā si contraria opin. videretur verior. Fulg. consil. xxx. incip. Titius in testamēto. circa med. propterea Iaf. me audiēte dicebat quod opin. Aret. sunt subtiles: quia ingenio superauit Alex. Et nimirū quia etiā diutius vixisset. Idem vult Felyn. in procc. tin. de rescript. Et dicit Natta in clem. saepe. §. nō sic tamen. col. xxv. quod fuit tantus vir, quod illa ætate nemo maior, nec excellentior: & in princ. in col. lxxvij. quod fuit celebratissimus iuris vertex. Et fuit iuriconsultus primarius: vt inquit Collegium Bononiense in consil. pro monachis contra canonicos. Et Formularium provinciale chart. l. j. dicit quod fuit vir acutissimus & variae lectionis. & Iaf. in l. j. col. iij. ff. de iurisd. om. iud. dicit quod Aret. fuit ætate sua iuriconsultorū facile princeps. & col. v. quod fuit summus iuriconsultus. Et dicit idē Iaf. l. ad diem. circa fin. ff. de rei b. oblig. quod Aret. inhæret textibus Alex. auctoritatibus Doct. innititur. primum plus ingenij, secundū plus laboris ostendit. hinc Cy. quem refert Barb. in cap. nouit. col. ij. de iud. dixit, quod maxima est admiratio sapientis copiose dicentis: quem qui audiunt, plus sapere & intel ligere arbitrentur. facit Ennius relatus à Gellio lib. xij. cap. iij. de scriptum. ad fin. dicens, Multorum veterum leges, diuumque homi

hominumque Prudentem, qui multa loquive taceréve posset. Multa tamen alleganda non sunt ubi non expedit, gl. in c. ta. les. xxiiij. dist. dixi s. chart. ij. & has cumulationes ferre non potest Lancel. Politus in tract. de offic. aduoc. in rub. de eloquentia. licet in practica sint vtiliores quam subtilitates. Et tunc voce dixit quod vtrunque cognouit. Et licet videremus in lecturis subtilitatem ingenij Aret. tamen nihil erat respectu eius quod demonstrabat in circulis. Et dicit quod vnus scholaris Mediolan. tempore studij multum vacabat lecturis Aret. quia multum conuenirent ingenio suo. & in circulis erat summus: cui Ias. dixit, Amice, istae subtilitates Aret. sunt vtiles dñes scholaris, quia accunt ingeniu: sed quando eris domi in actu practico, sequere alias opiniones magis reales & communes. tamen quamprimum fuit doctor in prima causa quae fuit sibi commissa, iudicauit contra comunem pro vna opin. Aret. quae sententia fuit per Senatū reuocata. & ille iudicans cōdemnatus in expen. parti. & videns tantū dedecus sibi factum in suis principijs præ dolore mortuus est. Ided caueamus ne ita primo aspectu moueamur ex subtilitatibus ad iudicandū contra comunem. Dicam j. in iij. limitatione principalis: licet pro sit subtilitas ad enucleandum factum. & illud reducendo ad ius.

- 61 ¶ Amplia quartō etiā si fuisset aliquando cōtra illam comunem iudicatu: quia nō debemus iudicare exemplis etiam eminentissimorū præfectorum pratorio. l. nemo. C. de senten. & interlo. omniū iudic. Panor. in c. si quādo. super gl. pen. & si. de rescrip. Ang. de Aretio in l. si expressim. col. ij. de appel. Socin. fallen. cccxxv. Cepol. conf. viij. dicen. in si. ij. col. vbi limitat, nisi essemus in casu dubio, Fely. & Dec. in rub. de rescrip. vbi limitat in sententiā principis. Et propterea etiā de Rota Curie Romanæ, cuius tāta est autoritas. Lancel. Politus in tract. de offic. aduoc. in rub. de sciētia. circa princ. & in rub. de prudētia. post mediū. & eorū titulus est excellētissimus. Barb. in c. j. col. iij. de probat. & Hadr. Papa noster in Quodlibet. q. v. est chart. xliij. col. iij. dicit Marian. in tract. de lit. cōtest. in c. j. col. antepe. q. quādoq; dicit cōtra iura. & ibi refert Aegidiū Bellamerā dicere q. Domini de Rota aliquando in exitu consiliorū aliquid omittūt, vel ex inaduertētia responderunt sicut quādoq; vidit accidere. & dicit ibi Barb. col. xij. q. autoritas Rotæ nō præfertur cōmuni opin. Et dicit Corn. lib. j. consil. cccxxij. licet. col. ij. q. autoritas Bar. in terris imperij non est postponenda auctorita

thoritati dominorum de Rota. Et dicit gl. in proce. Regularū Cancellariæ, q. rota quandoq; rotat. Et dicit Fely. in c. cū Bertholdus. col. fin. de re iud. q. licet contra vnā decisionē Rotæ al legaret Imol. tamē nō fuit ex auditus: licet pro tūc aliter Rota nō concluderit: quia etiā cōtra Rotā tenebat Ant. de But. & Panor. Et dicit Alex. in l. si cum dorē §. eo autē tempore ij. col. ff. sol. mar. quod quando Roma. volebat dicere aliquod mendacium, allegabat aliquā decisi. Rotæ, quam nunquā postea innenes: quia sunt aded numerose q. non veherentur vno curru. Idē in Curia Capellæ Tholosanæ: quia propterea dicitur Capella, nō Ecclesia: quia Capella potest errare. Ecclesia non. Io. Motaigne in tract. de bigam. q. v. col. xxxviiij. Ex paritate ergo rationis: idem de decisionibus regni Neapolitani, & de decisionibus Curie Delphinatus. Sed quicquid sit, licet iudices inferiores nō habeant auctoritatē supra legem quam habēt præfecti pratorio, & talia consilia principū quæ illis æquiparantur: vt Curia Delphinatus q. l. incip. quia hæc curia. Tamē semper debet aduertere quod eorū sententiæ vt plurimū per talia consilia reidentur. Et si sumus in causa ecclesiastica per Rotā Curie Romanæ. Ideo in iudicando debent se cōformare cum eorum opin. & cogitare q. ibi adsunt tot prudentissimi, doctissimi & iustissimi viri quod verissimiliter non errarēt. l. humanum. C. de legibus. l. hac cōsultissima. in fin. C. qui testamentū fac. pos. Et vt plurimū sequuntur opin. benigniores & æquiores. Et propterea audiui à præceptoribus meis quod consilium ducis Mediolani quod non solebat obseruare pœnas l. si quis maior. C. de transact. & vidi in causa nobilū de Casafcho, in qua fuerant laræ tres vel quatuor sententiæ conformes in rigore illius legis, fuisse postea contrariū iudicatum per summā Curiam. Solent enim cōmuniter illi patres illud dicere, quod sōnt iudices æquitatis, & nō nullitatis. Et propterea commendādi sunt qui decisiones suas ponunt in scripris, & imprimi faciūt vt deueniant in notitiam omnium, vt possint scire quomodo partes habeāt in litibus se cōtinere, & quibus opin. adharere. sa.

¶ Amplia quintō vt procedat prædicta regula etiā quātum ad excusandum iudicē: nam iudicans cōtra comunem opinionem, tenetur in Syndicatu. Fely. in d. c. j. col. pen. vers. fallit. de const. l. pen. vbi Bar. & Alij. C. de pœn. iud. qui male iudic. Paris in tract. de Syndicatu. in verb. iudicare. col. iij. & seq. Cataldinus in tract. de Syndicatu. quaest. xxix. incip. adde & nota

In practica fugiendæ subtilitates.

L. si quis maior.

Decisio- nes Curia rā impref. sa.

Excusatur
à Syndica-
tu.

bene. & q.lix. incip. adde qd iudices excusantur. vbi moderant
prædicta, nisi esset casus valde subtilis & ambiguus: quoniam
tunc talis ambiguitas est excusaret à pœna. pulchrè Curtius lu-
nior cōf. vj. col. xix. Decius cōsil. lxij. col. pen. in c. nam cōcu-
piscentiā. iij. col. vers. iij. fallit de const. vbi allegant gl. in fine
principij. instit. de oblig. quæ ex quali delict. facit ratio quā pon-
nit gl. in l. late culpæ. ff. de verb. sig. secundò moderat nisi secu-
tus fuisset opinionem præceptoris, vt s. dixi vers. etiam si esset
opin. præceptoris. faciunt etiā quæ infrà dicam de casu dubio.

¶ Ampliā sextò etiam si esset statutū prout erat Mediol. Et in
Hispania, vt dixi s. loquendo de authoritate Bar. quòd quādo
Bar. concordat cū gl. quod eorum opin. debeat seruari in iudi-
cando: nam tale statutū debet intelligi secundum ius cōmune.
l. ij. de noxal. Sed ius commune dicit qd nulla opin. cuiuscūq;
sit & quantūlibet communis debeat obseruari quando cōiua-
citur lege vel ratione: vt infrà dicā in tertia limitatione. ergo
debebit ita intelligi tale statutū: scilicet nisi opi. gl. & Bar. con-
vinceretur lege vel ratione: & potius deberemus dicere tale
statutum superuacuum, quā quod quis damnum indebitè pa-
tiatur. Alex. in l. iij. §. pr. etor ait. col. iij. ff. de dam. infect. Fulg.
cōsil. ccj. domina Gualdrada. ¶ Limita modò prædictā re-
gulam quòd debeamus in hære cōmuni opin. non procedere
quotienscūq; aliā opin. esset cōsuetudine approbata: quoniam
tunc tali opinioni standum esset contra communē. l. minimè.
& l. si de interpretatione. ff. de legib. c. cum dilectus. de cōsuer.
opinio communis an tenenda sit, vide Rotam in nouis decif.
cccclix. circa iij. col. ij. vbi tenet quòd nō. sed responderi potest
quòd ibi fuit de mādato Papæ. l. an in totum. C. de edif. priua.
vbi Salic. c. cum dilectus. de cōsuer. Salom. in §. responsa. chart.
vij. instit. de iure naturali, gent. & ciuili. latè Ant. Modestus in
prima oratione contra Lutherum, char. ix. vbi de viribus talis
cōsuetudinis: licet in contrariū videatur Rota in nouis decif.
cccclix. incip. circa tertij. col. ij. sed ibi fuit de mandato Papæ.
& dicit Rota in antiquis, decif. cccclxiiij. sequitur nouæ decif.
quibus Domini Auditores palatij vtuntur: & in nouis decif.
xxvij. incip. fuit dubitatum in fin. dicitur quòd illæ decif. fue-
runt collectæ de consensu d. Co. auditorum, quibus in futuris
causis similibus stari, & secundum eas iudicari voluerunt, & in
antiquis decif. dcc. incipien. not. quod stylus. dicitur, quòd li-
cet stylus palatij oriatur ex factore: est tamē ius. & sic vides quòd
Rota

Rota tenet hanc limitationem: pro qua facit, quia plures leges
conditæ fuerunt, quia à conditoribus credebantur bonæ, quas
vltus postea docuit esse malas. c. statutum. in princ. de rescript.
lib. vj. & hanc limitationem tenet Alex. lib. vij. cōsil. xix. incip.
domini. col. fin. & tenent omnes scribentes examinantes hanc
materiam. Panor. in c. cum ad sedem. de restit. spol. col. x. l. as. in
l. post dotem. num. c. ff. sol. matr. Claud. in l. si quis id quod. ff. de
iurisd. omn. iud. col. iij. Decius in c. cum omnes. j. not. de cōst.
in c. at si clerici. col. xvij. de iudic. & cōsil. cxxxj. ante fin. Bald.
lib. j. cōsil. xj. incip. præmissis ver. contrarium. Alex. iij. vol.
cōsil. vlt. col. v. vbi dicitur, quòd illud quod est consuetudina-
rium, non est arbitrarium: & quòd cōsuetudo habet vim de-
creti, & iustitiæ. & fuit consilium Barbat. qui idem tenet lib. ij.
cōsil. xxvj. sapienter. col. iij. & alibi sæpe. & Socin. cōf. ccix.
col. fin. dicit, quòd sequi debemus intellectum à consuetudine
approbatum, etiam verba impropiado: nec facile discedi de-
bet ab eo quod diu æquū visum est. Bultus in Defensorio mon-
tis, chart. vij. col. j. vbi dicit quòd seruandum est illud quod ab
antiquo fieri consuevit. & Catell. in ij. parte Memor. in ver.
practica. Bald. lib. j. cōsil. xj. incip. præmissa verò contrarium.
vbi dicit idem in interpretatione statutorum. Mōferra. in c. j.
de cōst. lib. vj. col. iij. vbi dicit quòd omnis dispositio potius
recipit interpretationem à iure consuetudinario, quā à iure
communī. & consuetudo interpretatur etiā ius diuinū. Roch.
in tract. de consuet. chart. x. col. ij. vers. secunda conclusio. licet
Lancel. Politus in tract. de offic. aduoc. rubr. de prudentia. in
ij. oppos. sentiat contrarium. Et si talis consuetudo interpre-
tatiua sit generalis, non indiget probatione, & nunquam illi
censetur derogatum, nisi specialiter dicatur. l. as. in l. de quibus.
ff. de legit. Felyn. in c. j. de re iud. Cremen. sing. xcj. incip. tu scis
quòd appellariōe. Barb. in repet. l. cum acutissimi. C. de fideic.
dum loquitur an appellariōe filiorum veniant nepotes. De-
cius in cap. cum M. col. iij. de constitut. & cōsil. cxlvij. iij. col.
Nec requiritur quòd sit præscripta. Roch. in rubr. de consuet. Nō sit præ-
scripta. iij. & char. xij. col. iij. vers. ij. limita Decius cōsil. clvj. scripta.
statutum. ad fin. Aduerte tamen quòd si talem opinionem con-
suetudo obseruat, generaliter vbiq; talis opinio dicitur vera
de iure. Si verò eam obseruaret solum in certis casibus, talis
consuetudo esset fortè exorbitans à iure & restringenda vt so-
lūm procederet in terminis suis, prout voluit Alexan. in l. post

dotem.col.xj.ff.sol.mat.post Bart.ibi.& ibidem Claud.clarius col.pen.quem semper vide.& nota eius dicta pro declaratione prædictorum.quia sunt notanda.¶¶¶ Limita secundo quando contra cõmunem esset opinio vnus sancti munita auctoritate Nouivel Veteris Testamenti:quia talis opinio præferatur communi opin.gli in c.de libellis.xx.dist.Ias.in l.j.col.vij. ff.si cert.pet.Decius in cap.ne innitaris.de constit.col.fin.cap.noli.el.j.vbi Card.Alex.ix.dist.Panorm.Aret.Felyn.& Ioan.de Anan.in c.qualiter & quãdo.el ij.col.j.de accusat.Io.Mon taigne in tract.paruo de bigam.char.xxxvij.col.ijj.Petrus de Lesnaudiere in tract.de Doctõrib.iiij.parte.q.xxxix.Felyn.in cap.ex parte.el j.col.ante pen.de referip.Scrutinium char.vij. & seq.vbi char.xx.& xxij.de suprema auctoritate sancti Augusti.facit Roma.in l.de pupillo.¶ nuntiationem.col.ij. ff.de oper.nou.nunt.dicens,quod dicta sanctorum parrum debent defendi vsq; ad sanguinem.intellige sanè hanc limitationem prout moderat Felyn.in d.c.qualiter & quãdo.el ij.postquam ibi posuit de alijs auctoritatibus.dicam in vltima charta.

¶¶¶ Limita tertio quando cõmunis opin.cõuinceretur per ea sum legis vel ratione cõcludentẽ.Hadr.Papa noster in Quodlib.char.xx.col.j.l.ii. ff.de contrah.emp.¶ item pretiũ.instit.de emp.l.j.in princ.C.de sen.paf.vbi Papinianus præfertur Vulpiano & Paulo.c.capellanus.vbi Panor.defer.l.j.¶ sed neq;.C.de vete.iure enuc.gli.in l.j.de leg.j.Anan.in c.tua nos.de viur. iij.col.Decius consil.xxiiij.col.v.Curt.consil.lvj.super eo.iiij.col.& lxxvj.super motiuis.ad fin.& lxxxij.Deus pius.ij.col.Corsling.ccvj.vbi Doct:Pich.in repet.¶ Titia.col.xij.vers. venio ad secundum.& omnes examinantes hanc regulã in locis prædictis.Et consil.cclxxxiiij.in fin. Ant.de Prato in tract.de secun.nup.char.x.col.j.c.ego solis.ix.dist.Ang.in §.respon sa.instit.de iur.nat.vbi Salom.char.x.dubitat Cepola in tract.de imperat.mil.delig.charr.xij.col.ijj.& iiij.Petr.de Lesnaudiere in tract.de Doctõribus.parte ij.septimo priuilegio.& dicit Ang.consil.cl.incap.sanctissima.col.ijj.quod debemus illi sententiæ inhærere quæ est melioribus rationibus fulcita.licet imperator sit in opin.contraria.hoc tenet Eras.m.j.parte pro uerb.dxxvj.hæc porior.vide omnino fratre Syluest.contra Lutherum lib.j.cap.xvj.puncto iij.& seq.est chart.xcvj.Vdahr.in l.ij. ff.de orig.iur.col.lxxij.& duabus seq.Ioan.Franc.Mirandula in lib.de fide & ordine credendi,theoremate.xxij.Claud. in Mon

in Monarchia Franciæ parte ij.c.iiij.& c.vij. Et hoc est quod vult Lancel.Politus in tract.de offic.aduoc.in rubr.de prudentia.& in rubr.de eloquentia.Gem.consil.xlvij.pro examinatione.col.ijj.vbi dicit se composuisse tractatũ de veriori opin. quem tamen nondum videre potuimus.& Barb.æpius in consilij fundat se in hac limitatione,vt videatur eius peculiare dictum.facit illud Exod.xxij.neq; in iudicio plurimorũ acquirere sententiæ,vt à veritate deues.refert frater Michael Dominicus de Guelfis & Giebel.char.xij.cap.tertia malignitas.Hadr.Papa noster in quodlib.ij.est charta xx.col.ijj.& xxj.col.ijj.& potius permittitur scandalum,quã quod veritas deseratur.c. qui scandalizauerit.de reg.iur. Angelica in versic.iudicare.¶ vij.Rofarium lib.ij.ferm.ij.litera t.propterea quia hoc incumbat bono aduocato,sequitur quod melius est habere bonum aduocatum,quã bonum iudicẽ Fulg. qui loquitur de semeripso in l. quod si nolit.¶ si mancip. ff. de edil. edict. prædicta intellige sanè, scilicet quando illa ratio seu illæ leges concludent in materia per ea quæ dicã statim in xvij. limitatione huius regula: licet aliàs quandoq; sufficiat vnũ bonũ motiuum, licet non sit incõuincibile. Bal. in c. cum tanto.col.ij. de cõstet. in c. accedens. in fin. vt lit. non contest. Casus autẽ legis secundum Cyn. in l. j. col. fin. C. de legib. est illud quod scriptũ est in terminis de quo queritur vt in terminis indifferẽtib; ad materiã de qua tract. & licet Bald. soteret dicere, casus est rotũdus tamen Barb. in c. cum causam.col.ijj. dicit casus est formalis. & est pudor dicere contra casum legis: secundũ Pich. in repet. ¶ Titia.col.xc. in fi. Barb. in c. clerici. qum. xvj. de iudic. est tamen mirabile videre hominẽ eminentis sciẽtiæ qui sine reuolutione librorũ respondeat de casu legis. Baureria in §. fin. col. pen. instit. de testam. milit. Et tantũ sufficit vnus bonus tex. quãtum mille. in tract. quando res habeat orig. à contractu. col. viij. lex quantũ mille. Ignens in repet. auth. ex causa. col. xxij. Calcan. cõsil. lvij. viiis cõsil. col. j. Rosariũ Busti. lib. j. ferm. j. litera q. Imò sufficit allegare librum absq; capite legis. gli. in c. vt euidenter. j. q. j. Card. in clem. constitutionem. col. j. de elect. vbi refert Spec. dicere hoc esse vtile ne instruat aduersarius. contrarium dicit Gem. in c. j. de cler. conuug. lib. vj. pro quo Ioan. Picus Mirandula in Apologia. q. vij. char. ij. allegando Rufinum contra Hieronymum dicere, locum nõ profers, ne me possim defendere. prout ipse Hieronymus aliàs respondebat Augustino: & con-

trarium procedit inter doctos. Præpos. in c. ij. not. an ag. vel
 fil. Sed pro cōcordia vide aliū. Card. in c. sed illud. §. hinc etiā.
 xlv. dist. Spec. in tit. de disp. §. porrō. locosē Arer. in Leius quæ
 in prouincia. col. fin. ff. si cert. per. imō sufficit dicere in genere.
 Ira iure cauetur. Bolog. in repet. auth. habita. C. ne fil. pro pat.
 col. xxvij. vbi etiā dicit q̄ quando loquimur cū principe nō est
 opus allegare iura. & dicit idem esse quādo fiunt consilia deci-
 sua. Panor. in c. v. stra. ij. not. de coh. cler. & mul. consil. xxj.
 incip. In quæstione quæ ad præiens. ij. vol. Corn. cōsil. cccxxij.
 incip. licet. ij. vol. & in ij. vol. consil. ccxv. incip. viso. & consil.
 cccj. incip. in præfenti. Felyn. post antiquos in c. sicut. de re iud.
 Io. de Lesnaudiere. in tract. de Doctorib. iij. par. q. xj. Brunus
 in feudalibus. consil. cvij. casus. col. pen. & consil. seq. in fin. Sa-
cv. ff. sol. mat. in l. in suis. co. ij. ff. de lib. & posth. in l. qui in aliena. nu. xxxv. ff. de acquir. hered. quoniã tũc sit bonũ habere iudicè amicũ & fauorabilè. vt cõcludũt omnes examinãtes hanc materiã: quia potest secũdũ eos eligere cui dicat, Tu mihi sola places. Host. in proœ. summæ. col. ij. & adherere opin. quæ sibi magis placuerit, & sic fauere amico. gl. in c. venerabilè. in verb. fauere. de clec. Idè Ias. in l. die functo. ff. de off. assès. col. vj. in l. eũ prolatis. ad fi. de re iudic. dicès, q̄ iudex nõ potest reprehèdi sequèdo opi. quã vult, sicut si tũt diuerse sentètia: Theologorũ, neutra sapit hæresim. secũdũ eum & Ang. in l. inter stipulante. §. j. in fi. ff. de verb. ob. vbi subauditur si faciat bona fide: & tũc cõcor. Anchar. cõf. ccxj. de quo j. Sed licet fatear vitilè esse habere iudicè fauorabilè. Socin. in c. j. de lib. obl. col. xl. ix. debet intelligi nõ claudicãtè. Bal. in c. ne innitaris. de cõstit. nec dicentem tu mihi sola places. Host. in proœ. summæ. col. ij. nisi pòderas rationibus, vt ibi. Tamen q̄ sentètia diffinitiuã Nihil relinquitur arbitrio puro iudicãtis esset incõueniēs: quia iudex primò instantiẽ erit mihi fauorabilis. Iudex secũde erit fauorabilis aduersario: vel vnus habebit vnã opi. alius aliã. Et sic nec partes, nec aduocati vnquam scitèr: an fouerent bonam vel malã causam. & sic staret sub incerto. cõtra tradita per Hipp. in rub. C. de probat. col. lxxxij. Burgos. in c. cũ causa. de emp. & vèd. col. ij. & iij. Ias. in l. ita stipulatus magna. j. not. de verb. ob. Ius etenim semper debet esse certũ. l. ornamentum. ff. de aur. & arg. leg. & cõstans & perpetua voluntas. l. iustitia. ff. de iust. & iur. Et non ars incerta. Bart. in l. si is qui duceta. §. vtrũ. ff. de reb. dub. in v. oppo. Et sequeretur illud quod opponunt nobis artista, quòd professio seu notitia legalis non est sciētia, quia cõsistat in opinionibus: vt Lisoperita. char. v. Sed errant, quia imò est verã sciētia: quia leges sunt nobis scriptæ tanquam prima principia quæ in qualibet sciētia pro claris & veris ponuntur. Et quoniam per legem scriptam imposibile est omnes casus comprehèdere, subintrat legis interpretatio quæ deducendo argumenta & rationes à legibus scriptis, sicut aliæ scientiæ, à suis principijs generat habitum scientiæ apertè riuendo multas conclusiones, & decidendo multa dubia ex virtute aliarum legum, & sic verificatur dictũ Philosophi, Scire est rem per causas cognoscere. ita inter cetera probat Card. in proœmio Decret. columna quarta. latius eo tacito Gammarius in tractatu de extensione. colum. j. & ij. vbi responder ad

Nihil relinquitur arbitrio iudicis.

ad quatuor fundamenta quæ fiebant ad oppositum latissimè. Ponzinibius in tract. de Lamijis, & excellètia iuris. chart. ij. vbi probr hanc opin. per quinque fundamenta. & responder ad xj. fundamenta examinando adducta. & istã opin. tenet Imol. in præm. Decret. incip. quoniam. col. fin. Bart. in tract. testimo niorum. chart. v. v. cap. prudentia est. vt inquit Aristot. idem Panor. Imol. & Præpos. in cap. non debet in notabilib. de con sang. & affin. Vldar. Zasius pulchrè in locis statim allegandis. Gilbertus in quæstione post iij. c. in lib. j. ceconomicorũ Phi losophi. & dñ dicitur quod est ars, respõdet Alber. in proæ. ff. incip. oẽm in fi. prin. Imò dicit Bar. Imo. & Põzinibius in locis ante dictis quod est sapiètia & sic sciètia diuina. nam per me re ges regnant, & legũ cõditores iusta decernũt. Prouer. vij. Gã marrus de extensione. col. ix. & quæ paulò ß. dixi referèdo For tunium in tot locis, quòd lex ciuilis cum diuina concordat: & quòd rarò ius canonicum discordat à theologia, facit Ponzi nibius in d. tract. de Lamijis & excellètia iuris. char. ij. & iij. ma ximè col. iij. vers. præterea. Fortun. de fine iuris. col. iij. Ioan. Montolonius in præptuario Iuris. char. cxxxvij. in prin. col. ij. frater Lisdorus in tract. de imperio militantis ecclesiæ lib. j. tit. viij. quæstione j. col. iij. vers. regit quoq; frater Syluester contra Lutherũ char. xvj. & ccxxj. vbi clarè probat leges esse de iure diuino. & char. ccxxxij. prout & sũma Pisanelia. latè & subtili ter Vldar. Zasius post suã repe. l. ij. ff. de orig. iur. in orationi bus. præsertim in habita in doctoratu Frãncisci Pauli: quæ in cipit, non possum. & in iij. inci. pro ea. & in viij. sequentib. & quòd sit sciètia diuina, tener Arer. in c. qualiter & quando. el. ij. de accusat. ij. not. quia per hora principum diuinitus pro mulgata. Barb. in c. j. col. ix. de iuram. calum. vbi latè. & in Ioã nina. col. xl. Bald. in consil. schismatis. col. j. dicens quòd de cœlo processerunt, & sine eis loqui nõ licet. Fely. in. c. in omni. col. ij. de testib. in c. ecclesiã. col. xiiij. de constit. Boschinus in reper. rubr. de constit. col. iij. Fortun. de fine iuris. col. lxxij. & etiam quòd latè essent per Romanos qui erant pagani. nam quandiu iustitiam coluerũt, habuerunt monarchiam. glos. in proæ. Pragmaticæ. in verb. excoluerunt. est char. ix. propter quam & propter pietatem & cæteras eorum virtutes Deus eis permisit tantum imperium ne eorum benemerita sine præ mio relinquereentur secundum August. quem refert. Lancel. in l. nemo potest. col. viij. de leg. j. Hadr. vj. Papa noster in Quod lib. quæ

lib. quæst. x. col. vij. & quòd leges sint à Deo, non solùm Chri stiani fatentur: sed & Iudæi, Gentiles, & Turcæ, quos refert Ioã. bap. Castellioneus in præfatione ad Dictionarium Alberi ci, dum assignat rationem cur potius legibus, quàm medici næ in cubuerit. referendo Moysen & alios. prout & frater Iac. de Marchepalu. in tract. de animabus incolentibus Purgato rium. chart. pen. Stephan. Niger in commento ad carmina Py thagoræ. char. j. eos etiã refert Vldar. Zasius in repet. l. ij. ff. de orig. iur. facie seu col. iij. & lxxvij. & in oratione de qua ß. Ioã. Montolonius in proptuario Iuris. in verb. lex. col. j. Archiep. Florentinus in j. parte summæ, in tit. de iure ciuili. §. iij. Manc nellus in sermonibus, lib. ij. tit. iij. Guillelmus Mara oratione iij. incip. quanquam. & oratione ij. in quibus locis etiam plu ra subdunt de laudibus iustitiæ, præsertim Ioan. Bap. Castel lioneus idem ponès in præfatione ante singularia Lud. Rom. Ias. in præfatione ad primam ff. veteris. Paul. de Cast. in l. j. in prin. ff. de iust. & iur. Hyp. in præfatione ad tit. ff. de sicar. Rosa rium Busti latè lib. ij. ser. viij. char. j. & ij. & ferm. xxiiij. litera f. Macrobius char. j. magister Nic. de Clamègijis latè in tract. de lapsu & reparatione iustitiæ. Somnium Viridarj lib. j. c. cxxxix. Est enim initiũ sapientiæ facere iustitiam, Sapien. xvj. frater Michael Dominicus in tract. de Guelfis & Giebellinis. char. xvij. vers. quo ad tertiã. Et primo quærite regnum Dei & iustitiam eius. Lucæ xij. Et beati qui sicutiunt & esuriunt iusti tiam. Et beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Matthæi v. Et certa pro iustitia vsq; ad mortè. Ecclesiast. iij. circa fi. Papa Pius con tra Malatestam epist. vj. car. xiiij. Hadr. Papa noster in Quod libet. q. xj. col. xix. & q. xij. col. pen. Et vide Lactan. lib. v. diuina rum instit. c. cxvij. & seq. vbi eam defendit à Carneade logico, qui dicebat iustitiam esse stultitiam. Et quia eam adeò Orige nes volebat auferre, fuit dñatus de heresi. xxiiij. q. ij. c. fin. cum glos. fin. Quia iustitia est præclarissima omnium virtutum v. Ethic. pulchrè Bal. in proæm. rex pacificus ante fin. in c. vene rabilem. col. iij. de elec. in c. bonæ memoriæ per illum tex. eod. tit. col. ij. Guil. Rouille in proæm. lib. j. & ij. sui tract. de descri ptiõe iustitiæ & iniustitiæ. frater Michael Dominicus in tract. de Guelfis & Giebellinis. char. xv. c. quo ad septimum. vnde or tum est prouerbum. Iustitia in se virtutes continet omnes. Po lydorus prouer. ccxxxvj. Eras. in Mora. char. xv. col. ij. Platina de opti

de optimo ciue lib.ij.char. iij. hinc infert Guil. Rouile vbi §. lib. j. c. xij. quod pro subditis melior est iustitia regnantis, quam fertilitas temporis. & dicit Alber. in Iustitia. ff. de iust. & iur. quod iustitia est anima ciuitatis. Et sine ea res publica constare non potest. secundum Aegidium de regim. princip. lib. i. par. ij. c. xii. allegarem Philosophum vbi §. nam vulgo dicitur, vbi non sit iustitia, habitandum non est. Calcan. consil. Ij. col. j. eam tolle de medio. & quis audebit dicere. hic campus vel hæc domus est mea. c. quo iure. viij. dist. Cicero in ij. de Legibus. Stephan. Niger. vbi §. Sine iustitia regna sunt latrocinia. gl. in Pragmatica, de causis. in ver. iustitia. est char. cix. frazer Thomas Illyricus de potestate Pontificis char. cxvij. & de necessitate legum. Flor. in rub. ff. finium reg. Carolus Burbonius in processu fidei maximè par. ij. dixi aliquid in fine mei inuentarij librorum iuris. † Non sic de medicina, quia sine ea Roma tanto tempore floruit. secundum Plin. quem statim referam & audio quod domini Heluerij in eorum patria paucos vel nullos habent medicos. Et quæ non est scientia, sed ars, secundum Natalem de Montefauo Veronensem, in tract. de morbo Gallico. in fin. in quaestione de subiecto medicinæ. latè & subtiliter magister Marcus Anto. de Vero. successor in lectura Magistri Sebast. de Laquila Papiæ, in oratione quam habuit in initio lectionum. incip. Euclides. & patet, quia procedit magis per experimenta quam per orationes, vt in theubarbaro quod ratio nabiliter deberet generare, seu nutrire coleram, & tamen eam purgat & expellit: vt docet experientia. idem in alijs infinitis medicinis, maximè in eis quæ operantur à proprietate occulta. Ac statim vt vtar verbis Dodi in apol. contra defen. striga. char. xxxvj. venient cum farrabula distinctionis dicetes, quod qui nescit distinguere, nescit disputare. vij. Metaph. circa pu. cont. Cicer. in j. Offic. char. viij. vbi alleg. Cicer. de Orat. & sic distinguunt quod duplex est iustitia, prout & ille impugnans festum Concep. beatæ Virg. volebat aufergere arg. distinguunt quod, quod duplex erat beata virgo. Quia replicari potest, quod si Christus & alij scribentes voluissent distinguere, hoc facere sciissent, & declarassent de qua iustitia intelligerent. Bal. in c. j. de suc. feud. col. ij. §. latè dixi in quaestione, an debeamus stare Doct. in lectura vel consil. Item dicunt quod duplex est medicina Polit. in Panepistemon. col. ij. ver. naturalis. Idem dici potest de omni scientia. Alber. in proœm. C. incip. quoniam col. ij.

ij. Et quod prædicta procedunt in medicina cõsistente in practica: secus de medicina consistente in theorica: quia respondetur quod imò procedunt in medicis quos vt plurimum habemus. l. nam ad ea. ff. de legib. scilicet quæ post enclatos labores & longa studia in philosophia & artibus & medicina se ad proxim conuertunt, curantes infirmos, quos nõ dupliciter, sed simpliciter medicos nuncupamus, quamuis vtrunque callent. solos præterea practicos nõ vocamus medicos, sed perabolanos vel herbolarios, seu empericos, licet etiam theorici adducant plerunq; experimenta. & longè reipublicæ est vtilior practicus etiam empericus, quam merus theoricus nolens praticare. nam vt dicit Zer. de caut. medic. cap. iij. & v. medicus non potest esse perfectus, nisi exercitatus. & ad perfectionem medicinæ requiritur duplex actus: vnus acquisitus per doctrinam, alius per frequentiam actionum in ægris. latè Rip. in tract. de Peste char. lxxiij. & seq. vbi ponit plures quaestiones circa medicos, & quomodo puniendi quãdo infirmus moritur eorum culpa, & quis honor medico adhibebitur, seu quæ utilitas si praticare noluerit, Clau. in proœ. Monac. Fran. in locis, & quæ dixi §. in v. ratione de exemplis mod. fauit, quia artis dignitate vel beneficio non gaudet qui illius exercitiũ negligit. Bar. lib. j. conf. liij. præclarè. col. iij. Gel. lib. xij. cap. viij. eximia. res enim denominatur à fine. ij. Physic. in cap. mandatum. col. vij. de reb. imò etiam aliquando pro amico voluerit se ingerere, certè à solo theorico egrotus potest curam expectare in die iudicij, & empiricus citius sanabit, & dicit Cicer. in Offic. quem refert Iod. in præfatione ad suum tract. de nobil. ante fin. quod medici quãuis artis præcepta perceperint, quicquam laude dignum sine vsu & exercitatione cõsequi nõ possunt. Et quia de pratico sit magis curandum, plura ab eo exiguntur, quam ab alio. Archiep. Flor. in iij. parte sum. lib. vij. c. ij. de elig. medic. §. v. vbi. §. seq. post Philosophum laudat quod egrotus habeat plures medicos licet Petrar. epist. xc. v. scribas. dicat vnum de multis medicis eligendum, non eloquentia, sed scientia & fide conspicuũ, pro quo Humbert. in Sacri leg. char. fin. in ver. polluat. circa medium. Quinimo fortè melius esset medicos ire per simplicia et tract. Galeni, de facile acquisibili bus. & non ita frequenter deciperetur ab aromatarijs ministrantibus drogas & medicamina vetera & sophistica vel misculara. Ang. in l. annonam. ff. de ord. cog. Ripa in tract. de Peste.

ste. char. xl. num. 132. & chart. lxxvj. num. 89. vnde pudor medici & damnum contingit infirmo, praesertim si adsint simplicia valentia à proprietate quæ non nocent vt aliæ medicina. quibus vtuntur pro stomacho: quia calidæ, & nocent hepatis. & hæ medicina generaliores sunt vtiliores: quia plerunq; medici non possunt bene cognoscere nomē agritudinis. & tempore nostro Mediolanensium tot medici errarunt adhibendo medicina ad hydropisum mulieri quæ erat prægnans, & alibi cuidam principi qui erat spleneticus, vt compertum est ex inspectione cadaveris: & tamen credebant hydropicum. & Galenus in semetipso erravit de colica ad iliacam. Ideo si vtantur medicaminibus quæ valeant ad vtrunq; securius erit. Noui ego tinctorum nescientem latinè loqui, plures & varios ægros curasse, à peritis medicis solis sacerdotibus derelictos, & plusquam xxv. annis etiam sese opponentibus medicis medebatur, & ipsi soli plures vrinæ deferebantur quàm tribus ex peritis medicis illius vrbis, quanquàm more imperiti omnibus eandem purgationem exhiberet indistinctè in omni agritudine. c. fin. in fin. xxij. dist. quam semel in anno in magna quantitate componebat, & infinitos sanabat. Quanto ergo periti medici facilius hæc facere possent si vellent. sed euenit ne displiceat aromatario, qui est oculus medici. & exemplum ponit Hadr. Papa no. in Quodlib. q. x. litera n. ij. est char. ciiij. col. iij. & nã reddant artem facilem esse mulieribus quæ postea forte scirent mederi. Quinimo solent damnare aquam ardentem seu aquam vitæ, quæ tamen vt docet experientia est valde vtilis, & tantum ab Arnaldo de Villanoua commedata. ¶ Secundò non obstat dum se iactant quod ad instar Theologorum appellatur magistri: prout se Christus vocari iubebat, & Theologi vocantur: quia respondetur quòd Christus & se iubeat vocari dominum. præterea in aliquibus regionibus Legistæ vocantur magistri. in Italia autem vbi ingenia vigent, inter laicos titulus domini habetur in maiori honore, quàm titulus magistrus. vt videmus Romæ & alibi. vide Fely. in c. j. de magistris. in fin. Barba. in c. ex literis. col. iij. de constit. ¶ Tertio non obstat dum adducit illud Ecclesiast. xxxviii. in princ. quòd refert Ioan. Montolo. in promptuario Iuris. in vers. medicus, videlicet, honora medicum propter necessitatem. Quia respondetur quòd saluator eius potior est auctoritas, in primis præmittit quærendum regnum Dei & iustitiam eius. vt s. probauit. præterea si ratio

quare

quare debet medicus honorari, est necessitas, ergo habes exercitium magis necessarium quàm sit medicina erit præhonorandus medico. prout est molédinariarius, licet sit fur. secundum Fulg. in l. Iulianus. in princ. col. ij. de act. emp. idè de factore dicit gl. in lit. de rerum diuis. in §. si tamen aliena. in ver. siue ipse. item quandoq; etiã fecerator sine cuius suffragio multi saepe perirent. Bal. in c. j. col. j. de iure iur. Barb. lib. iij. cõsil. viij. illud. col. vj. Bald. in l. j. col. ij. C. de sum. Trin. pro quo Host. in summa de vsu. §. qualiter. circa fin. dicit quòd imperator propter mundi necessitatè non potuit vsuras in totum tollere, essent præhonorandi: quia eorum exercitium sit magis necessarium, quàm medicina, quia nõ est opus sanis medico. Lucæ v. Regimen castitatis col. ij. allegando Galenum iij. Tegni: quia omnia sana sanis. Panor. c. ad vltimū. de homicid. col. pen. & malè faciunt sani vtendo medicinaliter. Innoc. Io. Andr. & Card. in cap. tua nos. de homic. refert Ripa in tract. de Peste chart. lxxx. num. clxiiij. quinimo agricultura est magis necessaria quàm medicina. vt Cicero de Senectute circa med. Rodoricus in Speculo humane vite. c. xxj. Corn. lib. j. consil. clv. quamquam. col. ij. Rippa in tract. de peste chart. xliij. & seq. vbi enumerat plura priuilegia agricolarum. facit Gilbertus in j. Oeconomicorum. c. ij. & in quaestionibus ibi post secundum librum char. iij. & seq. Codrus ferm. viij. incip. Philosophia. vbi etiã de vita pastorum: item Romæ militia & agriculture potissimè exercebantur: opificum enim Romanis prohibebatur. Vdalr. in l. ij. ff. de origin. iur. col. vij. pro quibus Philosophus iij. Politicorum. Optima ciuitas non fert vtilem artificem ciuem. refert Baptista Pius in annotat. posterior. c. xxvj. hinc tantum est agricultura priuilegiata. secundum Mancinel. in sermonib. lib. j. tit. j. & priuilegia eius enumerat Rippa vbi s. & Io. Montolon. in Promptuario Iuris. char. xvj. in vers. agricola. & in bona patria si quis habeat tot agros qui mereantur sollicitudinem domini etiam si sit aduocatus, plus lucrabitur in illa sollicitudine, quàm in aduocato. Item & medicus quàm in medendo: & fraudat terram, lacera, viola, fac quicquid vis, semper fertilior & iucundior erit. & rem Deo & reipub. gratiore efficiet. item Aristot. in Politic. què post Card. in c. quoniam. col. iij. xv. dist. s. reuli, in decima ratione adiutorij, non posuit necessarium medicum. Sed bene in republica dixit necessarios iudices & agricolas. præterea auctoritas Ecclesiastici non iubet Legistam, patet, quia ibi post medicum, idem

K k

dicitur de vnguentario, cui tanta veneratio deberetur prout medico, quod est absurdum. ¶ Quarto non obstat, dum irridet Legistas de libris cautelarum prout etiam Lancel. Politus in tract. de offic. aduoc. char. fin. quia respondetur quod & ipsi tales habent: vt libro de cautelis medicorum per magistr. Gabriel. Zerbun Veronensem, qui in molinibus vna obmisit quam pudes referre. traditur à Iacobo de Forlii in secunda primi, in secunda de vrinis. c. j. super illo text. Auicenn. scias autem quod vna quanto plus eam tibi approximas & c. Item & nonne Theologi superius tradunt cautelas: est enim cautela euitatio deceptionis cum diligenti attentione: secundum eundem Gabrielem in dicto libro. vel est proprie consideratio rerum futurarum, vt Vincentius Cingault in cons. de alienatione iurisd. chart. vij. ¶ Quinto non obstat, dum etiam nos irridet de quibusdam gl. exponentibus vocabula leuia vel inhonesta, quia respondetur quod licet videantur leuia idiomati nostro Italico, non sic Teutonico vel Anglico, cui propter diuersitatem cum suo vulgari oportuisset recurrere ad aliquod vocabularium. & ad illud de auribus respondet Barb. in c. ex tenore. iij. not. de for. compet. de inhonestis etiam oportet quandoque loqui. vt expressè se excusat Auicenna xx. sen. iij. canonis, dum loquitur de magnitudine virgæ. & ibi facit vnum capitulum excusatorium. & verba Auicennæ declarat Præpos. in c. fraternitatis. col. xij. de frig. & malefic. ¶ Sexto non obstat. autoritas Ciceronis appellantis Leguleos. credebat enim, vt Politianus in Lamia, col. pen. esse scientiam funginam, vt vna pluuia statim procreetur. quia clarè respondet Vdalr. Zasius post repetit. l. ij. ff. de orig. iur. in epist. incip. Laur. Valla, quod quandoque malum dicebat etiam Cic. de amicis suis. & de pluribus alijs, vt congerit Longolius in sua defensione habita Romæ incip. quod. chart. xvij. & seq. dicam in v. limitatione. quod sit tenenda communis opinio. Et fuit Stoicus Philosophus & Iurista eximius, secundum Bol. in l. j. §. ius naturale. cl. ij. ad fin. ff. de iust. & iur. & Cicer. quantum extollit leges in suo tract. de legib. & alibi dicit ipse, quod iuris civilis cognitio semper summo in honore fuit. refert Practicus Pap. in forma interrogatorum. ante fin. gl. j. cuius difficultas ibi de varietate statutorum ita procedit in medico in diuersitate complexionum & aeris & modo viuendi egrotorum: sed discretus sapiens omnibus se accommodat. ¶ Septimo non obstat. quod adducunt Moder. in apostil. Barb. in c. ceterum. col. vj. de iuram. cal.

cal. in c. clerici. de iudic. quod de corruptibilibus non habetur scientia, sicut sunt leges quæ quotidie mutantur. c. non debet. de consang. & affin. vt irridet Codrus serm. j. est in opere chart. xxvj. Mirabilis liber Prophetiæ char. xxiii. c. xxx. dixi in quaestione quod habet aduocatum vel alio primo libro. Etiam in opere c. i. per c. & dicitur Moderni esse conclusionem argumentum. Sed respondetur quod se queretur quod Theologus esse scientia omnino prædicti quod est falsum. Secundò cum nihil sit sub cælo stabile & incorruptibile. Boëtius de consolatione lib. j. metro v. ô steli ferri & c. lib. iij. metro ix. ô qui perpetua. quem refert Panor. in proem. ad rubr. de iud. cum omnia corrumpantur. Claud. in Monarchia Franciæ. lib. j. c. iij. Bald. in l. si viua matre. C. de bo. mater. & præfati. Moder. in postillis. Barb. in c. si quando. col. iij. de rescript. Ergo se queretur quod nec de cælo, nec de his qui sunt sub cælo posset haberi scientia. facit, quia secundum Philosoph. iij. de Anima, Nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Sed sensus & quæ sunt in sensu sunt corruptibilia. vt frater Greg. serm. funebri. xxiii. educ. Domine. & serm. xix. sicut ergo & c. Tertio respondetur quod Legista principaliter considerat de stabilibus, vt de Deo. Boëtius vbi §. item quia iustitia est constans & perpetua voluntas & c. l. iustitia. ff. de iustit. & iur. Et si Moder. ibi. & instit. eod. super verbo, constans. vidissent Doct. & Cardin. in d. c. non debet. ij. not. & Imol. in iij. Bart. in tract. testamètorum. char. v. c. prudentia est. vt Aristot. Ponzinib. in d. tract. de Lamijs & excel. iuris. col. x. versic. non obstat. quod sit variabilis. vbi accommodant aliam solui. & Fortun. quem paulò §. in tot locis allegauit tenere, quod lex naturalis & diuina est eadem & immutabilis, non tantum confiderent in illo argumèto. & si medici darèt medicinas in illa dosi quam dabant antiqui, nescio quæ corpora sufficere possent: ergo nec eorum scientia est stabilis, si scientia est, nisi velles dicere quod omnis scientia mendax, vt nititur Codr. serm. vj. iam quindecim. char. iij. & seq. ¶ Octauo non obstat. quod medicina sit scientia. vt frater Isidorus in loco prædicto tit. x. quart. x. col. xj. Et plura pro ea cogerit Erasmi. post suum Encomium Matrimonij. Marsilius Ticinus in epist. charta xij. xij. xxj. & lxxxij. vbi chart. lxxxij. plura. Et de laudibus philosophiæ. & char. xc. dicit quod gignit sapientiã, licet cum diuitijs & fortuna non coniungatur. vt per eum. char. clxxxvj. sed bene copulatur cum legibus. & dicit Gand. in rubr. de aliquibus quaestionibus

varijs.col.fin. quòd res defendunt aduocati, corpora medici, animas defendit Ecclesia. Item medici sunt doctores, & consequenter in dignitate approbata. Petr. de Lesnaudiere in tract. de Doctorib. iij. parte. quæst. xxxj. & lvi. Bonus in tractatu de nobilitate iij. parte. num. clv. & seq. Econtra plures dicunt male de Legisistis, vt Nicoletus Verme. in quæst. de præcedètia Doctoris & Medici, quam ponit initio Burleus super physica.

78 † Quia respondetur ex prædictis quòd est ars. secundò respondetur quòd dato quòd esset scientia, est eo modo quo Homerus etiam fabrum lignarium scientem dicit. & refert Politianus in Lamia. col. iij. & melius dico quòd & si sit scientia, non tamen propterea debet præferri legali, vt statim dicam. & qui eam laudant, bene faciunt: sed non propterea legalem continent, quoniam hoc viliù est. secundum Hieron. Codrus serm. xiiij. char. iij. vt facit Nicoletus & alij obloquentes de Iuristis, ob quod adeò detegit se habere malam linguam quòd nemo dictis suis credit. Item plures obloquentur etiam de medicis vt Plinius de naturali hystoria lib. xxix. cap. j. Sidonius Apollinaris & Seneca, quos refert Polycraticus. & eos omnes Lucas de Penna in rubr. C. de profes. & medic. libr. x. Morus in Republ. Vtopie. char. xix. & de eis meminit Ripa in tract. de Peste, char. lxxv. num. lxxiiij. Moder. in tract. de malis siue ignaris medicis, & Petrarcha cõtra malos medicos. & Gallicus in, Les abus du Monde. post medium, vbi latè. & aliqua cõtra eos tradit vbi supra Politianus. Rodoricus in Speculo humanæ vitæ. cap. t. xxxij. Rosarium Busti lib. ij. serm. viij. litera q. col. ij. & xxix. litera m. col. penult. nunquam mihi placuit ista modus vituperandi vnã pro laudãdo aliam. Codrus vbi supra, & ibi char. ij. plura contra medicos nec iurgandi. Lancel. Politus in tract. de offic. aduoc. in rubr. de prudentia. char. penult. quia iuribus & non iniurijs certandum est. l. quisquis. C. de postul. Portius in stit. quib. mod. tutel. f. col. iij. facit l. j. C. si quis imper. maled. ad quam Hadr. Papa noster in Quodlibetis. q. vij. col. pen. & q. xj. c. ij. vt clarius col. ij. Bauerus in §. item furiosi. col. ix. in stit. qui test. fac. pos. l. fernia in feudis, in rubr. de statutis contra libertatem Ecclesia. in versic. satisfactionem. vlt. col. facit Libodus in Apologia cõtra defensores strigarum, chart. xxxiiij. & Labia stulti immiscet se rixis, & oscius iurgia prouocat. Amedeus de Amicitia. chart. iij. Jarè Gilbertus post Philosophum. lib. ij. Oeconomicorù in quæstionib. chart. iij. est enim malum signum

signũ quando quis vult se maledictis defendere. c. j. §. j. de schif. lib. vj. Spec. in tit. de aduocato. §. iam nunc videndũ. co. ij. verum si aduocatus videatur: nam facit hoc quãdo videt se succumbere vt prouocãdo ad irã turbetur, vt nesciat aduersarius quid dicere. Et dicit Aristor. j. Elenchorũ, quia ista est vna cautela sophista. refert frater Lud. de Veritate contrit. char. cix. de ira, quòd impediatur & obnubilet ratione. in fin. Sed hanc cautelam damnat tanquam diabolicã Rosarium Busti. lib. ij. serm. xxix. litera a. col. fin. & per totũ illũ §. est char. cclxxxvj. frater Tho. Illyricus de Potestatẽ Papæ. char. ciij. vbi chart. cxviiij. inuehit contra medicos. tamen Archiepiscopus Florétinus in iij. parte summæ. tit. vj. c. ij. §. dicit quod esset licita quando quis esset certus de iure suo, & alter sua sciẽtia & cauillationibus vellet offuscare. pro quo Purpuratus in l. edita. C. de eden. num. xix. & seq. facit illud Apostoli quod refert August. quem etiã refert Petrarcha epist. xlix. altissimũ. ante fin. dum dicit, nõ in contẽtione & emulatione: sed induimini dominũ Iesum Christũ. facit Ioan. Montaigne in tract. de præcedètia sacri regij consistorij. dum detestatur ambitione, propterea frater Syluester cõtra Lutherũ. chart. clviiij. ver. deficit. quintò dicit se obmittere illius detractiones & maledicta, ne videatur similis sibi. pulchrè Gell. lib. vj. c. xj. cũ inquinatissimis allegãdo Q. Metellũ Numidicũ hoc idem dixisse. & licet faciliter quilibet possit talẽ cautelam euadere vt endo patiẽtia, tamen per prædictas auctoritates poterit eã retorquere in caput illa vreris, scilicet dicẽdo & probãdo quod hoc faciat, quia nequeat ius suũ tueri, possit etiã responderi vt refert Plutarchus in vita Marij eum respõdissẽ in simili Põpilio. Si eximius es doctor, coge me inuitũ ad tecum excedendum. faciũt pulchra responsã Diogenis qui maledicẽti sibi nõ respõdebat, quia cõtẽdere volebat in his in quibus qui obtinet vilior reputatur. & quia illi nõ possit respõdendo tantam deonestatẽ afferre quantã ipse sic loquẽdo sibi ipsi inferebat, & quod oportebat sapientiã ab incipiẽtibus impugnari. Esse enim meliorẽ indicat lingua mala quẽ carpit. Et Socrates dicebat, Si asinus me calce percutiat, nunquid eum in iudicio conuenirem? Xenocrates verò respõdit, Vt tu lingue tue, ita ego aurium mearũ dominus sum. Quis enim non potest cogi praxicẽ ad irascendum, prout nec ad transglutendum cibi. Ioan. Selua in tract. de iure. col. viij. versic. v. ita hinc vulgus dicit quòd cõmune Venetorum compellere nequirit vnũ asinum

ad bibendum. cui enim dubium quod boni medici sunt valde laudandi: Bal. in c. cum omnes col. fi. de constit. & necessarij ad abbreviandum ægritudines & iuandam naturam: licet non sit in medico semel liberetur vt eger. gl. in l. illicitas. §. si medico. ff. de of. p̄gri. in c. ad aures. de æta. & qual. Spec. in tit. de aduocato. §. nunc tractemus. versic. quia dubius. licet ipsi multa promittat infirmo & bene. quicquid dicat Ripa in tract. de Pe. ste char. lxxix. col. j. vt intertineant cum spe, & non leue salutis iudicium, est spes languētis. A medeus in dialogo de Amicitia. char. iij. iuxta illud, Victiq; resurgūt, Quosq; putes nunquam posse iacere cadunt. Præpos. in c. tanta. col. iij. qui fil. sint leg. qua duce morituros viuere vidi, dicit Aesopus. hinc, promittunt medici, tractant fabrilia fabri. vt Hier. quē refert Zerbus de cautelis medicorū. chart. viij. col. ij. Barb. in c. clerici. col. ij. de iud. in c. prudentiam. in si. prin. de of. deleg. in c. Raynutius. col. pe. quia sanat solus langores Deus, vt exorditur Mesue in lib. Medicinarū particularium. in lib. in eo est char. lxxvj.

¶ Non dō nō ob. quod ipsi sunt philosophi cuius ratione præcedere debēt, cum sit sciētia vera quę inuestigat res per causas. Sed responderetur quod Philosophi ab vrbe expulsi sunt, vt Politianus in Lamia per senatusconsultū. Codr. ferm. j. char. xxj. 79 & seq. & ferm. v. chart. iij. ¶ Secundō respōdetur quod etiam Iuristæ sūt philosophi. l. j. ff. de iust. & iur. Et præsupposito quod sit sciētia, tamē sciētia Legalis est dignior. quia non solū sciētia, sed & sapiētia. quia de Deo. vt Luc. de Penna. in l. j. C. de stud. liberal. lib. xj. col. v. & vj. Bart. in tract. testimoniorū. cha. v. c. prudētia est, vt ait Arist. vbi declarat quid sit sapiētia, sciētia, & quid prudentia. dixi s̄. præterea etiam si remaneat in puris terminis sciētia adhuc est dignior. Nam vnaquęq; sciētia est dignior altera vel ob nobilitatē subiecti, vel certitudinem demonstratiōis. Philosophus in proœ. de Anima, quē referūt Nicolerus & Natalis de Mōtesauro in locis ante dictis. Bo. in tract. de nobilitate. part. ij. nu. xxvj. Bol. in §. ne autē. in proœ. forum. Quantū ad subiectū de subiecto medici secundum Natalem vbi s̄. & Rosariū lib. ij. ferm. xxix. litera n. ad si. vbi in antecedētibus declarat in omni sciētia quod sit eius subiectum, & quomodo cognoscatur. Natalis vbi s̄. & Achilinus in tract. de Physiōnomia, dum agit de eius subiecto. & quoruplex sit, clare Alber. in proœm. ff. veter. chart. j. sicut finis medicinæ est corporis sanitas: ita finis legis humanæ est mētēs hominū facere

tere & conseruare sanas. Barb. in c. cum tanto col. x. de consue. Ioannina col. lxxx. Fortun. de vltimo sine iuris. col. ij. & per totam char. & ibi col. xix. allegat. j. Polit. quod qui Ius Ciuile institueret debet: de anima quoq; sciat oportet. & in l. j. §. huius studij. ad fi. ff. de iusti. & iur. allegat. j. & hęc quod proximus finis legum est animi sanitas. & ibi in §. ius naturale. col. viij. allegat hoc tenere Plato. sed bona animæ sunt maximē bona. j. Ethic. vij. Polit. frater Gregor. Britan. ferm. funebri. xxv. spiritus. Anchar. verō in reg. possessor. col. ij. dicit, quod ciuilis conderatio solū tendit dirigere actus nostros in pace & ciuili amicitia, quæ secundū Philosophum viij. Ethic. videtur ciuitates continere. & sic ad charitatem quæ potissima est, dirigere animas in cœlum: ad quæ sine ea nemo trāsit. vt s̄. dixi contra partialitates. facit Ropelus in Monarchia, charta. viij. colū. iij. & chart. xiiij. col. ij. Et sic patet subiectū iuristarum esse dignius subiecto philosophi: quod indubitanter procedit respectu iuris canonici, quod cōmuniter profitētur omnes Legistæ. nam sine eo parum valeret. vt Rom. quem j. referam & Ius Canonici cum omnes antecellit. secundum Fortun. vbi s̄. col. v. Host. in summa. col. vj. & x. Ifernina in proœ. feodorū. q. j. col. iij. & seq. & q. vj. col. fi. Rosariū Bult. d. litera. in col. iij. dicens, quod sciētia canonica est sciētia scientiarum, & excepta Theologia est alijs scientijs præponēda, quia est à Deo, ipsam specialiter inspirante: non sic in philosophia, quæ licet sit à Deo eo modo quo diximus à Deo omnia esse: hoc tamē est mediāte natura. ita frater Alex. de potestate Ecclesiæ. tract. j. & tract. ij. c. iij. & c. iij. & dato quod esset à Deo, non tamen per ora principum, prout lex. & sic per tam dignos ministros. & idem frater Alex. in d. c. iij. ante mediū. plura adducit pro spiritualitate contra temporalitatē. & c. viij. col. antep. faciūt quæ s̄. dixi in j. ampliatione, & in v. limitatione ad illud quod sit tenēda communis opin. allegando Fortuniū in tot locis tenere quod omnis lex debet esse similis legi diuinæ. ergo cum sit fundata & demonstrata per auctoritates Spiritus sancti, cui dubiū quod est certior demonstratio. & sic dignior per secundā rationē Philosophi, de qua s̄. quām philosophia quæ vadit per ratios & argumenta hominis, quorum quot capita tot sententiæ, vt inquit Comicus, c. quia diuersitatē. de elect. gl. in c. super literis. de rescrip. milē hominū. species, & rerū discolor v. ius. velle suū cuique est, nec voto viuatur vno. gl. in l. Barb. in verb. fecisset. ff. de

minantur In cœlum scopuli. Et si vnus adducat cœcludentia fundamenta, tunc non minus vrentes mittit formica sagittas Luc. de Penna in l. omnes. col. iij. C. de decur. libr. x. & hoc est quod de Aristot. conqueritur Ioann. Annius in commento Berosi charta. ij. aliquando vnus vnam alter aliam sectam tuetur. vt Lucanus, quem refert Barbat. in cap. pastoralis. col. xl. vij. de iud. Namque alij magnum, alij Cesaris arma sequuntur, & aliquando aliud Lucani, magno se iudice quisque tuetur. Barbat. in Ioannina, col. lxxij. in cap. licet nu. v. de for. comp. in c. significasti. col. pen. eod. tit. vbi quis iustus induat arma scire nephas. & in c. si clericus laicū col. xij. addit, victrix causa dijs placuit, sed victa Catoni. raroque firmant anchoras vt per eum in c. quod clericis. col. xvj. eod. tit. de foro comp. vt in tanta ambiguitate nemo sciat quid tenere. At dicēt quod Barbat. hæc adducit contra opiniones legistarum non contra varietatem philosophorum. Sed replicatur: quod Doctores habent sua principia, id est rex. legum scaturientes ab æquitate & veritate, ad quæ semper recurrunt & fiunt concordēs, prout Apostoli Aetium. xv. Sed philosophi obstinati simè suam sectam vel iure vel iniuria tueri volunt: nec aliam sectam admittunt. vt patet ex latè dictis per Lactantium in iij. diuinarum Institutio. vbi per plurima capitula philosophiam detestatur. & Apostolus ad Colossenses secundo. & etiam artes mathematicæ nil conferunt ad pietatem, secundum Eusebium de euangelica preparatione. libro decimoquarto. capitulo quarto pulchrè Seneca epistola lxxxix. de liberalibus, & durabus epistolis sequentibus. Et volunt omnia sibi probari prout Aristoteles irridens Biliam quod ille rusticus multa dixit: sed nihil probauit. Barbat. in capitulo proposuisti. columna decimatertia. de probat. Et tamen ipse non potest omnia probare, vt patet ex glomeratis in Rosario Busti. libro secundo. sermone ix. litera s. dum agit de curiositate. facit Baptista Pius. in annotationibus posterioribus Tullij ad Hortensium. colum. ij. versu. nec ea quæ clancula. vbi irridet Aristotelem, dum dicit Separatur hoc ab hoc. dicens, quod fugit Laurentius Valla. plura contra eundem in sua dialectica. Maxil. libro primo Vellem quod responderent mihi ad quærita Iob. capitul. xxxvij. Propterea Marcus Antonius de Verona in dict. oratione char. penult. allegando Platonem in Gorgia, suadebat scholaribus vt relicta Philosophia tanquam puerili accederent ad medicinam,

cinam, tanquam reipublicæ magis proficuum. Fuit consilium Gellij lib. x. c. xxij. incip. Plaro. Et sic Philosophia non habet ita certam demonstrationem, sicut habent Iuristæ, Imò philosophia habet principia quamplura notoriè falsa: vt, quod cœlum sit æternum, quod est contra illud. In principio creauit Deus cœlū & terram. Genes. j. Item, Cœlum & terra transibunt. Matth. xxij. Ex quo solo erroneo principio videat Philosophus quot eius propositiones corruant. Et tamen alia plura etiam falsa. Rosarium Busti ij. par. serm. xxix. litera m. col. iij. frater Isidorus vbi s. lib. j. tit. ix. quæstione vj. Fortunius de fine juris. col. vij. vers. Non ob. quod vulgares physici. Quomodo ergo potest ex falso principio deriuari vera conclusio. c. principatus. in fin. & c. seq. j. q. j. Philosophus j. Posteriorum. Bustus in Defensorio montis. char. x. col. ij. Ant. de Prato in proem. tractatus. de secū. nup. col. ij. & Syluester contra Lutherū, char. cxxij. quod maior debet esse certitudo principiorum quam conclusionum: quia propter principia nota, noscimus conclusiones. & Cicer. in ij. de Diuinatione dicit, T quod ex falsis verum effici nō potest. & Bal. in præfatione Decretalium ad fin. dicit, quod in scētis error fundamenti totā massam corrūpit. & Hadr. vj. Papa noster in Quodlib. q. x. char. pen. litera a. allegando Philosophum xij. Eth. dicit, quod vitium principij est corruptiuum, ex quo omnis processio est ex principio. secundum Philosophum, quem refert Angel. consil. cx. sanctissima col. pen. & vbi desunt principia, deest principiarum. quia principium est potissima pars operis. Barbat. in c. cum in iure. col. xij. de offic. deleg. vbi apostilla & in c. j. col. iij. de lit. cōtest. hinc dicimus quod tunc perfectè scimus aliquam rem, quando perfectè cognoscimus causam & principium. Philosophus in pluribus locis quem refert frater Greg. Britannicus in serm. fibri li. cupio. Codrus serm. vij. col. ij. Ias. in lege & si pepercerit. s. purè. col. j. in l. in suis. col. v. ff. de liber. & posthu. & hoc sæpius repetit Barb. in varijs locis & in locis predictis. & in c. sedes. col. v. de rescrip. dicit post Philosophum, quod circa principia oportet adhibere magnam sollicitudinem. Ad hæc igitur aduertens Dominus magister Sebastianus de Aquila leges tempore meo Papiæ Theoricam medicinæ, videntq; infinita principia philosophorū & metaphysicorum falsa esse, & repugnancia fidei nostræ, adeo tamen persuasua quod iuuenes de facili trahunt in errorem & hæretim, vt in bulla concilij Lateranensi

ranen. tempore Leonis x. in materia fidei est ix. in ordine meo cum portauerit dicentem credere. Ciacialupus de modo studendi, col. xv. in princ. Lancelotus in praefatione ad ij. ff. veter. Purpuratus in praefatione ad primam C. frater Thomas Illyricus in tract. de potestate Pape. char. cxviii. ideo suadebat scholaribus suis ut audirent modicum in theologia quae tales errores ab eorum mentibus extirparet. Et audio quod nisi fiat ita, Patavij non admittuntur ad doctoratum in medicina, quod praesertim est hoc tempore necessarium, quo relicta via S. Thomae, omnes volunt sequi viam Averrois, quem dicunt melius commentalle & secutum mentem Arist. qui Averrois est magister in medicina. & propterea medici antiqui libentius sectabantur S. Thomam, postquam omnino non student philosophiæ, nisi pro quanto est necessaria ad iacienda fundamenta medicinae. Sed nostri Moderni volunt sapere plusquam oportet, non advertentes ad illud Augustini audita fama S. Anth. iij. quod surgunt indocti & rapiunt caelum: nos autem cum scientijs nostris mergimur in profundum. Facit quod dicit Marcus Antonius Veron. in d. oratione incip. Euclides. chart. pen. & licet non referat, fuit dictum Gellij lib. x. c. xxij. quod cum grandis natu adhuc philosophatur, ridicula res est. Principia autem Legistarum sunt vera & solida. pro quorum probatione vide Rosarium Busti serm. xxiiij. litera m. col. ij. fratrem Sylvestrum contra Lutherum char. xlvij. xxij. quaestione v. qua non est modicum probare vnum principium, ut frater Samuel contra fratrem Vincent. char. j. & Codrus contra illum Dialecticum quem statim referam. ¶ Decimo non obdum dicunt quod responsa Iurisperitorum non habent auctoritatem aliquam, sed princeps. ut latè Salom. in repet. §. responsa. in lit. de iur. natur. quia respondetur quod sufficit quod princeps vel resp. illam auctoritatem sibi dederit quae nunquam data comperitur Philosophis naturalibus. Secundò respondetur quod & responsa prudentium rationabilia licet non fuerint auctorizata à principe, servantur tamen pro lege. ut dicitur de libro Decretorum Gratiani. Item de libro feudorum. Item de c. j. de frig. & malefic. secundum Prapof. ibi col. iij. dum dicit quod ignoratur eius author. facit Bal. in l. nemo. C. de sen. cum sim. ut dixi circa fin. inventarij mei librorum iuris. addo Cor. in l. fin. §. necessitate. C. de bon. quae lib. col. iij. dum loquuntur de exemplis ab imperio Romano, quae nihilominus servantur leges non

non propter auctoritatem, sed propter bonam rationem. Item si legistae non se interposuerunt in legibus condendis cur est quod ipsi nolunt eas pati quod allegentur contra se tanquam conditas suspectis. ¶ Undecimò non ob. quod dicunt quod Legistae nesciunt formam arguendi, quia logicam ignorent, & tamen Stoici dicunt, nemine ignarum dialectices futurum sapientem. Summa Tabiena in vers. logica. in commento Cic. de Offic. lib. j. est char. xv. Sed ultra Ponzinibium in d. tractat. de Lamijs. col. viij. vers. non ob. quod legistae. responderi potest quod logica non ducit ad vitam. c. vino. & c. omnia. & c. legimus. & seq. xxxvij. dist. Luc. de penna in l. j. C. de stud. lib. xj. & in l. j. C. de profes. qui in vrbe Constantinopol. lib. xij. Spec. in tit. de aduocato. §. nunc de exordijs. col. vj. vers. subtilitas enim immoderata. & vers. seq. & signor. consil. fin. col. ij. deridet illum qui volebat se ostendere dialecticum. & dicit Bald. in l. j. C. de sen. quae pro eo quod interest. col. ij. quod non est instendum in dialecticis, pro quo Afflictus de iure promissos. col. ij. post D. August. pulchrè Alber. in procc. ad suam l. et. ff. ver. col. j. Et Salomon in l. in exercendis. col. j. C. de fin. instr. ponit stultitiam illius scholaris qui volebat probare patri quod tria ova essent quinque, quia duo & tria sunt quinque. Bart. San. & Texera in l. sis qui ducenta. in princ. de reb. dub. Ias. in l. manumissiones in fin. ff. de iust. & iur. & Codrus dialecticam etiam deridet, serm. j. char. xx. & Seneca in procc. declamationum. & epist. xlv. lib. iij. impugnat sophismata. facit Apuleius de philosophia char. iij. Et dicitur in procc. Augustini Dathi de laudibus eloquentiae. circa fin. char. ij. argutiae sunt sophistarum captivulae, dialecticorum laquei, calculatorum & mathematicorum inuolucra, recessus latebrae nominalium. sic enim iuvenes philosophi nuncupantur, qui ad terminos & orationes referre omnia voluerunt minutae interrogari unculae quasi psecta atque contorta: quaedam quibus effici commodius singula sunt opinati: & ibi esset de philosophis realibus. facit Bald. in l. Aemilius col. x. ff. de minor. quod in realitate rationis, non in ambagibus debet fundari intellectus practicus & substantialis facit Morus in republ. Vtopia. char. l. viij. & dicitur Ecclesiast. xxxvij. quod qui sophistici loquitur odibilis est. latè Rosarium Busti. ij. par. serm. xxix. litera m. col. ij. facit Linquo coax ranis, cra cornis, vanaq; vanis. Ad logicam pergo quae mortis non timet ergo. facit Petrarca in triumpho Famae. c.

Famæ.c.iiij.dicens, quod nō per saper, ma per contender chīa
 ri.vbi postea subiicit de Carneade. & ibi in commento respō-
 detur ad illud quōd logica sit ars artium & scientia scientiarū.
 facit Laet. diuinarum instit. lib. iij.c.xiiij.facit Zachar. in ferm.
 conciliabuli Pifani.col.ij.dicens, quōd sic facere est semper spe-
 rare discere, & nunquam ad scientiam veritatis deuenire. pul-
 chrè frater Thom. Illyricus in tract. de potestate pont. chart.
 cxliiij. & seq. Laur. Valla in sua dialect. in proœ.lib.ij. & iij. Et
 propterea Ioan. Iac. de Canibus. in tract. de modo studendi.
 col.vj.dicit. ¶ quōd non est necessaria Legistæ. Secundo respō-
 84 deri potest. quod vbi est opus dialectica, ipsi Iuristæ ea vtūtur.
 Alb. in proœ. ff. Noui. col. iij. vt patet ex dictis iuriscōsulti: an
 eam calleret, in l. si is qui ducenta. maximè in §. sed vtrum. ff. de
 reb. dub. Et si sciuit arguere enthymematicè in l. j. vbi Ias. iij.
 not. fin. si cer. per. & quam logici fatentur esse pulchriorè for-
 mam arguendi & breuiorem: quia consistat solūm ex antece-
 denti & conclusione. & sic ex minore & conclusione, vel etiam
 ex maiore & conclusione. Item videant si gl. scinit syllogizare
 in l. j. §. j. ff. si quis ius dic. non obtem. & alibi sæpe. & syllogis-
 mum soluere. gl. j. in l. iij. §. incertam. ff. de acquir. pos. & si ipsi
 sciunt diuerrere per decem prædicamēta vbi opus est, de qui-
 bus meminit Codrus ferm. iij. char. j. vt patet per Azo. in sum-
 ma C. char. j. & Bal. data opera. vij. col. C. qui accu. in l. de qui-
 bus. col. fin. ff. de legib. in c. cū causam. el. j. de test. col. v. & Bru-
 nus in tract. de forma. char. xxj. col. iij. Ioan. Montolonius in
 promptuario Iuris. in ver. fingere. & alij quos refert Ias. in rep.
 l. si is qui pro emptore. col. & quid sint, Bald. in c. canonū statu-
 ta. col. fin. de const. Et si Doct. in practica quādo faciunt libel-
 los, sciunt facere syllogisimum in forma. vt Ias. in l. j. col. iij. ff.
 de eden. Lanfr. de Oriano in repet. c. quoniam. contra. in ver.
 petitiones. de probat. Oldrad. consil. cvij. Titius ad fin. Et tot
 modos arguendi glomerarunt Dyn. in tract. de argumentis
 & Bald. in l. conuenticulam. C. de episcop. & cler. Alber. in di-
 ctionario in ver. argumentum. quos non posuissent nisi sci-
 rent arguere. Est verum quōd vbi non expedit, legista non cu-
 rat de tali forma: quia frustra fit per plura, quod potest fieri
 per pauciora. Purpuratus in l. edita no. cclxj. Salomonius in re-
 pet. l. Gallus. char. xxv. in fin. nec curamus de forma, dum mo-
 do habeamus effectum. c. iij. de ver. sign. in l. si mater. C. de in-
 fit. & sub. nam cū obiectum intellectus sit veritas, quanto
 citius

citius eam habemus melius est. Salom. in repet. l. Gallus. §. &
 quid si tantum. chart. j. Et quando Logici seu Philosophi di-
 sputant cum Legista, solent & bene Legista negare eorū prin-
 cipia, quia plura sunt falsa. vt statim dicebam: ideo licet negan-
 ti non incumbat probatio. l. ij. ff. de probat. tamen si rectè con-
 syderabimus, inueniemus semper aliquam instantiā per quam
 tollitur eorum consequentia. gl. & Doct. in l. creditor. ff. de
 noui oper. nunt. Codrus pulchrè sic facit. vt per eum ferm. vj.
 chart. iij. præsertim si adhæreamus sacræ scripturæ, quam ne-
 gare non audent: & antequam probauerint talia principia, &
 assignauerint & probauerint rationem specialitatis ad instan-
 tiam datam per Iuristam, erit hora dimittendi disputationem.
 hinc dicunt quōd contra negantes principia non est disputan-
 dum. Philosophus, quem refert commentum Cicer. de Offic.
 lib. iij. est char. cvij. Sed replicat Codrus vbi §. hoc est quod cu-
 pio ne mecum disputes. & sic principia tua probare non pore-
 ris. Et quia ipsi incedunt per terminos ignotos, petas vt decla-
 rent terminos: vel tu pariter procede per terminos eis igno-
 tos: vt per leges loquentes de seruitutibus vrbanis, vel de præ-
 scriptiōibus, bonorum possessionibus, & alijs penè infinitis.
 ¶ Duodecimō non ob. dum dicunt quod sunt metaphysici: 85
 ergo præferendi, quia Metaphysica est dignior scientia, quam
 extollit frater Isidorus vbi §. frater Lud. Vialdus in Opere re-
 gali. tract. de cognit. electorum à reprobis. ij. not. Aegid. de
 reg. princ. lib. ij. par. ij. c. viij. vbi de omnibus scientijs, licet de
 legibus notitiam non haberet. vt probat Bolon. in Theodo-
 siana. in vers. philosophorum & poëtarum. tractat enim Me-
 taphysicus de ente tanquam primo motore, secundum fratrem
 Isidorum. vbi §. facit Eusebius de euāgelica præparatione. lib.
 xj. c. vj. qui dicit, quōd eius subiectum est ens tanquam ens. &
 Ioan. Picus Mirandula fecit vnum tractatum de ente & vno:
 quia responderetur fatendo quod Metaphysica est laudanda, sed
 etiam ipsa non caret errore, quia vult quod ex nihilo nihil fit.
 Rosarium Busti ij. parte ferm. xxix. litera m. col. iij. quod est fal-
 sum, quia Deus de nihilo creauit cælum & terram. Gen. j. præ-
 terea adhuc Metaphysica non est dignior, nam Metaphysicus
 non consyderat illud ens explicitè & clarè. vt Hadr. Papa no-
 ster in Quodlibetis. q. iij. col. iij. sed solūm vnum Deum pri-
 mum motorem, quem Auerrois vult agere necessariō. Legista
 autem in titulo de summa Trinit. & fid. cathol. cōsyderat ex-
 plicitè

& clarè. Et præcepit metaphysico credere Deum trinum & vnum. vt Ponzinb. in tract. de Lamijs col. iij. & sequen. Purpuratus in rubr. & in l. j. C. de sum. Trinit. col. j. qui omnia regit pro libito: & qui dixit, & facta sunt: & cui data est omnis potestas in celo & in terra. Math. xi. vlt. Barb. in c. nouit. col. xxv. iij. de iudic. Syluester contra Lutherum. hb. j. c. ij. chart. j. Merito Inristæ ergo sacerdotes appellantur. l. j. in princip. & in §. publicum. ff. de iustit. & iur. facit Valerius de institutis antiquis. c. j. num. xxxij. incip. ius ciuile per multa &c. Si ergo magis clarè & certitudinariè quàm metaphysicus. ergo scientia legitæ verior & dignior. secundum Philosophum quem s. retuli. & Bart. in tractatu testimoniorum. chart. v. prudentia est, vt ait Aristot. Et propterea cum Philosophus cognouisset se in metaphysica neciuisse in claro procedere, dixit librum illum editum & non editum. refert Ioan. Picus Mirandula in oratione in cœtu Romanorum chart. ix. & Gellius lib. xx. c. iij. incip. commentationum. ad fin. Scire enim in nube non est sicut Bald. in l. Aemilius. col. ij. ff. de minor. Imò nec in moralibus clarè processit Philosophus, sed in confuso. secundum Panor. in proœm. Gregoriano. & hæc etiam videntur esse de mente
 86 Alexan. de Hales, Scoti, & Rosarij in locis antedictis. † Item in hoc iurista contra metaphysicum procedit imperiosè, & inobedientem punit. Barb. in Ioannina, chart. antepenul. est. col. clxxxij. Vdalt. in d. oratione, non possum. Et propterea dicit ibi Barb. col. cxlix. quòd à studio artium ad leges conuolauit: nam quia imperant, digniores sunt. Esaias quem refert Bart. in c. mandatum. col. ij. de referip. Syluester contra Lutherum. chart. xlv. allegando ad Rom. xij. facit Bald. lib. iij. consil. ccccxxix. dicta particula. Et licet Papa & Imperator appellant quedam præcepta philosophiæ moralis & naturalis religioſa, tamen non dant philosophis potestatem authorizan di seu iudicandi, qui est maximus honor quo Christus Apostolos recompensat. Matth. xix. & Cyprianus Venetus in tractat. de authoritate Ecclesiæ. char. vj. Et tamen iuristis eam tribuunt qui tempora natina & gratiæ exteriorem & interiorem hominem complectuntur, diuinæ Theologiæ adherentes anima & corpori spiritalibus qui & temporalibus vinculum imponunt: ius diuinum etiam in præceptis Decalogi moderantur, ac diuina authoritate coarctant, prophana sacrant, contra vbi expedit, totam ecclesiã militantem cum tota republica gubernant,

gubernant, errores philosophorum & metaphysicorum extirpant. Imò tanta doctoribus reuerentia exhibetur vt iuriconsultus audeat constitutioni principis derogare. Luc. de Penna in l. medicos. col. j. C. de profes. & med. lib. x. col. j. & vide Alber. in proœm. ff. Noui, sicut continet scientia legalis omnes scientias. & vide Bald. in consil. schismaticis. col. j. & penul. ac fin. Item de sacramentis, de cõsilio, de Pontifice & Theologus super istis debet cum canonista conferre: quia non valeret sine. dixi in limitatione de peritis in arte quòd communis opin. sit tenenda. Item legista conseruat pacem sine qua Deus non colitur. elem. dudum de sepul. dixi suprâ contra partialitates. Præterea medici non vacant vel admodum parum metaphysicè. ergo sine exercitio perditur nomen. Felyn. in rubric. de fid. instr. col. v. j. Bonif. in tract. de nobilitate iij. part. num. lxxxvij. & si re priueris nec nomẽ habere mereris. las. in l. id quod apud hostes. ff. de leg. col. fin. iudicatur enim quis esse de illa arte cui magis adhæret Alex. lib. iij. consil. cvij. viso themate. facit Philosophus in iij. de Anima. text. commenti xxxix. pulchrè Perrarc. epist. lxxij. incip. sic est dicens inter cætera quòd perferentia requiritur. † Et sic patet iuristam præferen. medico. vt casus in 87 c. clerici. de iudic. vbi latè Barbat. Decius & posteriores. Idem Barb. in c. cæterum. col. vj. de iura. calum. Gilbertus post c. iij. secundi Oeconomicorum. in quæstionib. chart. ij. Taurinenses post alios in l. cum quid. ff. si cer. pet. Ioan. Montaigne in tract. de regio consistorio. char. xxj. Petrus de Lenausdiere in tract. de Doct. parte iij. q. j. gl. Pragmaticæ in titulo de collationibus. §. videlicet. in vers. medicina. est char. lxxij. Luc. de Penna in d. rubr. de profes. & med. lib. x. aliquid Panor. in c. nouit. de iudic. col. iij. vbi Moder. addunt & adeò res clara est vt histriones dare sciant hoc iudicium. vt dixi suprâ respondendo ad vj. de faruitate, loquendo de testamento fatui. mihi placet conclusio quam in hac q. ponit Archiep. Flor. in iij. parte summæ. tit. v. c. ij. §. iij. Io. Montaigne in d. tract. char. fin. in fin. Rosarium Busti. ij. parte. ferm. xxix. litera c. in fin. & Lifoperita col. fin. sicut licet vt seruetur dictum Apostoli. per eos relatũ. charitate fraterna inuicem diligentes honore inuicem præuenientes, &c. quia honor est honorantis secundum Philosophum, quem refert Aegidius de regim. princip. lib. vj. cap. viii. frater Gregor. Britannicus ferm. funeb. xxxj. melior. colum. iij. facit illud Lucæ xxij. & ix. quæst. iij. capit. nullus. Qui maior est in vobis, fiat

sicut minor : & qui præcessor, sicut ministrator. & illud Cicer, quod refert Guilielmus Mara oratione vij. incip. reuerende, & eum & alia plura Iodoc. in tract. de vera nobilitate. cap. xij. char. ij. & iij. Instructio clericorum, char. xij. dicens, quãto superiores sumus, tanto nos submissius geramus. nã qui se exaltat, humiliabitur, & econtrã, Matth. xxi. & xxij. & si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus. Marci ix. sed si humiliatus fuerit erit in gloria. Luc. de Penna in l. humilioribus. C. de ponder. & auri illatione. lib. x. vbi plura, quia præcedentiã questio est vana. Card. Papa in epistolis charta cxcvii. epist. incip. subscripserã. & cc. postridie. ccv. & cccxv. dubitare. & quis non potest nisi commendari de honorãdo socium. nam aut socius est dignior. & sanctum est honorare maiores : aut est æqualis, vel inferior. & humilitas semper solet commendari. Et inquit Ptolomeus, quod inter sapientes qui humilior est sapientior existit. Quia post longam digressiõnem ad arbitrium iudicis redeundo. Dicit propterea Bald. in c. quia nonnulli. de rescrip. in fin. ij. col. in l. j. col. xij. C. qui accus. & lib. iij. consil. cxxxiiij. incip. proponitur. col. ij. referendo Philosophum, quod oportet leges esse bene politas, & omnia determinare, & quã paucaissima relinquere arbitrio iudicantis. facit Salom. in l. in exercendis. iij. quãst. C. de fid. instr. vbi dicit quod doctrina quanto melius fieri potest, debet tradi, ne iudicum affectio vel non bona cõsideratio alteri partium sit nociua. & pro philosopho latè Argidius Rom. in tract. de regim. princip. lib. iij. parte ij. c. xx. & Philosophum. refert etiam Florian. in rubr. ff. fin. reg. in fin. j. col. Hadr. Papa noster quodlibet. iij. col. x. Latius & plene illud dictum examinat in vj. q. principali videlicet in illius j. q. 88 siue arg. est char. lvij. col. fin. † Et ita pro veritate est consideratis considerandis: nam licet vbi casus nõ est iure decisis, lex illum relinquat in arbitrio iudicis. l. j. in fin. ff. de iur. deli. c. de causis. de offic. deleg. cap. fin. de transact. plures enumerat Decius in cap. sedes. in gloss. ij. de rescript. Roch. de consuet. char. xi. col. ij. latius Barbat. lib. iij. cõsil. xlv. illud. col. penult. & fin. latissime Hippol. in l. quãstionis modum. col. j. & sequen. & in l. de minore. colum. v. ij. de quãstionib. in l. in lege. colum. ij. ff. de fidei. Intelligo quendam doctorem Taurinensem alios plurimos aggregauisse. Lex tamen illum non relinquit in libera voluntate iudicantis: vt exinde possit iudex esse nimis fauorabilis, ni parti. Bald. in l. finali. C. de pœna iudicis. qui mal. iudic.

Casus arbitrii.

iud. pen. not. sed quod debeat regulare arbitrium suum prout quilibet bonus vir secundum negotij qualitatem & personarum, & temporis, & alias circumstantias. Bonus enim iudex nihil ex arbitrio suo facit. cap. iudicet. iij. quãst. vij. Lucas de Penna in l. medicos. iij. colum. C. de profes. & med. lib. x. & arbitrium semper significat bonum & æquum. Bald. in cap. nisi cum pridem. colum. final. de renunt. & dicit Bald. quem refert Cypol. in l. si fugitiui. C. de ser. fugit. col. vj. quod iudex debet arbitrari secundum mentem legis, siue iuris & arbitrij sui intellectus: seu rationis. facit cap. iudicantem. xxx. quãst. v. Curt. Senior in repet. l. admonendi. colum. antepenult. ff. de iure iuran. Bartol. in l. si qua pœna. in fin. ff. de verborum signific. Decius in cap. ex literis. iij. not. de probat. Pich. in repetit. l. in quartam. col. lvj. & sequen. ad legem Falcid. & dicam infra dum ponam quod probationes sunt in arbitrio iudicis. † dicitur enim 89 bonus vir, conscientia qua intra te loquitur. & propterea qui non habet conscientiam, non potest dici bonus vir. prout nec ille frater qui habet diabolum sub capa. Iason in dicto §. sed iste. col. xxvi. numero cx. vbi postilla instituit. de actio. Et si non regulet arbitrium, vt bonus vir potest appellari. Alexand. in l. & si superior. col. final. C. de infami. & lib. iij. consilio cvij. incip. viso themate. col. ij. Nata in clemen. sæpe col. xxxij. Curt. in l. admonendi. colum. antepenult. Quoniam esset difficile legem de talibus condere, propter diuersitatem personarum, rerum, & qualitatum: prout etiam dicit Physici, quod plura relinquuntur in iudicio æstimatio medici. Nam si iudex nõ habet statum, consuetudinem, nec legem. nec dicta doctorũ determinantia casum coram eo vertentem, debet recurrere ad similia statuti vel legis. l. non possunt. vbi Claud. ff. de legib. lta. Felyn. & Decius latè in cap. translato. de constitut. Ias. in l. inter stipulantem. §. sacramen. vij. not. ff. de verborum oblig. Soein. fallen. xxix. Curtius consilio xj. statuto. colum. final. Gammarius in tract. de extensione. charta vij. col. ii. vbi dicunt quod sufficit quod sint similia in eo de quo arguitur: licet in omnibus non sit omnimoda similitudo. Etenim simile legis vel statuti habetur pro expresso. Ias. in l. final. colum. penult. versic. secundo aduerte. ff. de in ius vocand. Et ex officio iudex debet tale simile sequi etiam si pars non petat. Bald. in l. j. circa medium. C. vt def. aduoc. iudic. suppl. Stante igitur tali dubio, iudex in primis aduertat ad vires ingenij sui: quia magistratus

virum ostendit. v. Ethicorum. text. comment. ix. & iij. Eras-
 mus j. parte prouerbiorum dccccxxxiiij. Lifoperita charta
 xxiiij. colum. ij. est in princip. ix. distinct. Aegidius de regim.
 princip. lib. iij. parte j. capit. xij. Et fuit originale dictum Pit-
 taci, vt refert Margatita poetarum in dictis Laertij, vt sit ido-
 neus ad dubij decissionem, saltem secundum humanam fragi-
 litatem. l. si quid venditor. ff. de ad. l. edict. Felyn. in capit. per
 tuas. el. j. de simon. nam in puncto subtili grossolanus recusari
 potest. Ias. in l. apertissimi. C. de iudic. Et si dubitet, conferat
 cum peitioribus. Dixi supra in v. limitatione. de peritis. alle-
 gando Panorm. in cap. j. vltimo not. de consanguinitate & af-
 finitate. † Debet enim iudex habere salem scientiæ & conscien-
 tia, aliàs mens eius est diabolica & insipida. Barbat. in capit.
 quoniam. §. in alijs. vt lit. non contest. facit j. ad Corinth. viij.
 quia melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ, quam post
 agnitionem retrorsum conuerti. Petrus iij. canonica. capit. ij.
 quem sequitur Dodus in Apologia contra fratrem Samuelem.
 charta xv. facit Vdalricus Zassius oratione xij. incipien. apud
 literatos. vbi pulchrè & succinctè quomodo debet se contine-
 re iudex in iudicando. Guilielmus Rouille in tract. de descri-
 ptione iustitiæ. lib. iij. cap. iij. Bald. pulchrè in l. ij. C. de senten.
 ex peri. reci. Felyn. in capit. per tuas. el. ij. col. j. de simon. bonus
 text. in capit. cum non solùm. de reg. lib. vj. Ioan. Pyrrhus in l.
 imperitia. ff. de reg. iur. † vbi enumerat etiam sex requisita in
 iudice, scilicet peritiam, bonitatem, diligentiam, eloquentiam,
 constantiam, prudentiam, & sex pœnas quas incurrit iudex cor-
 ruptus. facit Aegidius de regim. princ. lib. iij. parte ij. c. xxj. &
 tribus seq. habeatq; semper iustitiam naturalem ante oculos.
 Bald. in disputatione incip. accusatus. de vi turbatiua. col. pen.
 plura Curtius Senior in repetit. l. admonendi. ff. de iure iuran.
 colum. final. & quæ de Gallo tradit Cicero, quem refert Salo-
 mon. in repetitione. l. Gallus. ff. de liberis & posthumis. chart.
 92 vij. † Et veritas & æquitas sunt duo lapides angulares, quos
 debet seruare iudex. Bald. in cap. quoniam contra. de probat.
 per illum text. Et debet iudex esse velut pater. gloss. in authen.
 de defenc. ciuit. in princip. in versic. iudex. & se conformare iu-
 dicio diuino. cap. Deus omnipotens. ij. quæst. j. Barbat. in cap.
 in præsentia. de probat. col. lj. Et habeat semper in mente il-
 lud quod dicit text. in l. properandum. §. si autem reus. in fin.
 C. de iudicij. quid aliud nisi pro omnibus Deum in omnibus
 causis

causis iudicem esse credendum est: & quod si non facit quod
 debet, hinc & in futuro seculo recipiet in terribili iudicio ma-
 gno Dei, & habebit partem cum Iuda, & lepra Giezi, & tremo-
 re Cain in authen. iusiuran. quod præstatur ab his. in fin. De
 quo Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris. in vers. Giezi.
 & insuper euitet auaritiam quæ potissimè ascribitur iudici-
 bus. Aristotel. charta xvij. problem. iij. hinc pictores dum pin-
 gunt quinq; videlicet Papam, iudicem, militem, agricolam &
 sceminam, & subscribunt Papæ quod orat pro illis quando
 militi quod defendit illos quatuor: agricolæ quod alit illos
 quatuor, mulieri quod decipit illos quatuor: iudici autè quod
 furatur illis quatuor. Test enim auaritia omnium malorum ma-
 93 ter. §. cogitatio. in authen. vt iudic. sine quoquo suffrag. Hip-
 pol. not. cxc. incipien. iudices. Ias. in l. j. col. ij. ff. de condict. ob-
 ruzp. caus. Barbat. in cap. ex parte. col. ij. de rescript. vbi postil-
 la. & in Paul. de Castr. in l. si quis. §. legis. C. de inoffic. testam.
 Cepol. in tract. de imperatore milit. deligendo. charta xij.
 versic. Titum præsumi potest infidelitas ex auaritia. Angel. in l. 24
 nolimus. C. quemadmod. testam. ordin. Merula inter consilia
 Barbat. libro j. consil. penult. incipien. multos. col. final. dicit
 quod Hesiodus appellat tales iudices dorophagos, id est mune-
 ra comedentes, quorum auarum animi & iniqua iudicia Deo
 vlciscèda reliquit. facit Nauius Stultifera char. xij. de auaritia.
 Amedeus in dialogo de Amicitia, chart. xxx. vbi docet, qualis
 debet esse magistratus. & char. xxxij. de nummi potestate. Lu-
 cas de Penna in l. ad splendidioris. C. de diuer. off. lib. xv. vbi di-
 cit quod aurum rumpit fores adamantinas. & plura Paris de Pu-
 teo in tract. de Syndicatu. in vers. barataria. & in versic. corru-
 ptio. baratariam enim committit iudex corruptus. & quid sit,
 declarat Iac. Niger in l. diem functo. col. xxxix. ff. de offic. assel.
 vbi subiungit etiam alias causas propter quas potest quis pri-
 uari officio. facit text. in cap. j. j. quæst. j. vbi Card. col. ix. dicit
 quod vendentes officia iustitiæ etiam delicta principis, gra-
 uiter peccant. licet ibi in cap. quos constiterit. col. ij. dicat se-
 cus in episcopo vendente banachum notariz. bene facit Lau-
 95 densis in tract. de officialibus dominorum. quæst. lvij. † di-
 cens, ibi probari quod quisdam pecuniam, pro habendo offi-
 cio, præsumitur habere animum male faciendi. l. ij. C. de mu-
 rilegulis. latè Guilielmus Rouillæ in tract. de descriptione iu-
 stitiæ. lib. iij. cap. iij. col. final. ¶ Amplia hæc maxime proce- 96

dere in ecclesiasticis iudicibus, quia dicuntur committere simoniam. Ioan. de Selua in tract. de beneficio. charta xxxiii. in fin. col. iij. Biblia Aurea. cap. ij. de acceptione munerum. cap. xvij. **¶** Amplia secundò etiam in iudice ordinario laico capiente sportulas, quia debet esse contentus stipendio principis. Hadrianus Papa noster in Quodlibet. quaest. ix. est charta xcii. littera g. vbi in x. quaest. in primo per totum. las. in §. tripli. instit. de act. Corfet. singul. ccxcvii. sub versic. sportula. Et sic malè dicit Bart. si est sua lectura, in authen. de iudicibus. §. ne autem. **¶** Amplia tertio etiam si iste ordinarius iudicaret in causa sibi à principe delegata, in qua tamè sine delegatione omnino habuisset iudicare: quia sportulas capere non potest. Fely. in cap. de hoc. ij. col. de simon. Et de hoc habemus decretum expressum in ciuitate Astensi **¶** Amplia quarto etiam si quis sponte daret tales sportulas. Fely. in rubr. & in cap. j. ad fin. de simon. in cap. tua nos. de homic. Bustus in Defensorio montis. chart. iij. colum. ij. las. in l. j. colum. ij. ff. de condi. ob. caus. in l. penultima columna quinta. C. de pact. Hippol. in l. vnus. §. seruus nec si. ff. de quaestio. Corsetus. d. singul. ccxcviij. latè Maria. in tractatu de visitatione libro vndecimo quaestione vj. est charta x. col. iij. licet non dicatur sponte quando praecedit taxatio vel petitio. secundum Felynum in capit. dilecti. colum. j. de simon. secus tamen in aduocato & medico qui potest capere à sagacibus sponte dantibus pinguius salarium & iustè relinquare heredibus suis. Panaleo in repetitio. l. ij. C. de rescin. den. vendit. colum. xlv. qui bene sciunt illud, dum dolor est accipe. Antonius Ripa in tract. de Peste. charta lxxxj. in fine ij. colum. quia dum causa ventratur & infirmus ægrotat, tunc cures accipere. nam egrotò restaurato, & causa concordata nihil curant soluere. Et ille dicebat, Pora & penna non vol crena. Et Gallicus, De con & de sentence on ne doit faire creance. Et in eis procedere possit quod dicit Hippoly. sing. cxc. incipien. iudices. circa fin. nõ autem in iudicibus, quia esset turpe. & quod dicit Afflictus de iure proromiseos. in verb. prohibemus. ix. notab. quos supra retuli loquendo de prouisionibus virorum erga amicas. Et de salario aduocati. las. in §. tripli. colum. penult. institut. de act. & potest capere etiam pro laboribus praeteritis: quia calzolarius tantum capit pro forularibus factis quantum pro fiendis. Barbar. in c. ex literis. col. ix. de constitut. **¶** Amplia quinto etiam si esset consuetudo de hoc. Fely. in c. ad apost

ad apostolicam. de simo. Decius in c. cum m. col. xii. & seq. de constit. dum loquitur de consuetudine, quòd nouus canonicus debeat aliquid soluere. & in c. nam concupiscentiam. in fin. ij. col. vbi Roch. eod. tit. de quo Angelica. in verbo, iudex. §. xv. vtrum consuetudo. **¶** Amplia vj. etiam si capiat post sententiam quando potest praetumi fraus ex qualitatibus & circumstantiis: imò & in dubio tali casu praesumitur de tempore ante sententiam ad tempus post sententiam. argu. l. iurisdictionum. §. praetor ait. cum gl. & ibi Angel. ff. de pact. sunt verba Laudensis in tract. de officia. dominorum. q. lxxxj. incip. si iudex. ergo multo minus quando ante sententiam praesensit promissio, licet non recipiat nisi post sententiam. Fely. in cap. tua nos. de simon. facit Salust. circa princ. Catilin. & tenetur iudex etiam quòd contra eum non militet aliqua suspicio. authen. sed nouo iure. C. de pen. iud. qui malè iud. Curt. in l. qui accusare. charta. ij. C. de eden. **¶** Amplia vij. etiam in xenijs, esculentis, & poculentis. Maria. vbi supra. gl. in Pragmatica char. xxxix. in fin. ij. col. Practicus Papientis in forma rescindendi sententiam latam praetextu falsi instrumenti. gl. j. & xenia & dona excacant oculos iudicum. Ecclesiast. xx. & Deuter. xvj. Hadr. Papa noster in Quodlibetis. q. x. col. iij. & per totum. & in quodlib. iij. col. antep. alleg. Hierony. dicere quòd in tantum Doctorum rabies processit, vt accipiant pretium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant. facit Bolog. in l. si pars. ff. de inoffi. test. in interpraet. j. parte. est chart. xxviiij. & Card. in xj. q. iij. qui rectè in vendentes ad fin. j. q. iij. vbi de auditoribus Rotæ procurantibus sibi fieri propinam. sunt enim aliqui qui non anginam, sed argentâ ginam patiuntur. vt Demosthenes: id est qui propter pecuniam, differunt vel nolunt ferre sententias. Gell. lib. xj. cap. ix. Critolaus. & cap. seq. Et dicit Angel. in l. non dubiù. C. de testam. **¶** Quòd munera excacant oculos sapietum, & mutant verba iustorum. Alber. in l. plebiscito. ff. de offi. praefi. quia pro iustitia facienda non licet aliquid capere. c. qui rectè iudicat. xj. q. iij. latè Matthæus Bosius de gerendo magistratu. c. xiiij. vbi inter cetera alleg. illud Amos. cap. v. Pro eo quod diripiebatis pauperem, & praedam electam tollebatis ab eo, domum quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas amantissimas plantabitis, & non bibetis vinum earum, facit Petrus Iacobi in rubr. de statu Curiarum. vbi dicit quòd si totus mûdus veniret, nõ possit credere quòd si vna pars det,

& alia non, certè iudex erit danti naturaliter fauorabilis, & non dans habebitur aliquali odio: & si aliud non faciat iudex, saltem aliquandiu stabit & instruet dātem, & ei dabit gratio-
 fas dilaciones, & parti non dāti nociuas: quo casu tenetur ni-
 hilominus ad restitutionem damnorū & interestē, praesertim
 si quis fastiditus litigio propterea cogatur aliquid remittere
 de iure suo. Hostien. in summa de poeniten. & remiss. §. cui con-
 sitendum. col. xxj. verlic. cui marchio. in fine. Imò fortius dicē-
 dum erit, quòd iste iudex quādo debet proferre diffinitiuā,
 adeò inclinabitur ex affectione pro parte dante, quod omnes
 opiniones quæ dicent pro ea videbuntur sibi concludentes, &
 veræ contrariæ, sibi videbuntur iniquæ: quia homines facilliter
 credunt id quod vellent, vt dixi supra de Guelphis & Gebelli-
 nis. propterea dicit Paris de Puteo de Syndicatu in verb. escu-
 lenta. est charta. lx. quòd litigans dat iudici vnam gallinam
 vt recipiat bouem: & quòd xenium intrat per portam, & dia-
 bolus exit per fenestram. facit Ludouicus in tract. de Veritate
 contrict. in vij. precepto diuinæ legis, in octaua specie furum.
 Est verum quòd aliqui iudices faciunt vt Ecclesiastici in elee-
 mosyna meretricum: qui spernūt parua, sed non magna. Fulg.
 post Cy. in l. j. §. quòd si meretrici. in fin. ff. de condict. ob turp.
 cau. faciunt quæ dixi supra de aquila. quia de minimis non cu-
 rat pretor. l. scio. ff. de in integ. restit. l. as. in l. sciendum. col. iij.
 ff. qui satisd. cog. Corset. de potestate regia, in tractatu de mi-
 nimis. propterea dicitur quòd malva per li figli, quando el ni-
 dio caza à ligri gli. Alij sunt qui non ipsi sed per vxores vel fi-
 lios faciunt capi xenia. contra quos Angel. in l. ij. §. familiaris. ff.
 vi bon. rapt. Afflictus in constitutione, apud iustitarios. col.
 ij. Dicent modo iudices, quòd si ita facerent, zonas quas argē-
 to plenas deferunt ad officia, vacuas reportarēt. vt Gracchus,
 quem refert Gell. lib. xv. cap. xij. Et consequenter quòd cū la-
 bor est damno, mortalis crescit egestas. Azo in summa. C. de
 sportul. col. j. gl. in authent. de iud. §. si quis autem. in verb. ne
 autem. ¶ **L**imita istam ampliacionem in eculentis & pocu-
 lentis minimis: quia possunt capi in defectum sui salarij. secun-
 dum gl. in l. plebiscito. ff. de off. praesid. vbi dicit Alberic. quem
 refert Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris in verb. xe-
 nia. vt procedat dūmodo non capiat à calumniatoribus. Item
 nec ab iniuste vexatis, item nec ab infamibus. Item nec passim
 accipiat: quia est lignum auaritiæ. Adde tu item dummodo in

toto

toto anno non capiat quod excedat centum aureos. xj. q. fin.
 cap. non licet. vbi gl. Item dummodo à principio ipse iudex
 nescire quòd cū tam modico stipendio non possit se inerti-
 nere in officio: quia non potest dicere quod sit in defectum sui
 salarij, ex quo à principio hoc debuit cogitare. vt in simili Bar-
 bazia. in cap. cū sit generale. col. xvij. de foro comper. dicēs,
 quòd ferens sententiam iniquam per metum tyranni, licet ex-
 cusetur à dolo, non tamen excusatur quando à principio quo
 acceptauit officiu hoc verisimiliter potuit cogitare. facit Ha-
 drianus Papa noster in Quodlibetis q. x. colum. antep. & seq.
 vsque in fi. & quod dixi supra de eo qui vadit pro iudice. & scit
 quòd propter partialitates non poterit facere iustitiam. Me-
 ritò ergo inuehit Cacialup. in l. diem functo. ff. de offic. asses.
 q. xx. vbi lac. Niger col. ix. & x. dicēs. quòd sunt quidam qui de-
 trahentes ordini doctoreo, pro salario exiguo suas operas lo-
 cant, tanquam mercenarij ad vecturā, & postea litigātes non
 solim rodere, sed deuorare vident. Adde etiam quòd quando
 videatur tollerandum aliquid capere de permisso principis,
 qui omnino non solent stipendia sufficientia officialibus mi-
 nistrare, sed mutilare: quia illud pauculum est calcar expedien-
 di causam. & partes minus fatigantur perditione temporis. &
 expensis hospitij, vt de xenijs dicitur in l. solent. ff. de offi. pro-
 cons. & leg. sic enim legendum. non exenis vt dicunt ibi Bolo-
 gnus, Ant. Pius, & Budeus post Politianum. Est verum quòd
 Erasmus illud prouerbium Græcum de quo ibi in §. quātum.
 quod Latinè vult dicere, nec omnia, nec passim, nec ab omni-
 bus, dicit praticari à iudicibus modernis: aliter & conuerti,
 scilicet capienda omnia passim, & ab omnibus. melius tamen
 fraus euitatur in consilijs principum, quando caput consilij
 processus distribuit clam, & relatori salariūculum taxat: quia
 isto modo quia pars ignorat relatorē, aufertur occasio illum
 corrumpendi, & relatori nimis extorquendi. & audio quòd
 in Rota Curia Romanæ relator non dat votum.

¶ **A**mplia vij. in secretarijs seu notarijs, quia & ipsi tenentur:
 quia sunt proxenetæ, imò & lenones extorsionum & barata-
 riarum quas iudices committunt, & iudices plerunque petere
 non audent: at secretarius qui est oculus iudicis, non timet pe-
 tere & minari parti quòd succumbet in causa, quia passus est
 valde ambiguus vel consistens in iudicis arbitrio. & quòd ad-
 uersarius voluit tantum dare: & sic quodammodo arbitrium

Ll 5

iudicis offeret plus offerenti, & eadēmet verba eius aduersario dicit, vt postea dicit iudex estriustum proferat iudicium, erit tamen certus ab vtraque parte habendi xenia à victore: & excusat notarius secum conscientia sua quòd ipse emit banchum notariae, & idè eius interest quòd causae expediantur, & plurimae sententię proferantur propter emolumentū, quòd nisi sic laboret fortassis amitteret ex concordio litigantium, vel quòd causa differretur anno secuturo quo alius talem notariam emet, sed nihil valet, facit Angelic. in verb. proxeneta. & in verb. leno. item propter talia iudices eis postea tolerant eorum extorsiones & rapinas, quas faciunt partibus: quia vltimum in exigendo salario metas rationis excedunt. cap. statutum. §. notarium. de rescrip. lib. vj. præsertim quādo emittuntales notarias, quia tunc dicuntur publicani. Bald. lib. iij. conf. xxvij. casus. talis in fin. vbi quantae audaciae, temeritatis sint & auaritia. cum cōsil. v. nauta quidam. circa medium. Luc. de Pena in l. j. C. de lito. cust. lib. xij. vbi dicit, quòd sunt furibus deteriores. Iaf. in l. j. col. penult. C. de edèdo æquiparat eos nautis, caup. & stabularijs. & in dubio iudicandum contra eos. Corn. lib. j. consilio cxcix. circa primum. litera g. idè Petrus Iacobi dicit quòd nullo modo deberent vendi tales notariae, vt per eum in sua practica. in tit. de statu curiarum. col. ij. vbi latè insistit. vide Platinam in vita. Nico. iij. circa medium dicit tamē Card. j. q. c. j. col. ix. per illum tex. quòd episcopus licitè vendit banchum notariae. de quo cogita propter predicta. ¶ **A**mplia ix. in principibus negligentibus seu scientibus & hæc tolerantibus: nam ex quo constituti sunt ad iustitiam cōseruandam, & liberandum oppressos de manibus calumniarum, vt boni inter malos qui longè excedūt numerum bonorum, vire vere possint. vt dixi inter feudalia Bruni cōsil. xij. partes. char. j. Et ob hanc causam dūtaxat subditi, eis obediant, vti gabilia & sensus tribuant, & gabellas, vnde dicuntur socij furum, nisi prouideant, & tenentur, ad restitutionem. Esaiæ. cap. j. & liij. refert frater Luc. in tract. de veritate contritionis. char. cxxxvj. de prima circumstantia personae: quia criminum patientia consenti proxima est. Petrarch. epistola xcj. heu. & error cui non restituit, approbatur. latè Rosarium Bussi. lib. j. litera N. & dicit Hippol. in l. nihil interest. ff. de sicar. quòd princeps tenetur parti ad interessè de iniustitia facta per iudicem. Nec excusantur dicetes quòd credūt elegisse viros idoneos: quāto ergo

ergo minus quando iudices deputant per pecuniam vel adquisitionem mulierum? Claud. in Monarchia Franciæ par. ij. c. xvj. & parte v. cap. ix. inò tales reip. præficiunt, quibus nemo rem suam familiarè crederet, vt inquit Ilócrates in oratione de bello fugiendo. incip. omnes in opere. col. xxvij. & tunc dicit Simia Salernitani. char. iij. quòd hoc nihil aliud est quàm ponere gladium in manu furiosi. Quales autem sint eligendi, ponit Hadrianus Papa noster in quodlibetis. q. x. col. antepen. Quid ergo dicemus de illis qui iubent iudices facere cōtra ius gloss. in regula Cancellaria. xxvij. circa medium. quia nec deberent causam alicuius recomendare iudici in suo bono iure: nam iudices iemper sunt postea timidiore in iudicando contra illum recomedatum, etiam quòd iniquissimam foueat causam. Et deberent principes se rigidos ostendere cōtra iniquos iudices, & munera capientes, illosque sapius mutare: quia, vt Egidius de regim. princip. lib. iij. par. j. c. xij. post Philosophū mutare aliquādo magistratus facit ad pacificum statum reip. pro quo Vdalr. Zasius in l. ij. ff. de orig. iur. col. xxxij. vbi etiā allegat Philosophū dicere, quòd magistratus qui longo tempore durant, incidunt in tyrannidē. est verum quòd Guill. Rouille intrat de descriptione iustitia & iniustia. lib. iij. c. v. circa mediū. est alterius opin. vide Luc. de Pen. in l. neminem. col. iij. C. de suscep. lib. x. Ripā in tract. de Peste. char. l. col. ij. Quinimò deberent principes de talibus iniquis iudicibus & barratoribus facere. vt refert Valerius in vj. de Cabyse, qui fecit excoiari iudicē pecunia corruptū. refert Rosarium Bussi. lib. ij. ser. viij. litera a. Guillelmus Rouille in tract. de rescrip. iustitia. lib. iij. c. iij. col. penult. Mancinellus in sermon. lib. iij. tit. j. Et Gagni. in Chronica Franciæ, in vita Philippi Valesij, refert Hugonem Crusiacum Parientis Parlamenti præsidem ob corruptum à rede iudicium patibulo suspentum. ¶ **A**mplia decimò fortius & indubitanter procedere in parte iudicem corruptente: licet plures ex istis ampliacionibus congruentius possent appellari in iudicem. pro nunc non curo de nomine, sed de ordine. fortius vide in quo periculo ponat se pars iudicē corrupens: quia etiā iustitia foueat, & tentetia lata per iudicem pecunia corumpunt est ipso iure nulla. l. venales. C. quādo prouoc. non est necesse. c. cum ab omni de vita & honest. cler. Archid. in c. recte. xj. q. iij. facit Hard. l'apa noster pulchrè in Quod. q. x. præsertim col. ij. Hipp. in rub. de prob. col.

eal. xxxix. vbi dicit quod querens corrumpere iudicem, testem
 vel notarium, debet puniri in amissione causae: & hoc proce-
 dit etiam si detur vt faciat iustitiam. facit Ang. in l. ij. ff. de con-
 dict. ob turp. caus. vbi etiam ponit de instigante iudicem vt
 eximat quem à carceribus, & quod eum releuabit in syndica-
 tu: & nullus posteriorum ibi mentionem facit. & idem vult
 Card. in cap. qui rectè. xj. q. iij. in j. q. iij. cap. vendentes. ad fin.
 vide Hadr. papam nostrum in Quodlibetis. q. ix. col. ix. & xvij.
 & xxj. siue detur pecunia, siue alia res. Bolog. in suis nouis inter-
 prer. in prima editione. in l. si pars. ff. de inoffic. testa. est chart.
 xxvij. vbi limitat dictā l. venales. nō procedere quando esset
 data modica pecunia. Duas alias limitationes ponit Socin. l.
 fallent. cclvj. limitans in arbitrio. Item quando inter plures
 iudices vnus solus fuisset corruptus. & fallen. xxxvij. limitat
 quando datur iudici pecunia pro debito solario. Item quando
 datur palam. de quo etiam Lancel. in l. fin. col. fin. ff. de iustit. &
 iure. Item limita quando daretur post laram sententiam. Hip.
 in l. Cornelia. ff. de fals. & no. cxc. incip. iudices, dummodo ta-
 men non præcesserit promissio ante sententiam. vt per eum.
 102 & dixi s. proximi. in vj. ampliat. ¶ cogit etq; iudex quod si male
 dicet plus perdit, quam pars quam iniq; condemnat, quæ sol-
 idm aliquid de facultatibus suis, sed iudex honorem perdit &
 animā: quia tenetur ad damna & interesse vtriq; parti: vt per
 Doct. prædictos. Albericus in dictionario. in vers. iudex. Ro-
 sarium in l. j. parte. ferm. xxv. litera S. incip. tertio. Et parte ij.
 ferm. xxix. litera E. sub tit. de consilijs datis iudicibus. in iijj.
 103 documento, & duobus seq. ¶ Et sic est deterius quam fœnera-
 ri. nam fœnerator restituendo quod accepit, potest sperare mi-
 sericordiam à Deo. Sediudex corruptus pro x. ducatis non po-
 terit absolui nisi restituat damna & interesse, quæ ascendent
 forè ad mille. Et propterea dicitur in c. cum x. terni. de re iud.
 lib. vj. quod caueant iudices maximè in sententijs, quod nulla sit
 acceptio personarum, siue sit cuius ille, siue peregrinus nulla
 erit distantia personarum, ita paruū audietis vt magnum, nec
 accipietis cuiusquam personam: quia dei iudicium est. Deuter.
 c. j. Felyn. in c. cū quidā. col. iij. de iure iur. frater Lud. in tract.
 de Veritate contrit. in viij. præcepto. diuinæ legis est char. lx.
 in fin. & seq. magister Renauld. in Speculo iudicum. char. ij. &
 iij. Et dicit Rota in antiquis decis. dcccxx. ne quod quidlibet.
 quod iudex debet firmiter habere animum & iustitiam, non
 obstanti

obstantibus præcibus magnatum: quia illa magis ei famam
 dabunt. Hostien. in summa de offic. ord. col. iij. & aduenæ non
 sunt ideo spernendi. Guiliel. Monferrat in proce. tit. de succes.
 regum. & dicit Apostolus quod Græcis, & Latinis & Barbaris
 debitor est. refert Barb. lib. j. consil. xliij. præclare col. j. in c. no-
 uit. in fin. princ. per illum text. de iud. nil vendicet, odium vel
 fauor v surpet, timor exulet, præmium aut eius expectatio ius-
 titiam non euerrat. ¶ sed stateram gerat in manibus, & lances
 appendat æquo libramine, præ oculis habeat solum Deum. de
 quo Bal. in l. fin. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & Boëtius lib. j. de
 consol. metro vj. incip. nubibus atris. inquit: Tu quoq; si vis
 lumine claro cernere verum, Stamine recto carpere cælum:
 gaudia pelle, Pelle timorem, spemq; fugato. Nec dolor afsit,
 nebula mens est, vinctaq; frenis, hæc vbi regnât refert Maria.
 in tract. de visitatione. lib. xj. q. vj. latius Afflictus in constitu-
 tione, vt vniuersi. col. antep. amor & odium corrumpunt iudi-
 cium. Arist. parte xxvij. problem. xij. Biblia Aurea c. lxxij. de
 iudicijs hominum falsis. Petrarcha in præfatione epistolarij.
 char. j. Alex. de Neno in consil. contra Iudæos fœnerâtes. col.
 xxvij. Aret. consil. clxv. Bustus in Defensorio montis chart.
 xxvj. col. iij. pulchrè in suo Rosario. lib. ij. ferm. xxix. litera i.
 & seq. Dantes in Paradiso, cantu xiiij. ante fin. e poi lasseto lin-
 telletto legat. pulchrè Hadr. papa noster in suo quodlib. quæst.
 ij. col. j. & char. xvij. col. j. & q. iij. col. vj. allegando. ij. Rhetor.
 & quæstione iij. columna vij. vers. ad quartum. & ibi in fin.
 col. ix. & q. vj. pen. chart. allegat Philosophū iij. Polit. c. xxxij.
 dicere, quod sicut mens sine affectu seu passione est lex, ita cum
 affectu est fœuissima bellua. vbi col. pen. Ant. de Prat. in j. v. ol.
 consiliorum. Barb. consil. pen. incip. si contra vasallum. col. fin.
 facit Papa pius contra ducem Austriæ. epistola iij. chart. v. Mat-
 thæus Bosius de regendo magistratu. c. xij. & tribus seq. Poly-
 antea verb. iudex. etiam in ver. iudiciū. Guil. Rouille in tract.
 de descript. iustitiæ & iniustitiæ. lib. iij. c. iij. col. v. Catilina in
 prin. sue responsionis, contra Cicer. dicebat, ¶ Omnes qui de
 rebus dubijs consultant, debere in primis animaduertere, ne
 cuiquam voluptari temerè assentiant: ne liberum ingenium
 fauore aut iracundia pessudent, imò eniti debent vt durent
 inuitis animis, vt omnium rationes æquè circumspectant, nec
 in alterutrâ partem inclinent, donec luce clariore in apertū
 deductæ & satis peroratæ causæ videantur. Difficile est enim
 commotis

Præuer-
 tentia iudi-
 cium.
 104
 Boëtius.

Catilina.
 105

commotis animis & concitatis ingenijs verum cuiq; persua-
dere. de ira latè Lucas de Penna. in l. ii. C. de exact. trib. lib. x.
col. ij. & Diodorus apud Thucydidem. lib. iij. dicit quod duo
sunt præcipuè ad bene consulendum contraria celeritas & ira.
c. pòderet. l. dist. in c. c. Deus omnipotens. ij. q. j. Specul. in tit.
de req. consil. col. vj. vers. item not. Felyn. in c. eccl. sia sanctæ
Mariæ. col. xij. de constit. Albertanus lib. j. de syllaba quis. &
lib. ij. de consilijs dandis. col. vi. Et rubr. ne petas consilium ab
irato. est in rub. de Amicitia iracundi hominis vitāda. Bolog.
in Theodosiana. in vers. vnde est chart. x. Luc. de penna. in l.
his tantummodo. C. de cursu public. lib. xij. Decius in proem.
sermonis post suum consilium clj. Et dicit Imol. in cle. pastora
lis. col. vij. vbi ampla apostilla. † quòd sententia lara tam breui
106 tempore quòd verisimiliter apparet defectus causæ cognitio-
nis, est nulla. latè Brunus in tract. de forma. char. lxxxiiij. col.
j. Hyppol. in l. qui eadem. col. iij. ff. de sicar. Et dicit Bald. in l.
ab eo. iij. op. C. quomodo & quando iud. quod quando pars
est præsens, debet iudex admittere probationes, hinc inde
audire, ventilare, discutere & trutinare in magno consiliū.
107 quoniā, vt inquit Rota in Antiquis decis. dclxxiiij. dicit quòd
aliquotiens deliberatio sæpe trahit hominem, & facit videri
bonum quod antea malum apparebat, & Apuleius de Deo So-
cratis. chart. j. nulla. res potest esse eadem festinata simul &
examinata. facit prouerbiū Gallicorum, De fol iuge, breue
sententia, & quòd dicunt antiqui, quòd tempus est pater virita-
tis, refert Gellius lib. xij. c. xj. philosophum. in fin. & veritas est
mater iustitiæ. Bald. in l. libertini. ff. de stat. hom. pulchrè facit
Aretin. consil. lxxv. in præsentia dicens, quod est magnæ mentis
opus, licet ad pauca respicientes de facili enuntient. secundum
eum in prin. post Philosophum. & dicebant Bias philosophus
& Socrates, quòd consilio maximè contraria sunt festinantia
108 & ira. licet secus in rebus bellicis † in quibus plerumque plus
valet celeritas, quàm virtus. Erasmus j. part. prouer. dcccxxxv.
tenenda bipènis. & ij. parte prouer. j. festina lente. & iij. parte
prouer. liij. ne de lite pronunties. & si non audiat allegationes,
iudex tenetur de dolo. Angel. in l. ex maleficijs. §. si iudex. ff. de
act. & oblig. & propterea Iul. in præfatione j. ff. veteris. & j. c.
laudat eum qui sic cognoscit vt is qui indicatur. itā prius ra-
tionibus conuincatur, vt sese meritò iudicatum fateatur, Ri-
chardus iij. dist. art. j. q. j. dum loquitur de causa iudicij vniuer-
salis.

salis. temerarium ergo puto victoriam causæ cuiquam promit-
tere, vt quidam aduocati nimium audentes faciunt, artentis
tot contrarijs quibus iustum iudicium peruertitur. Specul. in
tit. de aduoc. Rip. in tract. de Peste char. lxxix. nu. cxxxix. Imò
laudandus est qui in quæstionis casu quamuis claro vbi per
vnam sententiam succubuit, adhibet socium in aduocatione
vt boni medici in cura egroti: imò quādoq; aduocatus ob af-
fectionem qua prosequitur clientulum non bene cognosceret
verum, vt dixi de iudice: propterea aduocatum finge
te arbitrum & propone sibi casum iudicandum, non consulē-
dum pro aduocato, & cessabit affectio & non decipiēris. Pur-
gato itaq; animo & mundatis manibus. Paris de Syndicatu. in
vers. iudices puras debent habere manus. est char. xlv. & chart.
vj. col. ij. vers. per syndicatores. Recordetur quòd onus iudi-
candi est graue. Lucas de Penn. in l. fin. col. penul. C. de ven. re-
ciuit. lib. xj. Aretin. in consil. clv. periculosum. in princ. Navis
Stultifera char. xij. de offic. iudic. pulchrè Hadrianus Papa no-
ster in Quodlibetis. q. x. col. antepenul. vbi allegat Ecclesiast.
vij. † Noli querere fieri iudex, nisi virtute potens sis & c. Alber-
109 in proem. C. col. iij. nec debere reputari tale onus leue, quod
Iosaphat tam graue, existimauit. & ibi pulchrè, & quòd in eo
iudicio quo iudicabit iudicabitur. Alber. vbi §. viij. c. Deus
omnipotens. ij. q. j. facit Zachar. in sermon. consil. Pisani. col. j.
Albertanus de vindicta faciendā & officio iudicis. lib. vlt. Lu-
cas de Pēna in l. omnes. col. ij. C. de decur. lib. x. faciunt pulchrè
versus Senecæ, quos refert Iodocus in tractat. de nobilitate. c.
xij. vos quibus & c. Quicquid à vobis minor extrimescit. maior
hoc vobis Dominus minatur. vbi alia adducit. facit Angel. in
§. curare. col. antepenul. in st. de act. vers. restat. & fuit dictum
Xysti Pythagorici, Iudicans homines, scitò quòd iudicaberis
à Deo: & propterea maius est periculum iudicantis, quàm iu-
dicati. Nam iudicabit iudices iudex generalis: ibi nihil prode-
rit dignitas Papalis, siue sit episcopus, siue cardinalis, reus con-
demnabitur, nec dicetur qualis. Ibi nihil proderit quicquam
allegare, neq; excipere, neq; replicare, neq; ad sanctam sedem
appellare. Reus condemnabitur. nec dicetur quare. Cogitate
miseri qui vel quales estis, quid in hoc iudicio dicere potestis:
ibi non erit locus Codicis; ne Digest. Reus condemnabitur,
nec queretur testis: † etenim res iudicata pro veritate habetur, 110
& tribuit ius non habenti. l. Iulianus verum debitorem. ff. de
condict.

Cauet iur-
dex.

109

110

condict. inde vbi Ias. col. ij. dicit quod iudex facit de albo nigro & de nigro albo. l. res iudicata. ff. de reg. iur. Socin. in l. iungulis. ff. de excep. Curt. Sent. consil. lxxv. col. xv. & xxiiij. & alijs pluribus, vt in eius tabula. in versic. sententia. præsertim consil. lxxv. col. viij. Alex. lib. ij. consil. xxij. cxxij. col. ij. cxxv. col. iij. & lib. v. consil. xxx. col. ij. & lib. iij. consil. xij. & xvij. Et sententia falsum mutat in verum non essentia litis, sed quo ad effectum. Bald. in c. in præsentia renuntiet. facit eum filium qui filius non est, & patrem qui pater non est. & (vt ita dicam) sententia est altera natura: quia ius facit & originem creat. secundum Bald. qui allegat pro hoc l. j. in fi. ff. de lib. agn. idem Bald. in l. placet. C. de sacrosanct. in repet. col. vij. dicit, quod orig. & sententia pari passu procedunt, quia pro iudice præsumitur, frater Syluester contra Lutherum char. lxxj. prout præsumitur pro mandato principis in præiudicium tertij. Decius consil. cxxv. col. iij. Et procedit etiam pendente causa nullitatis vel restitutionis in integrum. Felyn. in c. quoniam contra. col. xxij. de probat. Etiam si pendeat appellatio dicitur res decisa per sententiam. Decius in c. super literis. col. vj. de rescript. Hyppo. in rub. C. de probat. col. xxxij. vbi dicit quod facit notorium antequam retractetur: licet sit retractabilis, nisi esset lata contra absentem. Felyn. in c. cum Bertholdus. col. ix. de re iudic. Sit etiam memor iudex quod multum præsumitur contra officiales, scilicet quod plura mala sciant & committant, quam alij. gl. in l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. xj. præsertim quando statim fiunt diuites, vt ibi. facit Bald. in c. cum in iure. ad fin. de elect. quod quando statim locupletati ultra solita stipendia, potest ei fiscus auferre: quia præsumitur turpiter quæsiuisse. & in l. j. ante fin. C. de hæred. vel act. vend. dicit hoc obseruare tyrannos, quia raro officiales ab eis recedunt cum pecunijs: & licet in hoc vltimo. Bart. in dicta l. facultas. & Angel. ibi impugnent. Et Lucas de Penna. & Iac. Rebu. distinguunt, tamen Barb. in c. ij. de pecul. cler. Nizellus in concordia Bart. cxcij. incip. officialis. Decius consil. vj. & clxxv. col. ij. trāseunt cum gl. Item sit memor ipse iudex quod si aliquid faciat contra conscientiam, maximè si est doctus, præsumitur per dolum. Bald. in c. in nosstra. de procur. Item quod ipse habet plures inimicos, & est tanquam signum ad sagittam. c. qualiter & quando. el. ij. de accus. Amedeus in dialogo de Amicitia. char. xxxvj. Sidonius lib. vij. epist. seu concione ij. incip. refert historia ante

ria. ante medium: quia veritas odiū parit. Decius cōsil. clxxxix. col. ij. vers. ij. incip. letatus sum. Luc. de Penna in l. quotiens. C. de naufrag. lib. x. col. pen. Et dicit Pittacus, quem refert Margaritha poetarū post Laërtium. Campanus de regēdo magistratu. char. iij. se malle inter inimicos quā inter amicos sententiā ferre: nā ex inimicis alterū amicū ex amicis alterū inimicū futurum. Propterea nō est satis prudens qui suscipit in se cōpromissum. Bal. in c. suspicionis. col. ij. de offic. deleg. hīc Andr. de Iernia doctor egregius fuit propter quandam sententiā quam tulerat cōtra quendam Gallicū Neapol. noctis tēpore interfessus. refert Paris de Puteo in tract. Syndicatus. chart. vj. de excessibus consiliariorū. ad fin. refert, & alia adducit Nic. Boërij. in consil. de custodia clauium portarū. char. v. col. ij. & iurecōsultos malè finientes refert Valdr. Zasius in oratione in laudē Legum habita, quæ incipit: ex multis. & caueāt à societate malorum, ne postea promittāt parti quæ facient eū dare sententiā pro se: & à meretricibus, ne sciant eorū secreta, quia propalant omnia. Ang. in l. item apud. s. idem ait. ff. de iniur. Et quod si in officio aliquid comedit tēpore syndicatus, illud ad instar cibi digeret. gl. in l. ij. C. de cohorta. lib. xij. Paris de Syndicatu in princ. Et ibi chart. vj. de officio Syndicatorū. col. ij. dicit quod Ang. de Aret. fuit in Syndicatu carceratus per annum. & nisi quod omnia Collegia Italiae consuluerunt in sui fauorē, decapitabatur. Et conetur totis viribus se intrinsecare inter medullas negotij, & quod tendat aperire oculos intellectus & ad finem dirigere: oculi non sunt pro vna die, nec pro vna conclusionē, sed iurisperitus totum processum debet considerare: & quod principium concludat cū fine, & finis in suū principium recto procedat ordine, vt sit alpha & o. principij & finis: id est quod cōclusio & cōclusum conuertatur, sicut diffinitio & diffinitū: & ex persona actoris metimur actionē, & ex persona rei metimur exceptionē. & sic actio formatur & cōdemnatio moderatur. sunt pulchra verba. Bal. in repet. l. Aemilius. col. x. ff. de minor. Item & iudex debet cuncta rimari. c. indicantē. xxx. q. v. Matthæus Bosius in tract. de gerēdo magistrat. col. iij. & ideo iudex dicitur oculus iustitiæ qui debet omnia videre. in annotationibus varijs. char. cxxvij. c. xl. ante fin. & char. clij. versic. assuerantibus. sunt posteriores Baptista Pij. Et inquirere veritatem præsertim facti. l. ij. C. de eden. vbi omnes Moderni. not. Felyn. in rub. de calūniat. vbi refert de illo Sycophanta de quo

habetur in vita Aesopi, qui negabat comedis se ficus, quos bibi
 ra aqua calida postea euomit, & diligenter videre processum,
 & elicere bene & prudenter dubia elicienda: super quibus si ha
 bet collegas, ab eis debet habere consilia, & collationem cum
 aduocatis partiū qui debent allegare ne postea possint dicere
 quod alia dubia dimisit, ita formaliter Rota in antiquis. decif.
 declxj. sciendum. vbi decif. dcccv. in cip. not. dicitur qd nō suffi
 cit videre processus perfunctorie, sed bene & perfecte ne in cur
 rat illud Esaiæ ix. quod refert Hadr. Papa noster in quodlib. q.
 112 x. col. xxiiiij. † veritas enim in omnibus principatū obtinet, &
 est à quocunq; preferenda. ij. q. vij. c. quæritur. bene facit Ang.
 consil. ccccxj. sub alijs. col. ij. vbi dicit, quod triplex est veritas.
 Rosarium Busti. libr. ij. ferm. xxxj. litera l. & sequentib. Decius
 in c. quoniam contra. de probat. iij. not. per illum text. & in c.
 si duobus. col. iij. de appel. Et hoc conari debet qui libet vir bo
 nus & iustus iudex. secundum Hippol. in l. j. §. si quis vltro. col.
 iij. de questio. Mariani in tract. de testib. in cap. fraternitatis.
 iij. char. col. j. cum ad aliu deputatus non sit. Paul. de Castre. lib.
 ij. consil. clxix. viso puncto. in princ. Barb. in Ioannina. col. lvj.
 dicens, quod propterea illam inuestigare tenetur. idem Corn.
 113 lib. iij. consil. cclxxvij. viso & diligenter. litera l. subijciens † q
 veritas est mater iustitiae. dom. Alex. de Neuo cōtra Iudæos sa
 nerantes. in consilijs imprectis post supplementum Pisanelle.
 Veritas. col. xxxij. allegat Esdræ cap. iij. quod veritas magna est, & for
 114 tior præ omnibus. & Isidorū de summo bono, sic exclamā. † O
 quam magna est vis veritatis quæ omnia ingenia, astutias, &
 calliditates superat, quæ cōtra ficta simulataq; figmēta seipsam
 defendit, quæ deniq; post Deum colēta est. Imō Deus est veri
 tas & vita: ergo amanda super omnia. Item ita legatum. ff. de
 condi. & demonst. quia est mater iustitiae. Bald. in l. libertum.
 ff. de stat. hom. & in consil. schiūmati. in princ. & est vera enti
 tas. Bald. in l. scire leges. ff. de legib. vbi Moderna. in apost. plu
 ra glomerant prouerbia Betæ. in repertorio in veris. veri
 tas. Cepol. consil. lv. vnus filiorum. col. j. Barbat. in Ioannina.
 col. clxiiij. versic. xiiij. & Ang. in Lab. antiquis. C. de testam. al
 legat illud Scauole, Veritati semper locum fore. & dicit Affli
 ctus in decif. Neapol. clxij. luo regij. col. ij. quod vbi opponi
 tur destylo potest replicari de veritate, pro quo facit Alberi
 cus in Dictionario, in versic. veritas. dicens, quod Christus dixit,
 Ego sum veritas: non autem dixit, ego sum consuetudo.
 facit

facit Cyprianus Benerus in tract. de autoritate Romanæ ec
 clesie. char. vij. allegando Isidorum in cap. consuetudo. j. diff.
 vide pulchrè Codrum ferm. vj. vbi de modo eam inueniendi
 secundum philosophos. Et Claud. in Monarchia Francia. par
 te ij. cap. xiiij. dicit, quod † veritas bene demonstrata & susten
 115 tata semper vincit: quia nullo modo tolli nec lædi potest. An
 char. in reg. possessor. col. xij. & licet vulnerari, nunquam ta
 men mori potest. Alber. vbi supræ per text. in cap. ne quis. xxij.
 quæst. ij. qui mihi non probat. facit Lancel. Politus in tract. de
 offic. aduocari. in rubr. de prudentia. circa medium. & † potius
 116 debet iudex permittere scandalum, quam veritatem relinque
 re. Hadrian. Papa noster quodlibet. j. est chart. vj. colum. iij. &
 quodlibet. iij. chart. xxix. col. iij. facit Liber Mirabilis proph
 etia. char. xl. per Hieronymum Benioenium. Non enim est veri
 tas immutanda propter subtilitatem Doctorum. l. in rebus. C.
 de iur. dot. not. Alber. in l. j. C. si vt se ab hered. absti. Et adiunā
 da est, & non cum ingenij subtilitate laceranda. c. cum æterni
 de re iud. lib. vj. cum alijs pluribus similibus. vt Calcan. consil. j.
 col. j. Et debet iudex veritatis probationes ampliari, & eis fa
 uere vt saluæ sint iuribus allegatis. per Hippol. in l. j. §. si quis
 vltro. col. iij. ff. de questio. † Et iram Dei supra se prouocat,
 117 qui veritatem opprimi prospiciens, eam pro viribus nō defen
 dit. xj. q. iij. c. quisq; & c. nolite. Hadria. Papa noster in Quo
 dlibet. q. xj. litera f. Scrutiniū. char. ij. vbi char. iij. dicit, quod non
 solūm est proditor veritatis, qui palam mendaciū dicit: sed qui
 liberè veritatem non defendit. vbi plura in char. seq. & charta
 cxxxij. vbi dicit, quod veritas falsitate aliquando oppugnari
 potest, expugnari verò nunquam: quia veritas omnia vincit.
 gl. in verbo, iniuriarum. in fin. in cap. consuetudo. lxxx. distinct.
 Hostien. in cap. in audientia. de senten. excommunic. & verita
 ti omnia cedunt. cap. fraternitatis. de frigid. & malefic. & veritas
 super omnia est amanda. l. si cui ita legatum. ff. de condi.
 & demonst. Alexand. lib. iij. consil. lxxij. in Christi. in princip.
 & in paucis consistit, nec desiderat verborum adminicula. Bar
 bat. lib. j. consil. lxxij. col. ij. Aret. consil. cxlix. paucis. cap. nō me
 dio critter. de consecrat. distinct. v. capit. odi. xxiiij. quæst. j. l. j.
 C. si vt se ab hered. absti. Propterea dicebat Laetan. in iij. quod
 Deus hanc rei voluit esse naturam, vt simplex & nuda veritas
 esset luculentior: quia per se ornata satis est. Ideoq; ornamentis
 extrinsecis additis fucata corrumpitur, mendaciū verò spe
 Min 2

cie placet aliena. refert Erasimus j. parte prouerb. cclxxxvj. & ij. parte prouerb. etiam cclxxxvj. putre falsamentum amat origanum. hinc dicimus veritatis simplex oratio. superuacuo igitur querenda est egregia dicendi persuadendiq; vis aliqua, sed per se purus nitidusq; sermo. In laborata pictaq; putetur dubia veritas ipsa. qui autem illam impugnare vult, talis inuadit ut cunq; potest: qui autem veris aggreditur rationibus, re vera semper expugnari debetq; iudex illa inuestigare, vt dixi etiam per dissimulationem, exemplo Salomon. in cap. asserte. de praesumpt. de quo Paul. de Casfr. in l. sciant. C. de probat. l. as. in l. is qui pro emptore. col. ij. de vsucap. & Caroli Magni, quem supra retuli in sexta ratione partis affirmatiuae de bono prolis. facit l. obseruandum. in fin. ff. de offic. praesid. gloss. in cap. quomodo virginibus. xxxj. quaest. j. Decius consil. clj. col. xij. Hippol. in l. de minore. col. iij. ff. de quaest. vbi loquuntur de dissimulatione iudicis. & singul. clxxvij. malitijs. Decius in l. ea est natura. ff. de reg. iur. Et dicit Bald. in rubr. de probat. quod iudex debet facere vt medicus. pulchre Barbat. in capit. li. sacerdos. col. iij. de offic. ord. Anchar. in regula. possessor. col. xij. 118 est circa fin. j. quaest. & circa fin. iij. quaest. † Et quod iudex debeat inquirere veritatem per plura, & pulchre tradit Paris de Syndicatu. in versic. sententia. §. restat. est col. penult. versic. & aduertendum. quod dictum est charta lxxvj. Paulus de Casfr. lib. ij. consil. cccij. ego Paulus. vbi dicit quod iudex debet toto posse defendere veritatem, & eam iuuare quando ipsam manifeste comprehendit, & resistere calumnijs, & punire periuros, & mendaces. in eis onus probationis transferendo. Idem Barbat. lib. ij. consil. xlviij. incip. praecclare. Anchar. consil. cccxvij. in causa. in primis verbis. Lucas de Penna in l. quotiens. C. de naufrag. lib. xj. Et propterea dicunt Doctor. in l. ij. C. de eden. vbi 119 l. as. iij. col. † quod testes debent iurare & deponere pro vtraq; parte, & si recusat redduntur suspecti. pro quo Bald. in l. peremptorias. col. fin. C. senten. rescin. non poss. quem sequitur Riminald. in l. si de certa. C. de transact. col. j. facit Maria. in cap. fraternitatis. de testib. colum. penult. versic. xlix. si per alteram. vbi Felyn. col. x. Bartol. in l. duo patroni. §. idem Iulianus. colum. penultima. de iure iuran. Bald. lib. iij. consil. clx. factum. in fin. colum. ij. Curtius in authen. hoc sacramentum. colum. j. C. de iuramen. calum. Ang. institut. de his qui sunt sui vel alie. iur. in fin. Alexand. in l. j. circa finem. C. vt quae des. aduoc. iud. suppl.

Contra ca
luniosos.

suppl. Et per auctoritates praedictas saluatur id quod aliam vidi praticari: nam reus contra actorem exhibuit libellum reconuentionalem, iuxta materiam in auth. & consequenter. C. de senten. & interloc. & titulu extrâ de mut. pet. quando actor voluit probare intentione suam, & fecit iurari testes dato termino reo ad exhibendu interrogatoria, ne aliam examen esset nullum. Practicus Papin. in forma iuramenti testium. in gloss. in verbo, citari. reus reproducit libellum suum reconuentionalem loco interrogatoriorum super quo petit testes aduersantes interrogari. Caue tamen, quia sic reproducendo videtur renuntiare oppositioni contra personam testium, quia videris eos approbare. Innocen. & omnes in cap. praesentium. de testib. Lanfr. in repetit. cap. quoniam contra falsam. in versic. testium depositiones. col. xij. vers. sed pone testis. contra est no tab. liij. Et quod possint interrogari etiam de reconuentione seu exceptione competente reo, Specul. in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. colum. iij. versic. in summa. Hippol. in l. de minore. §. tormenta. col. ij. versic. vltimus circa. ff. de quaest. on. vbi si testis producit contra me, ego eundem producto contra partem, prius examinabitur expensis partis contra me, postea expensis meis pro me, dicens hoc verum quando super diuersis articulis: sed quando super articulis vnus partis, debet veritatem pro vtroq; dicere. & hoc videtur obseruare curia Romana vt colligitur in formulario aduocatorum ccc. vbi ponitur forma interrogatoriorum. hinc aliam dicebam non placere illam praticam qua vtuntur examinatores testium: quia si adiunctus vult interrogare teste super materia de directo contraria, nolunt quod testis respondeat, quali sit tale interrogatorium impertinens. & dicit: faciat pars aduersa capitula, & probet si vult: nam vt patet ex praemissis, testis debet respondere pro vtraq; parte. Ergo debet etiam deponere ea quae scit de materia de directo contraria capitulis productis. Non obstat quod esset iniquum sic facere: nam pars mea aduersa ex quo semel produxit si ille testis aliquid dixerit contra eam, non poterit impugnare, quia videatur eius personam approbasse. Inn. in d. c. praesentium. & Lanfr. vbi §. Quia respondetur, quod quantum ad personam fateor contrarium: sed sibi impu testis producit testes inhabiles. quantum ad dictum respondeo, quod nihilominus poterit impugnare: quia non videtur approbare id quod ignorabat, scilicet quod deberet deponere contra eam.

Henric. Boich. in d. c. presentium. col. j. & sentiunt omnes danda dicunt ibi de suspicione nouiter superueniente testi. & Innoc. met ibi ante si. & sequitur Bal. in Margarita. in verbo testis. in fi. col. vij. versic. protestans contra testes. sentit quod circa hoc non dicuntur approbati. Non ob. lo. And. ad Specul. vbi supra col. ij. quem sequitur Albericus in tract. de testi. chart. xij. sub rubr. de interrogatorijs. col. j. vbi si capitula sint de mutuo, non debent fieri interrogatoria de solutione, sed debeo facere nouum capitulum. Quia responsio patet ex dictis Aret. in d. l. ij. C. de eden. limitantis hoc non procedere quando solum iuravit testis super illo articulo de mutuo facto per producentem, & adiunctus interrogabat testem, nunquid conuentus reddiderit eidem pecunia mutuatam. dicit enim Aret. in q. non erat iuratus, de hoc non tenetur respondere. Imo si responderet non crederetur. Secus autem secundum eum, quando testis iur. iussit super tota causa: quia tunc bene procederet eius opi. & aliorum s. relata, etiam si pars daret postea articulos super quibus vellet dictos testes examinari. Fely. in c. de testib. col. fi. de test. & vtraque vel altera parte petente, debet testis iurare super tota causa. Fely. in c. per tuas. col. pen. de testi. & in d. c. de testibus. col. fi. cod. tit. dicit quod in dubio ita praesumitur iurasse, post Imol. quem tamen aliter refert Lafr. in d. c. quoniam contra. in vers. testium depositiones. col. xiiij. vers. quare nunquid istud. & idem quod Fely. tenet. Ang. in l. si quis libertatem. §. quotiens. in fi. ff. de per. hered. & est de mente Lanfr. in princ. d. gl. testium depositiones. Idem volunt Aaberic. & Alex. quos ibidem refert Ias. col. pen. in l. si duo patroni. §. idem Iulian. de iur. reur. Aduerte tamen, quia hoc iurare super tota causa potest esse commodum & damnum producentis. Marianus in c. fraternitatis. de testi. col. xxvij. est in fin. vij. articuli principalis. commodum pater, si deponat aliquid pro eo extra articulum: damnum, quia publicatis attestationibus non possunt etiam super diuersis articulis amplius testes recipi. esset bene cogitandum: quia non inuenio hoc bene declaratum: & practica videtur obseruare quod supra dictum est: licet iudicio meo melius esset seruare oppositum ad euitandum impensas & abbreviandum lites. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Praterea si pars met tenetur respondere veritatem contra se propter iuramentum calumniae quod praestatur in quo continetur. Esti quaretur verum, non inficitur. Practicus. Papien. in for. lib. in act.

act. reali. gl. fi. quae incip. per sacramentum calumniae. quanto magis testis in quo cessat ratio s. his autoritaribus. verstitibi dico. de Poeni. dist. j. Item pro veritate defendenda si iudex videt ¹²⁰ & inuoluere si potest. Bald. in l. j. col. j. de consti. in cap. ij. in fi. de confes. Alex. libr. v. consil. cl. iij. viis narratis. col. iij. & seq. col. ij. Decius in c. licet causam col. v. de probat. Fely. in cap. cum in tua. col. j. de testib. non tamen facere interrogatoria impertinentia. Fely. in c. per tuas. col. pen. de test. vbi dicit quomodo debeant fieri & rescari. Et dixi quod veritate facti debet diligenter iudex inquirere: quoniam ex facto ius oritur. l. si ex plagijs. §. cliuo. ff. ad l. Aquil. omniu. C. de om. agr. de fer. lib. xj. Et Carmelita. ecloga ix. Vera loquar, tu iura tenes, ego facta docebo. iudicium verum reddit enarratio vera. bene facit Bald. lib. j. consil. cccxix. a capite. imo nec ecclesia potest se qui veritatem quam nescit. Prapof. in cap. literas. col. iij. de frigi. & malef. Bald. in c. quae in ecclesiarij. col. iij. de consti. quod veritas de terra orta est. de factis hominum & iustitia iudicij, postea de caelo prospexit. in allegationib. d. Baptiste Castellio nei impressis post singularia. Cremen. col. j. vbi allegat. ea est natona. ff. de reg. iur. quod modica facti variatio inducit magnam diuertitatem iuris. Et propterea Scauola de more respondere secundum ea quae proponerentur. Bartol. lib. iij. consil. lxx. vbi episcopus. col. vj. Decius saepe in prin. consiliorum suorum. Et in facto etiam prudentissimi errant c. licet de consti. lib. vj. l. si pro suo. clarius in l. ij. ff. de iur. & fac. ign. non enim praesumitur facta nisi probetur. d. cap. licet allegatur vulgo l. in bello. §. facta. ff. de cap. & possi. reuer. Tu pro solatio vide quomodo hoc probetur in illo text. Idem melius probatur in l. quaecunque. §. pen. ff. de publicum sim. vt Bald. lib. ij. vltima impressionis. consil. cxcviij. incip. statuto ciuitatis Tergesti. Pa norm. per illum tex. in cap. cum in iure peritus. de offic. deleg. Arert. contil. lxxviiij. in presenti. col. fin. allegat. l. consil. §. si ff. de cur. fur. Socin. in consil. xxvij. col. iij. alleg. l. j. C. de prob. & laffueratio. C. de non nu. pec. Idem potius allegat ista iura quam illum. §. facta. Et propterea oportet quod coram iudice sit probatum. quia iudex cui nihil constat, nihil agit. Est enim probatio. iudex quoddam praedicamentum quod praedicatur. de probat. ¹²¹ Bald. in cap. fin. de iure iur. & ideo debet indicare secundum al legata & probata. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. praed. ad quam

Ex facto
oritur ius.

Secundum
neq.

Ang. instit. quib. mod. tut. si. in princip. in §. si minus. col. v. in sit. de act. Paris de Syndicatu. chart. xlix. in verb. iudicare. col. iij. Bertach. in tract. de episcopo. iij. parte. iij. libri. est charta. xlvij. q. xj. latè & moraliter Luc. de Penna in l. quicūque. C. de tab. & scribis. lib. x. quem semper vide. Angelica in verb. iudicare. §. vij. incip. vtrum iudices. Felyn. post Barbat. in cap. pastoralis. §. quoniam. col. si. de offic. deleg. vbi ponit vij. fallen. ad quartam dum limitat in iurisdictione voluntaria. quia in illa iudex debet sequi indistinctè conscientiam: quia pro omnibus Deum in omnibus causis iudicem credendum est. l. propterandum. §. si nautem reus. in fin. de iudic. Hadr. Papa noster in Quodlib. q. xj. est chart. lvij. col. ij. vbi reprobat Hostien. & Card. qui tenebant cōtrarium. Adde Philip. Dec. in l. antepe. quæ incipit. bonorū. ad fin. C. qui adm. vbi dicit idem quando conscientia iudicis nemini nocet. facit Ancharanus consilio cex. facit dubium. in fin. dūm dicit quōd si inter cōiuges sitilis. necliqueat de causa eorum. conscientia est in manibus eorum relinquenda. dixi in iij. ampliacione de scenc. Idem vult Curt. Iunior in d. l. antepen. qui addit vltra Fely. aliam limitationē: videlicet quod si pars fatetur iudici in secreto veritate causa: licet ex actis non possit de veritate constare: tamē iudex nunquam debet iudicare contra illam confessionem. Fely. in cap. cum venerabilis. col. xij. de excep. Alex. in l. si is ad quem. ff. de re iud. Catell. in ij. parte memorat. in verb. iudex debet iudicare. quia ad subleuamen bonorum. non ad tutamen malorum inuenta est tella iudiciaria. Papa Pius epist. v. charta. j. vbi dicit quōd veritas est iudicij domina. huic seruiant iudices necesse est. & ibi melius charra. vj. facit Cicer. circa mediū. ij. Officiorum. dicens. quōd iudicis est semper in causis verum sequi patrem. non nunquam verisimile etiam si minus verum sit defendere. pulchrè Vdalr. Zasius oratione xij. incip. apud literatos. latè & pulchrè Rosa. Busti libr. ij. ferm. xxxj. litera x. & seq. Et dicit Bal. in l. fin. C. de pæn. iud. qui ma. iud. pen. not. quōd qui facit secundum conscientiam. licet faciat contra iustitiam scriptam. non incidit in pænas. cap. cum æterni. de re iudic. lib. vj. facit Anch. consil. cxvj. de pluribus queritur. & quod dicam j. charta. proxim. Angelica in verbo restitutio. el. j. §. vij. dicit. quōd iudices non excusantur si scripturæ porrectæ appareant de contractu licito. si cōscientia eis dicitur quōd sit vturarius. Lud. Nitaldas in tractatu de reprob. scientiæ Pilati. quem refert

Secūdam
conscientiam.

Nunquam
contra veritatem.

fert Ioan. Montolog. in Promptuario Iuris. in verb. Iesus. est in j. parte. charta. cccxxxvj. in fin. & charta. seq. facit Paulus de Cast. j. volum. consil. ccclxxx. incip. iudex est minister Dei in princip. Ang. in l. fin. C. de testam. dum dicit veritati semper lo cum fore. licet Corneus cōtra saltem in causis pecuniariis. libro ij. consil. xxij. ego quoque circa finem. vide Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de dispūt. & alleg. §. sicut iij. & autoritas ll. non potest veritatem naturalem tollere secundum Bal. in cap. contingit. col. ij. de restit. spol. & Bertach. in d. tractatu de episcopo. limitat etiam vbi agitur de xrate. Item quando agitur de materia confinium. Item quando ipse videt aliquem portātem arma: quia in istis potest iudicare ex his quæ vidit. licet nō constet de actis. pulchrè in proposito Ang. consilio ccxliij. in causa. col. fin. & seq. incip. primus punctus. Et hæc fortius procedunt in arbitratore qui tenetur sequi veritatem. vnde cūq; eam habeat etiam per garrum auium. Curt. Senior. cons. xx. iij. ego quoque circa fin. fortius in principe. qui secundum Paridem de Syndicatu. in verb. sententia. col. ix. in fin. solūm debet iudicare secundum naturalem æquitatem & substantiam veritatis. omisis solennitatibus iudiciorum inductis à iure ciuili: quia coram principe iura ciuilia non allegantur pro autoritate. & de eius proprietate semper est. vt quando cūque causa sibi de iure decidenda committitur. intelligitur sola facti veritate inspecta. Cur. Senior consil. lxxv. super præmissis. col. vj. vtrūc. in absoluta. Decius consil. xj. col. si. Brunus in feud. consil. lxxxij. col. j. & in tractatu de forma. charta. lxxxix. col. ij. Iacobinus in inuestitura. in verb. princeps. col. iij. vers. nunc addo vobis. & vers. octaua specialitas. vbi dicit quōd debet iudicare secundum suam conscientiam. & si aliter facit. peccat. hoc etiam dicit Curt. vbi suprā l. as. in §. sed iste. colū. xxix. instit. de act. Et quia sententia eius est irrenocabilis. idē debet fieri cum maiori maturitate. Bald. in l. ne causas. C. de appel. & conscientia est sensus sane mentis. l. as. in l. si sic. viij. not. de leg. j. & forus conscientiæ & veræ iustitiæ idem est. Bald. Præpo. in cap. j. col. j. in tit. quæ sunt regalia. & in quo nec fictiones nec præsumptiones attenduntur. l. as. in rub. ff. de acquir. hæred. in fin. l. & si inutiliter. col. ij. C. de fideicō. Et an leges in foro conscientia sint seruandæ. vide per eum in dictis locis. & in l. nemo potest ff. de leg. j. Perus. in cap. si pater. col. si. de testam. libr. vj. Natam in cle. sepe. §. j. colū. xij. de verb. sig. Decij post Fely.

in cap.j. de constit. col. ix. Felyn. in cap. Ecclesia S. Mariae. col. xiiij. & seq. eod. tit. Ferratum cautela. xix. incip. sententia. & Felyn. & Decius & Iason ponunt quid in praescriptione in iure accrescendi, in fraude gabella, in deceptione contrahentium, in electione non seruata forma. per Bald. in l. vniuersa. col. pe. nult. C. de prec. imper. offe. Quid in poenalibus? Quid in dano dato? Corset. sing. cxxj. in foro animae. & in verb. forus. & Bald. in praesud. feud. lib. chart. iij. vbi ponit an contrauentus legi peccet mortaliter. de quo dicit Christophorus Castell. in disput. statuto. col. j. Monterra. in cap. j. de constit. lib. vj. el. ij. Et quae dicantur bona nostra de iure, & non de conscientia, vel e contra. Bald. in disput. incip. statuto cauetur. col. iij. & sequenti & an habens rem iudicatam pro se, facta executione, compertus habere iniustitiam, sit tutus in conscientia. Felyn. in capitul. nouit colum. v. de iudic. quod non, imo potest conueniri per denuntiationem Euangelicam. Veritatem itaque facti intelligit iudex, vel ex partium assertionibus. l. fin. C. si per vim, vel alio modo, vel ex probationibus. Et propterea dicimus quod in probationibus stat causarum pondus. Bald. in l. ingenium. ff. de statu hom. in l. matrem. post Cyn. C. de probat. & licet ius non deficiat, deficiet tamen quandoque probatio. l. duo sunt Titij. ff. de test. tutel. vbi dicit Bald. quod deficiente probatione, deficit substantia causae. Et debet bonus iudex animum suum confirmare argumentis & testibus, quae rei aptiora & proximiora sunt: & non dirigere animum ad vnam solam speciem probationis. Fulg. consil. cxxiiij. proponitur. col. fin. Paulus de Castro. lib. ij. consil. cccij. ego Paulus. & clxix. viso puncto. col. ij. Anchar. consil. lcccxxvij. in causa. in princip. & cclxxvij. Curtius in reper. l. admonendi. ff. de iureiur. col. lxxvij. Barbar. lib. ij. consil. xlviij. incip. praclarè. in primis verbis. & alibi saepe in consilijs suis. Et debent coniungi probationes imperfectae ad faciendum vnam plenam probationem. gl. fin. vbi Fely. in cap. cum causam. col. iij. de probat. in cap. cum Ioannes. col. iij. de fid. instrum. Catal. in ij. parte Memorali. in verb. iudicia. Alex. lib. j. consil. liij. in causa vertente. col. iij. Anchar. consilio cccxxvij. in causa. in princip. & cclxxvij. Fulg. consil. cxxxiiij. proponitur. col. fin. Iason defendens Bald. in l. Gallus. §. fin. col. iij. ff. de liber. & posthum. Rom. sing. ccij. & seq. Et dicit Bald. per gl. ibi in cap. accedens. ad fin. v. l. it. non contestata. quod non oportet quod omnes allegationes concludant

In probationibus stat causarum pondus.

Non debet se iudex artare ad vnam speciem probationis.

cludant de necessitate quia vna allegatio iuuat alteram & ex pluribus considerationibus fit vna consideratio sufficiens. & dicit esse notabile. quoniam & quae non profunt singula, multa iuuant. cap. illo vos. de pig. l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excus. tut. cum sim. vt Barbar. lib. j. consilio. xliij. praclarè. colum. ij. & lib. ij. consil. vj. & seq. Socin. qui dicit quod etiam destruunt consil. cxviiij. pulchre Barbar. lib. iij. consil. lxxij. sapienter. colum. vj. Praedicta tamè intellige sanè secundum quod late declarat Iason in reper. dictae l. admonendi. ff. de iureiur. col. lxxxiiij. & tribus sequentibus. ¶ Et sic patet quod probatio & testium fides tota est in iudicis arbitrio. l. iij. §. j. ibi tu magis scire potes. ff. de testibus. cap. ex literis. vbi Decius iij. not. de probat. vbi post Bart. & Paul. de Cast. dicit, quod licet testes clarè probent: iudex si ei videbitur poterit fidem non adhibere, & e contra. tale tamen arbitrium debet iudex regulare prout bonus vir, & sic secundum leges reum absoluerit. Bartolus in l. Lucius. in fi. ff. de infamib. & l. in crimine. ff. de adulterijs. Hippol. in l. quaestionis modum. col. v. ff. de quaestio. sequitur simpliciter opin. Bart. & Paul. idem Decius consil. xciiij. col. j. cv. col. v. & clxiiij. in causa matrimoniali. col. ij. & consil. cxxxiiij. col. penult. & idem vult Paulus de Castro consilio cxxliij. viso processu. colum. secunda. libro secundo. quem sequitur Socin. consilio cxxliij. in causa magnific. colum. antepenult. dicens, quod licet testes singulares non probent: potest tamen iudex illis fidem adhibere, si ex eorum dictis incredulitatem deducitur: licet iudices capitoli credere nolint. Idem Socin. consilio clxxxvij. in controuersia. col. iij. & in ij. volum. consilio. xxxvij. colum. penult. Hippol. in sing. cxiiij. incip. vulgatum & tritum. ¶ quod iudex potest plene credere testi singulari quando esset persona nobilis. Idem tenet ipse in l. j. §. quod vulgum. col. iij. & xij. & in l. si quis ne quaestio. col. xxxij. ff. de quaestionibus. Franciscus Brunus in tractatu de iudicijs & tortura. charta j. colum. ij. Cacialup. in reper. l. admonendi. de iureiurand. colum. xxix. & lv. vbi Curtius Sen. colum. xxxiiij. de quo dubitat Cacialupus ibi propter text. in l. v. iuraturandi. C. de testi. gloss. in §. j. in verb. per dignitatem. in authentic. de testib. tu vide Iason. in l. Gallus. §. ille casus. iij. colum. ij. lect. de liber. & posthum. maxime vbi proceditur sola facti veritate inspecta, quo casu iudex potest credere probationibus persuasivis, licet non perfecte concludentibus. secundum Aretinum consilio

122 Probatio in arbitrio iudicis.

Regulare arbitrium suum vt bonus vir.

123

lxxxiiij. & cxxvj. quem sequitur Iaf. & Socin. in l. certi conditio. §. si nummos. col. vj. ff. si cert. pet. Claud. in l. si ita stipulatus. §. Chryfogonus. col. v. ff. de verb. oblig. Felyn. in c. j. col. xv. de conitit. Decius consil. ij. col. iij. & in c. dilecti col. iij. de iudi. Idem Socin. consil. cxxvj. col. ij. contrarium tamen voluit Paris de Syndicatu. in verb. sententia. c. vtrum iudex. versic. & adde. Bart. est char. lxxiiij. Alex. lib. iij. consil. lxxx. vto procef. fu. col. fin. Socin. consil. cxxj. col. ix. quorum opin. fortè non procedet. quando etiam talis clausula est adiecta solù in procedendo, non in decidendo. Iaf. in simili in l. ius autem. ff. de iust. & iur. col. ij. vers. iij. istam materiam. Et quod sit in arbitrio iudicis: latè tenet Barb. consil. vij. incip. sapienter non fallor. col. vj. in fin. & consil. seq. col. x. lib. ij. & dicit Riminal. in l. ij. vlt. not. C. de eden. quòd est in facultate iudicis adhibere fidem vni testi, vel non. ex his quæ vidit & audiuit in testificatu. Idem vult Iafon in l. suis. ad quem col. v. ff. de acquir. hered. quòd iudex etiam potest non credere instrumento. & dicit Felyn. in c. auditis. col. xj. de præscrip. quòd iudex si videt instrumentum continere non verisimile, licet contineat possibile, non debeat eidem credere. Facit Socin. in iij. vol. consil. xxvij. col. iij. vers. præterea. & consil. xcviij. col. ij. Currius Junior consil. xvij. col. ij. Barb. lib. j. consil. xxxij. scribitur. col. ij. & lib. iij. consil. lxxxiiij. supremus. col. fin. & lxxx. quam egregiè. col. 124 iij. vbi dicit quòd semper debemus sequi verisimile. c. quia verisimile. de præsum. vbi Felyn. l. non est verisimile. ff. quod met. cau. Currius in tract. de testi. conclus. xxix. & xxxij. Corf. sing. ccclvij. Felyn. in c. auditis col. xij. de præscript. Et minus verisimile excluditur per magis verisimile. Calceus consil. lxj. ventura. col. vj. vers. & ideo tollitur. Iaf. in l. si extraneus. col. ij. ff. de condi. cau. data. Hipp. in rub. C. de probat. col. xxv. in l. j. in princ. col. xv. de quæst. & in §. j. col. vj. eod. tit. Debet tamen iudex in sententia causam exprimere propter quã non credit plenæ probationi, ex quo recedit à regulis communibus. Decius in c. consuluit. el. j. de probat. Felyn. in cap. j. col. xij. vers. ex prædictis adde. & in c. quæ in ecclesiis. col. xix. in c. ecclesia. col. ix. vers. ij. limita de constit. & aliàs tenetur stare ad id quòd est scriptum, ne teneatur in Syndicatu. Felyn. in c. cum venissent. col. j. de testib. Et sibi debet cõstare de qualitate vnici testis, cui plenè vult credere propter illam qualitatem, ita Barb. consil. xxix. illud. col. fin. lib. j. & alibi sæpe Doct.

Istis

Istis enim auctoritatibus & dictis nouiter aggregatis potest aduocatus & index vti ad conualidandum probationes veritatis: non autem iniquitatis & mendacij.

¶ Ioannes Neuzianus de Butigleria capitaneatus Asten. dice-
cessis Taurinensis ciuis Asten. & incola Taurinensis.

LIBRI QVINTI FINIS.

SYLVAE NVPTIALIS

LIBER SEXTVS.

ARGVMENTA.

1. Iudex communi opinione non informatus sequatur textus legislatoris.
2. Stante opinionum ambiguitate aut diuersitate, insequenda est mens legis.
3. Opinionum differentium illa sequenda est quæ est iurium amica.
4. Iudex redditur excusabilis vbi existens in dubio eligit opinionem quam sua dicat conscientia.
5. Peccatum quãdoq; impedit veritatis decisionẽ & agnitioẽ. In maluolam enim animam non introibit sapientia.
6. Dubium rationale & circa legem difficilem quandoque iudicem excusat à dectione iudiciali.
7. Stante opinionum dubierate standum est saniori & sanctiori: & pugnandum est pro veritate.
8. Iudex tenetur partibus concordiam persuadere.
9. Lites iudiciales euitandæ sunt.
10. Deitens à lite an præsumatur de suo iure dubitare.
11. Doctores non debent se litibus iudicialibus immiscere.
12. Boni viri lites iudiciales execrantur, eligentes suum ius in discussum relinquere, quàm liti se exponere.
13. Pax certa præualet speratæ victoriae.
14. Aduocati multa possunt animarum suarũ pericula incurrere.
15. Mens rectrix est dispositionum.
16. Deus solus scrutator cordiũ est: potest tamen per indicia præsumi voluntas & intentio alicuius an sit recta vel non.
17. Vitæ tenor conscientiam ostendit.
18. Mens & voluntas testatoris est in testamentaria dispositione consideranda.
19. Testatoris voluntati cõtraueniẽs dicitur pietatis iura violare.
20. Mens contrahentium semper est inspicienda potius quàm verba.
21. Regula iuris in dubio adhaerendum est, & pro ea in iudicijs pronuntiandum.
22. Regulas iuris ignorans in latam culpam esse dicitur: secus de fallentijs

- fallentis seu limitationibus.
- 23 Dubio stante ea opinio amplectenda est quæ minus lædit ius commune. Item eam per quam ædimus ad ius antiquum.
 - 24 Stantibus paribus probationibus quibus standum sit.
 - 25 Recellus à iure communi est odiosus : & recellus favorabilis.
 - 26 Voluntas testatoris potius interpretatur secundum ius commune quàm secundum consuetudinem.
 - 27 Viduæ, pupilli, pauperum & similibus personarum causæ qualiter sint in dubio decidendæ.
 - 28 Personis miserabilibus non est in præiudicium aliarum fauendum.
 - 29 Mercator dum est in adu mercantiæ est vt persona miserabilis habenda.
 - 30 Vidua dici potest illa quæ caret marito licet nunquam fuerit nupta: vel quæ habet maritum sed inuilem, vel bannitum, vel absentem.
 - 31 Personæ miserabili fauendum & patrocinandum est etiam sine salario.
 - 32 Diues litigans cum paupere an teneatur ei expensas ad litigandum ministrare.
 - 33 Debilioribus in iudicio quare fauendum sit.
 - 34 Iudicis arbitrio remittitur inspicendum quæ sint personæ miserabiles.
 - 35 Vidua vel pupillus an paupertate non concurrente dicantur personæ miserabiles.
 - 36 Persona quæ per se non potest in iudicio an dicatur miserabilis.
 - 37 Beneficium nomine miserabilitatis impetrare volens debet qualitatem miserabilitatis allegare.
 - 38 Persona miserabilis an lite pendente possit mutare litem.
 - 39 Ratione adiuncti consequitur quis ex persona alterius quod ex sua non possit.
 - 40 Regula quod magis dignum trahit ad se minus an procedat etiam non obtinente maioriâ minoris dignitatis.
 - 41 In connexis delictis absolutoria seu condemnatoria non extenditur de vno ad alium.
 - 42 Sententia arbitri contra duos quorum vnus est clericus & alius laicus, an virtute connexitatis in duobus procedat.
 - 43 Connexitas an aliquid operetur in causis diuuis.
 - 44 Personæ miserabiles dicantur esse sub protectione iudicis ecclesiastici.
 - 45 Dubio stare in causa iudex debet benigniorem amplecti viâ.
 - 46 Casus multi quibus benignè agendum est in dubio.
 - 47 Stante dubio diuersis vijs vtendum est diuersis causis exigentibus.
 - 48 Iudex qualiter se habere debeat in exequendo.
 - 49 Principum rescripta an semper sint in executionibus obseruanda.
 - 50 Decreto iniusto an sit parendum.
 - 51 Supplicium pro veritate pati melius est quàm beneficium

pre

- pro adulatione.
- 52 Princeps quandoque plus voluntate quàm ratione mouetur.
 - 53 Principes non debent petentium inuerecunda inhiatione sic infringi vt non concedenda tribuant.
 - 54 Principum indebita rescripta præsumuntur per importunitatem concessa.
 - 55 Lætitia reddit principem quandoque leuem ad illicitum concedendum: quo casu concessio est habenda nulla.
 - 56 Mulieres persepe solent à principibus illicita impetrare: quapropter talis concessio antequam exequatur consideranda.
 - 57 Potestatis plenitudo non extenditur ad iniquitatem.
 - 58 Potestatis plenitudo non debet exerceri nisi discretions claritate præmissa.



COGNITA igitur veritate facti. c. j. de pœ. dist. vj. illud applicet ad ius: & si habet communem Doct. opinionem, illâ sequatur iudex. vt s. dixi. Si verò non habeat, cõsideret diligenter textus Legum in materia loquentes, ne faciat contra conscientiam fonte veritatis omisso opinionum riuulis sectat i. Hieron. in proœm. Eccl. in fin. frater August. in Scrutinio, char. viij. Saly. in l. j. C. de rapt. virg. dicit qd in dubijs ad principia, id est leges, est habendus regressus. & Barb. in Extraneaganti. Ad reprimendum, in vers. non obli. circa medium. dicit, Tquod quando est perplexitas seu ambiguitas debemus recurrere ad mentem legum. & dicitur vera mens legis, illa quæ procedit ex bono, & æquo. secundum Salom. in repet. s. responsa. in st. de iur. natur. chart. j. Gammarum in tract. de extentione. char. iij. col. j. post medium. Et dicit Formulatum provinciale, char. xxij. quod Cancellaria apostolica maxime innitur testibus. It gl. regulatum Cancellariæ. chart. xxij. dicit, quod in dubijs debemus recurrere ad regulas iuris, & rationem naturalem. & dicit frater hâdor in tract. de conceptione lib. ij. c. iij. quod in dubijs euenientibus in fide catholica quæ excedunt naturalem rationem, recurrendum est ad ea quæ ex diuinis scripturis possunt haberi, quæ à sanctis Doctoribus, qui spiritus sancto fuerunt insufflati, & ab Ecclesia acceptati. allegat Dionysium de diuinis nominibus. c. iij. & Inn. in c. ne imitatis. de const. & sic dicitur ire per viam silicitam. secundum Bal. quem refert Cacialupus in repet. l. admonedi. ff. de iure iur. in fin. col. lxxxviij. & idem est de mente Ias. in l. ita stipulatus. la grande. ff. de ver. oblig.

Articulus iuris quomodo dicitur.

3 oblig. col. antepenul. dum dicit, T quod sequitur illam opin, qui est magis amica iurium. & in l. diuortio. in princ. col. vj. ff. sol. matr. quod cum habeat decisiones legum claras, illis potius vult inherere, quam glos. & Doct. Si vero eundo per tex. legum & rationes naturales, & coactas circumstantias rimari, capite iudicantem. xxx. q. v. nec festinet, nec praecipiter sententiam. Felyn. in princ. suae lect. vers. in gl. j. libri. Hipp. in l. statu. liber. col. penult. ff. de question. Decius in c. cum venerabilis. col. v. de excep. las. in l. iudicis. C. de iud. & quae dixi in chart. praecedenti: sed mente tranquilla peragat. Card. per illu text. in c. illa. xj. q. iij. cum subtili inuestigatione diligenter perquisuerit veritatem, & eam inuenire nequeat: quia praemisistis res tunc dicitur dubia. Socin. in l. si fuerit. §. planè. ff. de reb. dub. occurrunt enim plura indissolubilia. vt refert Steph. de Pheder. in tract. de interpret. Legum. col. liij. & ibi inter caetera refert vnum post Gellium v. Noctium Atticarum. c. x. de Pythagora & Cristallo eius discipulo, qui Pythagora centum promiserat dare ea die qua primam causam orasset, & vicisset: & quamuis valde edoctus fuisset à Pythagora, causas non accipiebat, ne solueret illa centum. vnde Pythagoras egit contra eum, concludendo hoc modo: si viceris, necesse habebis soluere propter sententiam: si tu viceris, habebis soluere propter pactum. & e contra discipulus retorquebat in eum: si viceris, iam sum tutus ope sententiae: si succubero. tuebor ex pacto. & hac q. refert etiam Barba. in procem. clem. las. in l. ita stipulatur. la grande. col. xv. ff. de verb. oblig. Et in voce licet non tradiderit in scriptis in l. si post mortem. in princ. ff. de legat. j. Et dicit quod poterat decidi per regulam constat. lib. vj. sed postea inueni hoc dicere Cacialupum in tract. de transact. q. xxx. aliud sophistica simile praedicto recitat Codrus serm. ij. chart. fin. Aliam etiam voluit decidere Aulus Gellius, vt referunt las. & Lan. in l. qui acculare. C. de edendo. aliud ponit Praepos. quem s. retuli in §. inconuenienti. de incontinentia muliebri. aliud ponit Petrus Iacobi in practica post arborem regum Francie. col. iij. Et plures casus emergunt qui egerent Pontificia vel Caesar ea decif. vt pater ex discursu Doctorum. & Barb. in cap. literas. de iuram. calum. dicit se tot aggregauisse quod faceret vnum volumen maius quam Clementinas. idem dicit ipse in cap. quoniam. col. ij. vt lite non contest. vbi subdit quod daperiret in morte, nisi dubitaret quod alius sibi attribueret. & in cap.

cap. accedens. col. xij. eod. tit. dicit, q. Papa Paulus hoc fecisset nisi fuisset morte praeventus. T Index tunc apud Deum & homines excusabitur, si in tanta varietate & dubio eligit illam opinionem quam secundum eius bonam conscientiam credit esse veram, etiam si postea contrarium declaratur per auctoritatem habentem: vt s. dixi circa prin. huius x. ampliationis. Bald. lib. v. consil. j. incip. qualiter. vide Cell. lib. xiiij. c. ij. incip. quo primam. Bald. in c. j. col. ij. de offic. ordin. Hadrian. Papa noster in quodlibet. ij. char. xxj. col. ij. vers. ad secundum. & char. seq. col. j. versic. ad quintum. Tunc potissimum recurre ad auxilium diuinum, quia Taliquando propter peccata nescimus dubia resolueri. Bald. quem refert Afflictus in sua vltima decif. ad fin. Papa Hadr. noster quodlibet. iij. est char. xxxvj. col. j. quia secundum eum q. ix. col. xvj. omnis veri cognitio à Spiritu sancto est, qui non intrat in maliuolam animam; & Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum, & auferet se à cognitionibus. Sapientiae iij. exemplo Moyse, quem refert frater Lud. de Veritate contritionis. char. t. x. alleg. xc. q. iij. c. summopere. Et propterea principes debent aduertere quod in iudices eligant non solum peritos, sed & habentes conscientiam timoratam. Tunc enim Anchar. consil. ccxj. incip. inter contraria & varia. quem sequitur Cacialup. in tract. de transact. q. xij. col. ij. Socin. consil. cl. incip. & nos. col. xxix. seu antepen. Decius consil. lxxvij. in fin. col. v. & consil. ccclxxvj col. pen. in c. j. prima lect. col. vj. de probar. vers. illud vt iliter not. Sando. in l. si fuerit. col. iij. ff. de reb. dub. facit gl. i. instit. de ob. quae ex quali delict. in fin. princ. quae dicit, T quod excusatur qui dubitat circa l. difficilem. vt est l. Gallus. ff. de lib. & posth. vbi las. in princ. ij. lect. facit mentione de illa gl. Et Decius consil. lxxij. col. penul. Curtius lun. in feudal. consil. vj. col. xix. & dicit gl. dummodo non fuerit data pecunia. facit Felyn. debita peritia excusatur deponens iuxta ingenium suum informatum ex rebus apparentibus cum discursu metis. multa enim conceduntur ratione dubij, quae aliàs no. Cyn. in l. fin. C. de transact. Balb. in tract. de praescript. iij. parte. vj. partis principalis. ij. q. princ. in ij. q. est char. lxxvij. col. ij. Et dicit ibi Anchar. & Doct. praedicti, quod si hoc facere nolit, videat partes componere, aut saltem diuidere per mediu. de quo gl. in l. Nescennius. ff. de neg. gest. quae dicit hac esse sententiam rusticorum. de qua d. las. in l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact. col. ij. facit Anton. de Prato in tract. de secund. nupt. charta xxxv.

col. j. Bauerus in §. si feruum. in fi. instit. de hered. instit. Ang. in l. si expressim. col. iij. ante fin. ff. de appellat. vbi in confictu opin. iudex debet sequi illam quæ sibi magis iusta videtur in conscientia. Bald. lib. iij. cõsil. ccc. lxx. in caut. in fin. ij. col. vbi post Innoc. dicit, quod in dubijs opin. vni adherere non reputatur peccatum: tamen sanctus est in talibus pro veritate pugnaire. Purpuratus in l. ij. C. de eden. allegando Philosophum j. Ethic. Barbat. in d. c. pastoralis. §. quia verò. col. viij. de offic. deleg. in clem. ne Romani. num. xij. de elect. facit Angelica in verfic. restitutio. quam s. retuli. bonus text. in l. non sine. C. de bon. quæ liber. quem alleg. Cacialup. in repet. l. precibus. C. de impuber. char. pen. col. iij. facit Afflictus decit. ccc. lxx. iij.

8 incip. non ponam. ad fin. ¶ Et persuadendo partibus concordiam prout iudex tenetur. Decius in cap. vt debitis. ij. not. de appell. potest illis memorare, id quod dicitur in clem. dudum. de sepul. & illud quod est sculptum in lapide marmoreo penes scalas per quas ascenditur palatium Broleti Mediolani. quod in controuersijs causarum corporales inimicitia: oriuntur, firmissio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur: multa & inhonesta crimina deinde consequuntur, bona & vtilia opera postponuntur. Et qui sæpe credunt obtinere, frequentius succumbunt: & si obtinent computatis laboribus & expen. nihil acquirunt. Item & memorare illud quod di-

Da tunicã cit Saluator. Matth. v. cap. Si quis voluerit tunicam tuam tolle, & palliũ. & iudicio contendere, dimitte ei & pallium. xiiij. q. j. c. j. vt 9 refert Flor. in l. fin. in fi. ff. famil. hercis. dicens, quod propterea quis non debet esse nimis promptus in litigando. & est ratio: quia siue quis habeat iustam causam, siue non, nõ potest litigare sine sumptibus. Bald. in cap. cum dilecti. col. pen. de dolo & cõtu. Pragmatica de causis. in gl. in verfic. litium. est char. cix. facit diuus Hieron. in tertia parte trac. viij. epistola. xxxvj. incip. cuncti mei sensus. & dicit Ang. in l. nemo. ad fin. ff. de acquir. pos. quod ille cui mouetur controuersia, licet ipse nõ dubitet, tamen præsumitur de iure suo vacillare: quia dubius est euentus belli. hinc Erasmus iij. parte. proverb. cc. xcv. iij. cum licet fugere, ne quære lites. Ioan. Montolonius in Promptuario 10 iuris. in verb. tunicam. ¶ hinc qui desistit à lite, non dicitur diffidere de iure suo: sed lites execrari. Felyn. in cap. illud. col. v. de præscrip. Cui libet ergo consulimus bona fide quod pronior sit ad componendum, quam ad cõtendendum. xc. dist. per totum.

Maria.

Maria. in cap. ij. col. lxx. versic. xiiij. princip. art. in j. conclusio- ne. de libe. oblat. vbi subiicit: hoc ego in primis ex charitate vobis confulo. ¶ potissimè cum eritis doctores, vt cum dictis 11 authoritatibus non solum persuadeatis, verum etiam impellatis & astringatis partes ad compositionem & concordiam: & Doctõr nõ litiget. à causis proprijs omnino abstineatis propter prædicta: & etiã quia dubius sit euentus litis, si propriam causam amitteretis, esset vobis magnum dedecus: & sic perderetis causam & honorem: & propria affectio possit inducere intellectum vestrũ ad perniciem. Et ibi allegat Marianus Thomam Doctũm dicere quod possit contingere quod doctõr non haberet soluentem sibi mercedem propter quod causa de facili perderetur. Et si non bene satis sit aduocato: non potest bene studere. Cardin. in clem. j. de reliq. & vener. sanct. col. x. versic. excellentissimum. Fugiendas ergo esse causas proprias tanquam rem perniciosam: exemplo pictoris qui panem ponit in furnũ, & non se. Et si necessitatis litigare in causa propria, aduocatum quære. Et Decius in cap. cum venissent. col. iij. de iudicijs. ¶ vnde 12 boni viri lites execrantur. Ias. in l. filio pater. j. not. ff. de leg. j. Boni viri lites execrantur. Naais Stultifera charta lxxxj. de litigantibus in iudicio. propterea dicit Felyn. in dicto capit. illud. col. v. & in cap. nihil. in primis verbis. de præscrip. quod plures ob execrationẽ litium dimitunt ius suum indiscussum. Nec mirum, quia est difficile obtinere sententias, sed difficilius obtinere executionẽ. l. quod debetur. ff. de pecul. quam si non obtineas, frustratorium fuit tuum iudicium, cuius executio tendit in vanum. Bald. in c. ecclesia. col. j. vt lite penden. & quia in executione stat vis. Alexã. & Ias. in proœmio rubricæ. ff. de re iudic. dicunt quod ille titulus est plenus auro. propterea dicit Felyn. in capit. nihil. in primis verbis. de præscrip. quod plures propter execrationem litium dimittunt ius suum indiscussum: & isti perpetuo litigantes præsumuntur calumniõsi, & sunt exõsi legibus. Barbat. in clem. vt calumnijs. de re iudic. lib. ij. consilio vij. incipien. sapienter. colum. xj. & consilio xxxj. omnia quæcunq. col. ij. libro iij. & in dicta clem. vt calumnijs. colum. ij. dicit quod hoc intantum procedit, vt ille qui de leui litigat non sit admit- tendus in testem, nec in accusatorem. idem Barbat. libro iij. consil. xxxij. omnia. colum. ij. Est bene verum quod licet concordia possit suaderi, non tamen potest imperari: nec quis cogi potest ad transigendum regulariter. Ias. in authen. si ve-

N n 2

Nemo cogitur concordare. rō contigerit. col. fin. C. de iudic. Lanfran. in tract. de arbitris. quaest. xlv. Cacialupus in tract. de transact. quaest. xx. Felyn. in cap. quaest. in ecclesiarum. col. xiiij. de constitut. latius in rubr. de treu. & pac. Decius consilio cxxv. col. ij. Galiura in l. j. §. ex his igitur. ff. de verbor. oblig. col. v. Iaf. in l. si cōuenit. col. ij. ff. de re iudic. in l. quidam estimauerunt ij. col. in vltima not. ff. si certum pet. & ibi Socin. & dicunt Felyn. in dicta rubr. ad fin. & Lanfran. quod non solum partes non possunt cogi: imò si iudex vider alteram partem litigantium fouere iustitiam non modo cogendo sed persuadendo facere compromissum: facit contra conscientiam, si propterea pars fouens iustitiam aliquid relaxet de suo. & de hoc contra Socin. innehit Lancel. Politus in tract. de substitut. viij. quaest. in materia pupillaris. col. iij. quod tamen limitat ibi Felyn. nisi alia pars relaxet sibi scienter, quia videtur donare: vel secundum Cacialup. vbi supra. & Barbat. lib. iij. consil. j. col. penul. nisi forte videat expedire parti iustitiam fouēti ex aliqua causa: puta quia lis possit multum protellari per appellationes: nam possit tūc persuadere actori, & etiam reo quod velint potius transigere quam diu sic litigare: ¶ quia melior est certa pax, quam sperata victoria. Aeneas Syluius epistola c. cxlvj. fuimus. & epist. lxxvij. questus. dicit quod melius est de iure suo aliquid tradere cum pace, quam totum litigando consequi. pro quo Cicero in Officijs chart. xcj. quod est non modo liberale paululum nonnunquam de suo iure dedere, sed interdum fructuosum. Idem Aeneas, postea Papa Pius epistola vj. satius censuit dubia pacis bona, quam certa belli mala subire. & verum quod à rustico nunquam consequeres quod velis de suo iure aliquid detrahere. Cardin. Papien. dixi supra de capiente vetulam propter diuitias. Et potius dierim ex municipio ad urbem cum alio lignis onusto: & fortè furatis statim pretium aduocato, vel procuratori deferet, & sapius reprehendi eos quod faciant, eo quod eos pigeat agriculturæ, & tamen infamiam ortij litigio excusant. Sed eis euenit vt furti qui si tempus & impensam quam cum tot periculis consunt in furando exponeret in aliquo honesto exercitio, ditor & quietor esset. idem vult Felyn. vbi supra quando esset vnus pauper qui litigaret cum vno diuite: nam licet foueat iustitiam, non poterit eam consequi cōtra illum potentem: nam contra in iorem nemo presumat honorem. gloss. ij. in l. quia etiam. ff. de alim. iudic. in ut. causa fact. faciunt quæ dixi respondendo

dendo ad vj. ampliationem de diuite: & quod lex est aranea tel la, vt dixi in materia partialitatis: licet fieri deberet oppositum. vt infra dicam, quod in dubio iudex debet sequi viam benigniorem. Tunc enim iudex partes concordando si aliquid detrahat de iure illius pauperis, non peccat. secundum Cor. ser. in tractatu de potest. regia. in xxiiij. priuilegio pacis. Roch. in capit. nonit. viij. not. ff. de iudic. plures alias fallentias & casus in quibus quis possit cogi facere compromissum seu concordare, ponunt. Iaf. in dictam l. quidam estimauerunt. Felyn. in dicta rubric. & Cacialupus in dicta quaest. xx. vbi in fin. dicit quod inter alia pericula aduocatorum illud est primū, quando scit partem suam fouere iniustitiam, & illam inducit ad transactionem: & sic consulit quod alienum capiat: & allegat beatum Thomam dicere, quod si in progressu litis videt causam clientuli sui iniustam, debet eum inducere ad cedendum, vel ad componendum sine damno aduersarij. In talibus ergo iudex semper debet aduertere & insequi mentem disponentis. Socinus in l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs. Iaf. in l. iurigenium. §. prætor ait. colum. ij. ff. de pact. Angel. consilio cclxxj. vifis & examinatis. colum. final. Barbat. libro j. consilio xiiij. de mentisimi. col. ij. etiam verba impropriando. vt Barbat. consilio lxj. colum. ij. incipien. scribitur. libro j. & libro ij. consil. x. sapienter. colum. vj. nam mens, ratio, & causa idem sunt Bald. in consilio schismatis. colum. xj. vbi subijcit, quod iustificat suum causatum: licet in sua constitutione principis spiritalis possit de minima ratione magnam facere: ex quo placet Hostien. in summa de rescript. §. quas vires. colum. ij. ideo non in folijs sed in radice rationis consistit euangelium. j. quaest. j. Marcion. Hadrianus Florētius. de Traiecto Cancellarius Bononiensis, nunc Papa noster, in suis Quodlibetis. quaest. ij. col. antepenultima. facit Marascotus in capit. j. de constitut. libro vj. colum. ij. & qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, est custos prudentiæ. proverbio. xix. & Felyn. in capit. ad audientiam. el. j. colum. iij. de rescriptis. dicit, quod virtus humanorum actuum nō stat in modico aramento, id est in verbis, sed in eo quod maximum est, scilicet in mente hominis, late Barb. in cap. j. col. x. de iur. calum. Paul. de Castr. libro j. consilio cclxxx. incip. iudex est minister Dei. in princ. & dicit Seneca, quē refert Barb. in rep. rub. C. qui admit. col. xl. iij. philosophia non est popolare artificium, neq; ostentando

& lxxx.col.iiij.lxxxix.col.ij.& in cap.in praesentia.col. xxxiiij.
de probat.vbi dicit quod est illa quae facit totum.& hoc proce-
dere etiam si faciat contra religionem. Ang.consilio cccxiij.
quoniam vbi in primis verbis hoc dicit procedere etiā si ver-
ba repugnarent. Galiaura in repe.l.ceturio.ff.de vulg.& pup.
chart.xv.num.ccxliij.pulchrè Fortunius in repet.l.Gallus. §.
& quid si tantum.col. xxxix. num. xcix. ff. de liber. & posthu. &
col. xxxviiij. num. xciiij. dicit, quod est metrum & mensurau-
ris testamentorum. & dicit Iason in l. si res obligatas. j. not. ff.
de leg. j. quod omnis regula contraria fallit in hoc: quia in vl-
timis voluntatibus praeter l. nemo potest. de leg. j. voluntas tes-
tatoris tanquam regina est illa quae dominatur & attenditur:
& sola mens testatoris attendi debet, etiam quod sit tacita, &
ex coniecturis colligatur. l. pen. ff. de leg. j. cum proponeretur.
in fin. ff. de leg. ij. cum sim. vt Decius consil. cxxij. col. ij. Panor.
consil. lxxviiij. punctus in j. col. lib. ij. Bol. consil. xliij. col. v. ij.
pulchrè Ang. consil. cccxiij. incip. quoniam. in princip. Alex.
lib. iiij. consil. l. ij. col. j. & ij. Et dicit Claud. in l. Gallus. in princ.
ff. de liber. & posthum. col. ij. quod verba impropriatur ad hoc
vt mens defuncti seruetur in forma specifica. l. Proculus. ff. de
v. s. & dicit hoc esse singulare: pro quo Curtius consil. lxxv.
dominus Lud. col. w. & l. super col. j. Et dicit Arer. in l. verbis
ciuilibus. ij. not. ff. de vulg. & pup. per illū tex. quod debet ser-
uari voluntas defuncti: etiam si dispositio redderetur inutilis.
dicit semper menti tenendum. Et post multa alia dicit Baldus

19 Nouellus in tractatu de dote. in princ. v. partis, ¶ quod veniens
cōtra voluntatē testatoris, dicitur iura pietatis violare, etiam
si homini voluntas tendat contra fauorem libertatis. l. contra
voluntatem. C. de test. manu. Et dicit Igneus in sua subtili re-
pet. auth. ex causa. C. de lib. praete. col. xxij. quod voluntas tes-
tatoris debet impleri in forma specifica: praefertim vbi lex nō
inuenitur resistere tali voluntati, licet non assistat. Et ibidem
col. xxxiiij. quod opinio testantis praefertur significationi ter-
minorum. l. seruo manumisso. cum gl. ff. de condict. indeb. fa-
cit Ias. in l. quotiens in stipulationibus. v. col. ff. de verb. oblig.
Calc. consil. lxxviiij. magister Tomnus. col. iij.

20 ¶ Item mens contrahentium semper est inspicienda. l. fin. C.
qui res pig. oblig. pos. l. in conuentionibus. ff. de verb. sign. est
enim ipta quae dat esse contractui in genere. Igneus in l. con-
tractus. col. vj. ff. de reg. iur. Socin. consil. xliiiij. in presenti. col.
iiij.

iiij. & consil. cccxiij. in praesenti. col. fi. Decius consil. xlviij. col.
fi. & xliij. col. pen. cxc. col. ij. Ias. in l. ij. C. de lib. & praeter verb.
Et adde quod regula Paul. de Cast. lib. j. cōsil. cxviiij. viso & exa-
minato. col. j. vbi etiam ponit quomodo cognoscitur talis
mens contrahentium. facit Corn. lib. j. consil. xvj. repe. lib. iiij.
consil. xij. in praesenti. col. ij. in fi. Alex. in l. si tibi. ff. si cert. pet.
vbi Ias. & Socin. iij. not. dicit & si oporteat impropriare ver-
ba. Riminal. in l. si de certa. C. de transact. dicens quod verba ge-
neralia contrahentium restringuntur secundum eorum men-
tem. facit Bon. in tract. de nobilitate. iij. parte. num. clxxxj. Pa-
ninus in tract. de aurt. capituli sede vacante. in iij. praeludio.
vbi dicit idem in rescriptis. late Hippol. in l. sed sciendum. col.
ij. ff. de paric. Panor. in c. pastoralis. de deci. in fin. Calc. consil.
xiiij. viso instrumento. col. v. iij. vbi dicit, quod ad mentem con-
trahentium & non ad verba inspiciere debemus, prout & fit in
legibus: quae autem sunt de mente contractus, dixi in meis clau-
sulis generalibus. in versic. contenta. Intellige semper praedi-
cta procedere quando disponens processisset ad dispositionē:
aliās enim non sufficeret ita voluisse, nisi disposuisset. ita Ias.
in d. l. ij. C. de liber. praete. in j. fallen. in l. quicquid astringen-
da. col. ij. vers. adde. in j. membro. de verb. oblig. in l. si res ob-
ligata. col. v. vers. circa secundā partem. ff. de verb. oblig. Pich.
in rep. §. Titia. col. lvij. Roynus in Gallus. §. & quid si tantum.
col. xviiij. post med. vbi Monfer. in fin. col. xiiij. de lib. & posth.
Socin. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. vbi facit x. conclusiones
circa hoc. quanquam Igneus in d. athen. ex causa. col. lxxxv.
dicat, quod vbi expressa morientis voluntas apparet, licet non
sit testatus: tamen seruetur illa voluntas ex quadam aequitate
legis. per §. quamobrem. in authen. de nup. l. ab intestato. ff. de
iur. codicil. per rationem l. quaedam. ff. de acquirend. hered. Et
quia Ias. in dicta l. ij. C. de lib. praeter. ponit quatuor fallē. ad-
de aliam quam ipse ponit in d. l. si res obligata. j. not. vt non
procedat quando talis dispositio esset contra legem.

¶ Item in dubio in princip. causa: & sic in his quae respiciunt
ordinationem litis, magis fauetur aetori quam reo in medio
causa: & sic circa processum & probationes pariter fauetur
vtriq;. In decisione, & sic in fine causa: plus fauemus reo. Bart.
Ias. & alij in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. oblig. fuit do-
ctrina Azon. quam late examināt. Moder. in l. de die. vbi Ias.
col. ij. & iij. ff. qui satisd. cog. & dum dicitur fauendum reo. li-

In iudicio
cui fauen-
dum.

mita nisi in causa testamenti, dotis, vel aliàs fauorabilis: quia ille fauor praeponderat. Decius in cap. j. colum. liij. de probat. versic. vj. limita. facit Philosophus. part. xxix. probl. xij. & seq.

¶ Item in dubio adhaerendum est regulae, & pro ea pronuntiandum. lab ea parte. ff. de probat. cap. ij. de coniug. leprof. Et ei tenaciter inhaerendum. Bart. in l. si tutor. in fin. C. de ser. pig. da. man. las. in l. ex quacunq. columna. vj. ff. si quis in ius voc. non ierit. in l. si. columna. v. C. de edic. diui. Hadriā. tol. in l. qui se patris. colum. xv. C. vnde lib. in lab antiquis. C. de testam. colum. iij. Felyn. in cap. j. col. iij. & seq. de re iudic. Alex. in l. ex diuerso. §. in iudicio. col. iij. ff. sol. matrim. Rom. con sil. ccvij. incip. hęc impetratio. Barbar. lib. j. consilio ij. colum. j. Et ei inhaerere debemus, vt Bononienis Carrorio. Iason in l. à diuo Pio. num. viij. ff. de re iudic. in l. si cōstante. num. xv. ff. sol. mat. Roch. in tractatu de iure patronatus. in verb. honorificum. col. pen. Et quando à regula receditur, debet exprimi causa. Decius in cap. consuluit. el. j. de appel. & qui habet regulam pro se, dicitur habere rem certā. Decius in cap. cum à Deo iij. not. de rescript. Et dicit Iason in l. cetera. iij. not. ff. de leg. j. quod semper est pro regula pronuntiandum, & pro regula plura ponit Decius in cap. translato. iij. not. de constit. & in ij. lect. & in cap. cum à Deo in fin. iij. not. de rescript. & in cap. sicut colum. ij. & in cap. in praesentia. colum. ix. de probat. & in cap. ad nostram. in fin. & in consilio. cxlij. colum. iij. in rub. ff. de regulis iuris. numero viij. & dicit Curtius Iunior. consil. vij. columna vij. quod in dubio tenendus est intellectus per quem minus leditur regulae iuris communis. † Et est lata culpa ignorare regulas. secus de fallentis. Iason in l. quod te. colum. iij. ff. si certum pet. vbi Socin. colum. fin. Ioannes Pyrrhus in rubric. ff. de regulis iur. in l. qui cum alio. circa medium. eo. titulo. dixi supra in vij. limitatione de decif. in terminis. vbi quod est nihilominus ineptum, regulam nō fallere, vbi aequitas suadeat. & quod exceptio est fundata in requirata, dic vt ibi. Et dicit Salycetus, quem refert Cacialup. in tractat. de modo studendi. columna vndecima. quod debemus stare regulis, & non ponere caput ad casus singulares & peregrinos: quia est doctrina periculosa. Salamon in §. responsa. instit. de iure naturali. charta. v. Afflictus de iure protomiseos col. ij. Nec mirum. quia dicit Fortunius in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de lib. & posth. num. clxxxvij. quod quando Doct. aliquid iniustum

iniustum eliciunt ab aliquo text. ilind notandum dicunt singulariter, & menti tenendum. est tamen temerarium dicere text. vel gloss. singularem, vt supra dixi loquendo de auctoritate glossa.

¶ Item in dubio amplectimur eam opin. quae minus laedit ius commune. Galiaura in repet. l. centurio. chart. x. num. clij.

¶ Item in dubio amplectenda est opin. per quam redimus ad ius antiquius, Codrus ser. xj. nescio. vbi char. j. dicit, Legibus quidē antiquis vtere ius cibus verò recentibus. Quoties tracta quidē antiquum ad ius primæuum, siue commune, etiam si sumus in materia correctoria, semper dicitur fauorabilis & extendenda. gl. not. in c. statutum. in verbo, numerādum. de praeben. lib. vj. quam ad hoc reputat notabilem doct. Alexan. in l. si constante. in princ. in iij. col. ff. sol. matr. quam per plura comprobata. Ias. in l. nemo potest. ij. lect. col. vij. de leg. j. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. iij. ff. de pact. & in l. omnium. in princ. iij. col. C. de testa. in l. properandū. in prin. col. pen. C. de iud. Monfer. in d. l. nemo potest. col. x. Socin. conf. vlt. ij. vol. ad fin. Brunus de statutis. vij. art. q. ij. Felyn. in c. cum omnes. col. iij. in c. cum accessissent. col. iij. de constit. in c. veniens. col. iij. de praescrip. Guilielmus Monferrat. in tract. de successione regū. chart. vij. num. x. in quibus omnibus locis inter cetera dicunt per illam glos. quod si populus fecit aliqua statuta contra ius commune quae postea fecit confirmari à principe, si idem populus voluerit postea tale statutum destruere, poterit hoc facere sine licentia principis. Hinc est quod Curt. Iun. consil. ij. in fin. per illam glos. dicit quod in diuersis consuetudinibus statum illi pro qua est ius commune. † Hinc est quod stantibus paribus probationibus stamus illi quae concordat cum iure communi. Bald. in authen. omnes peregrini. C. com. de success. cum sim. vt tradit Fran. de Curte in tract. testium conclus. ix. & consil. xxiiij. col. ij. Decius in c. cum in praesentia. col. xxvij. & proba. Corset. singu. ccclvij. incip. statut. Hinc dicit Aegidius Bellamera decisio. dvij. conclusio. quod in casu quod si ius commune concedit aliquid specialiter in aliquibus catibus, si obtineatur postea aliquod priuilegium reducens nos ad ius regulare, dicitur fauorabile. idem tenet Aret. in c. fin. in fi. col. antepenul. de rescript. Campezius inter feudalia Brun. consil. ij. col. x. Et dicit Hieronym Zanetinus in disputat. incip. in sacro. col. cvij. quod vbi possumus aliquid interpretari tecundum ius

dum ius commune & secundum ius speciale, semper debemus interpretari secundum ius commune. Et dicit Decius consil. cxliij. col. iij. quod factum superioris debet semper intelligi secundum ius commune quantum fieri potest. & consil. cxviiij. dicit, quod pactum consonans iuri communi nunquam potest dici simoniacum. Et dicit Curtius Iunior consil. v. col. xvij. & consil. ix. col. fin. & consil. seq. col. iij. in l. qui se patris. char. xx. parua. C. vnde liberi. quod statuta excludentia foeminas à successione propter masculos: quia reducunt nos ad ius primæuum x. Tabularum, sunt fauorabilia. Et dicit idem Gurtius consil. vj. col. xj. post Philip. Corneū per eum relatum quod l. fin. C. de indict. vid. tol. quæ corrigi l. Viscelliam, est fauorabilis & extendenda, licet sit correctoria, ex quo reducit nos ad ius primæuum, quo etiam reijciebatur conditio viduitatis. Et dicit Ioannes de Monteferrato in rub. de rescrip. lib. vj. col. penult. † quod sicut omnis recessus à iure communi est odiosus; ita omnis reditus ad ius commune est fauorabilis. Et dicit Brunus in tract. de forma. chart. lvij. vers. decimo octauo inuenio limitari quod regula, quod actus sit nullus nō seruata forma, non procedit quando per talem actum redimus ad ius commune. & plures decis. allegat ad hoc. Et debemus redire ad ius commune quantum possumus etiam per improprietatem verborum. Rom. consil. cccxxvij. col. fin. Et dicit dom. Fabianus de monte sancti Sauini in tractatu de emptione & vendit. in iij. q. vij. quæstionis principalis. quod ideo privilegia contra ius facilius tolluntur: quia vnaquæq; res de facili redit ad ius commune, quod vocatur natura. & ibidem in fine subdit, quod propterea tenenda est opinio illa quod non præscribatur pacto quod quis possit perpetuo recitare rem venditam: quia res facilius reuertitur ad priorem Dominum: ideo interpretatione iuuandum. Et dicit Igneus in authen. ex causa. col. xxj. in fin. † quod voluntas testatoris potius debet interpretari secundum ius commune, quam secundum cōsuetudinem. Et dicit Rochus de Curte in d. c. cum accessissent. de constit. chart. x. quod talis materia bene est fauorabilis, nisi quis priuaretur iure suo. Et dicit Rom. consil. cccxvij. incip. quæritur etiam quod verba nouæ constitutionis per quam reditur ad ius commune primæuum, sunt latissimè intelligenda. Et dicit Corn. lib. ij. consil. xliij. ad huius. col. ij. quod statutum derogans iuri communi reducens ad ius antiquum dicitur fauorabile & extendendum

tendendū. Et liij. videtur litera p. q. in interpretatione cuiusque legis nouæ debemus minus recedere à iure antiquo, quam sit possibile. Et dicit Socin. consil. iij. in Bononiensibus. col. v. & seq. incipien. super quæstione. quod exemptus potest se submittere ordinario sine licentia: quia res de facili reuertitur ad naturam suam. & ideo Castrum quod ab antiquo non erat, de demaiano licet postea factū, de demaiano potest alienari: quia de facili redijt ad naturam suam. Et dicit Cacialupus in repet. l. omnes populi. col. j. quod statutum disponens quod idem ius reddatur clericis in foro sæculari quod redditur laicis in foro ecclesiastico: videlicet, quia reducit clericos ad ius commune.

† In dubio etiam iudicandum pro pupilo, vidua, paupere, vel infirmo, intellige quando dubitatio habuit originem in propria persona talium personarum fauorabilem vel saltem postquam ius deuenit ad personam fauorabilem. aliàs secus Mattheū. in tract. de elect. verioris op. col. j. Isti enim tales sunt miserabiles personæ, vt dicit Alber. in suo dictionario. in ver. miserabilis. Barb. Felyn. post Canonistas in c. significantibus. de offic. deleg. Bar. & alij in l. j. C. quando imper. inter pupil. & vidu. † Non tamen propterea illis tantum fauere debemus quod cæteris iniultitiam faciamus. c. ex tenore. de foro compe ten. facit l. fin. §. sed si quis. in fi. C. com. de legat. Decius in c. j. col. fin. de cōstit. in c. præsentia. col. xxxv. de probat. frater Ludouicus Viualdus in Opere regali, de laudibus trium hilorū. circa. fin. iij. q. allegat illud Deuter. x. xij. pauperis non misereberis in iudicio. † Et dicuntur miserabiles etiam mercatores, dum sunt in mercimonijs & peregrinat. Alexan. lib. vij. consil. cxxxj. omnipotentis. ad fin. Demum dicuntur miserabiles, secundum Alber. vbi s. omnes ad quorum commiserationem natura nos inclinat. Afflictus in constitutione, lege præsentia. iij. not. licet ipse sentiat contrarium in constitutione, omnes nostri. ij. not. quia meretrix esset miserabilis. & tamen non est digna legum laqueis innodari. idem tamen quod Albericus tenet & Ioan. Lup. in tract. de don. inter vir. & vxor. chart. lxxvj. col. ij. est in repet. c. per vltimas. vbi dicit † quod quantum ad hoc dicitur vidua illa quæ caret marito, licet nunquam fuerit nupta. vel quæ habet maritum inutilem, puta bannitum, vel absentem, vel damnatum ad perpetuum carcerem. l. fin. C. ad leg. Fla. de plag. vbi gl. & Bal. Alex. iij. vol. consil. cxxvj. incip. in hac hæsitacione. & intelligere debemus de vidua honeste viuente.

27
Pro pupil
lo, vidua,
& paupere.

Miserabiles personæ.

28

29

30

- 31 uente. Felyn. in d. c. significantibus. † Itē orphanus dicitur miserabilis. Formularium provinciale. chart. xxiiij. Item pauper est miserabilis. hinc dicimus quōd in dubio pro pauperiore in auth. de ecclesiast. tit. §. si quis in nomine magni Dei. & causa pauperis debet citius expediri, quā causa diuitis. glof. in c. in primis. ij. q. j. Er pauperi litiganti debet aduocatus patrocinari sine salario. las. in l. j. in fin. j. col. ff. de officio proconsul. & leg. in §. tripli. col. penult. instir. de actio. vbi subiungit quōd notarius conficiens instrumentum inter pauperes, nihil debet ab eis petere pro salario. idem vult Decius in cap. j. col. liiij. de probation. & Rota in antiquis decif. de ccciiij. in cip. nota. idem dicit de alijs scripturis. † Et si diues litigat cum paupere, diues cogitur sibi ministrare expensas ad litigandum. l. si instituta. C. de inofficio so. el secundo. ff. de inofficio so. testam. vbi Paulus de Castro. in sim. vt Paris de Puteo in tract. de Syndicatu. in vers. expens. col. ij. est chart. xxiiij. Bald. Nouellus in tract. de dote. ix. parte. vij. speciali. in cap. si qui test. colum. penul. de testib. Et hoc facit Rex Francorum pauperibus secum litigantibus. dixi inter feudalia Bruni consil. xij. col. iij. intellige quādo pauper habet pro se presumptionem iustitiae. Ioan. Lup. de donat. inter virum & vxor. char. lxj. col. j. ver. ampliabit. vij.
- 33 & xx. † Et rationem quare sit fauendum debilibus, ponit Isocrates in oratione panegyrica, incip. illos. chart. vj. ad rem redeo, ad istam misericordiam quae est instinctus naturae secundum Fabia. in authent. nouissima. C. de inoffic. testam. ij. quae
- 34 stione moueri possumus pluribus de causis. † Ideo lex remittit in arbitrio iudicis quae dicatur persona miserabilis: vt per omnes Doct. in dictis locis. las. in l. Titia, textores. col. iij. ff. de legatis j. qui refert Alexand. consilio cxxj. lib. j. ad fin. dicere
- 35 † quōd vidua seu pupillus nō dicerentur miserabiles, nisi concurrat etiam paupertas. & fuit originale dictum Spec. in tit. de instrumen. edit. §. nunc aliqua. vers. lxij. pro quo Petrus de Vbald. in sua canonica episcopali. x. c. principali. Sed illud dictum resoluit Decius in cap. ceterum. col. x. de iudic. versicul. aut si agatur, dicens quōd etiam vna Regina inspecta qualitate eius personae potest dici miserabilis. arg. l. sed si susceperit. eum gl. in vers. modica. ff. de iudic. Et quōd etiam si sit diues, est sub protectione ecclesiae. licet d. Roch. ibidem pro Alex. alleget Panor. in cap. ex parte b. col. penul. per generalitatem illius text. & cap. ex tenore. de foro comp. Illud dictum Alexan.

Regina est miserabilis.

& Spec. secundo resoluit Bulg. in l. j. ff. soluto matrimonio. col. vij. vers. tertius casus. post Bald. Nouellum in tractatu dorum. nona parte. in xvj. speciali, dicens quōd opinio Specul. procedit quantum ad effectum: de quo ibi, scilicet an relictum eis factum dicatur relictum ad pias causas. Sed quantum ad effectum competentiae iudicis, omnis vidua diceretur indistincte miserabilis. facit, † quia per se non potest stare in iudicio. 36 Card. quem refert Afflictus in constitutione, praesenti lege iij. not. licet dicat quōd opin. quōd requiratur etiā paupertas, est verior, quod videtur casus in d. cap. significantibus. Ad rubricam quam ponderat Alex. C. quando imper. inter pup. & vid. respondet Parpalia in l. j. C. de sacrosanct. quōd ibi subiicitur verbum, aliās, quōd non obstante disunctiua importat similitudinem & aequiparationem. Felyn. in cap. sedes. col. fin. de rescrip. vnde sequeretur quōd illa rubrica non loqueretur nisi in diuitibus propter disunctiuam, vel. Et sic oporteret incurere in alterum de duobus inconuenientibus: nam si tenemus quōd in princip. illa rubrica loquatur de non miserabilibus propter disunctam: sequitur contra Alex. & Specul. quōd etiā diuites gaudebunt illo priuilegio: quia ibi textus aequiparat. Si verō tenemus quod loquatur de pauperibus, oportet concludere quōd siue diuites siue pauperes semper sunt miserabiles. & propterea dicit Parpal. melius esse tenere quōd relinquatur arbitrio iudicis. Afflictus d. constitutione, omnes nostri. ij. not. subiiciens † quod imperans priuilegiū à principe propter miserabilitatem, debet exprimere qualitatem miserabilitatis. Et illud priuilegium illius tit. C. quando imper. inter pup. & vid. quod habet vt non possint cogi litigare extra prouinciā. Item & vt possint quocumque petere se remitti coram supremo principe omisso medio. In tantum procedit quod non potest illi renuntiari. secundum gl. in d. l. j. in ver. excedere. quam ibidem sing. reputat Bolog. post alios ibidē. & in l. pen. C. de pact. Rom. consil. ccl. ix. incip. non est dubium. Felyn. in cap. si diligenti. de foro comper. in iij. Fallen. in ij. correlario. Bertach. in tract. de gabellis. vij. parte. q. xxvij. Bald. in cap. de causis col. antepenul. de offic. deleg. † Et propterea d. meus Thom. Parpalia in d. l. penult. dicebat se vidisse in causa cuiusdam viduae quae coram ordinario iam erat apunctuata ad ius, & quae petijt se remitti coram principe, quōd ipsa ibi remissa fuit: quia per consensum praestitum in litigando coram ordinario, nō potuit renun

37 Priuilegiū miserabilium personarum.

Etiā lite pēdēte potest ire ad principē.

renuntiare priuilegio dictæ l. j. Idem tenet Afflictus constitutione, statumimus. col. x. q. xij. limita tamen nisi cum miserabilis esset admixta persona non miserabilis: quia ratione connexi, tatis debet remanere coram priori iudice. Aret. cons. lxxxij. quia multa. col. iij. vers. vlt. dicebam. quod videtur durū, quia magis priuilegiatus deberet trahere minus priuilegiari. las. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. col. iij. vbi infert quod vbi cum que in eodem negotio interueniūt clericus & laicus, semper iudex ecclesiasticus tanquam iudex clerici, qui est dignior, de eo cognosceret: quia magis dignum trahit minus. Bart. in l. præcipuus. §. eodem obseruando. C. de appel. Barb. lib. ij. consil. j. in fin. col. vj. & cons. xxxj. clementissimi. col. ij. Rom. cons. cclxxv. in casu proposito. Mōferrat. in tract. de successione regni. char. x. num. xxij. facit Panor. in cap. super quæstionum. in §. si verò. de offic. deleg. vbi in causa commissa inquisitori & ordinario appellabitur ad Papam superiorē inquisitoris. & sic ad dignior rem, non autem ad Metropolitanum. hinc infertur quod si plures laici inquiruntur à iudice seculari, si inter eos reperiat unus solus qui sit clericus, debent omnes remitti coram iudice ecclesiastico tam laici quam clerici. ita in terminis Ant. de Prato, quem refert & sequitur Marian. Socin. relatus per Hipp. suo not. clxxx. incip. plura. vbi valde extollit istud dictū vltra omnia eius dicta singularia. poterat dicere vt in simili Barb. in cap. j. col. j. de probat. nec est de plebe Deo, vt inquit Ouid. & Cicer. in Paradox. quæ Stoici vix in otio, in gymnasijs probant. & Hipp. etiam hoc dictum extollit in l. de incestu. ff. de quæstion. Socin. in l. cum senatus. ad fin. ff. de reb. dub. & Felyn. quem latè refert Thom. Ferrat. caus. x. incip. si cōtingat. Roch. de Cur. in cap. ex literis. iij. not. de constit. facit etiā quia de connexis idem est iudicium. las. in l. j. C. de trans. Decius in cap. translato. iij. not. de constit. vbi Roch. col. ij. post Felyn. dicit, quod connexum dicitur quando vno & eodem tempore quid factum fait, per illum text. ibi, sub eadem sponcione. vnde continentia causæ diuidi non debet, las. in l. nulli. C. de iudic. Felyn. in cap. ex tenore. col. fin. vers. extra dictos casus. de re-

39 script. † Facit, quia ratione adiuncti quis consequitur ex persona alterius quod ex persona sua consequi non possit. Alexan. lib. iij. consil. cxxij. viso puncto, columna iij. Barbat. libro ij. consil. xxxvj. Sapienter. col. ix. & tribus sequentibus. Hipp. in l. de minore. §. tormenta. columna iij. de quæst. latè Nara. in repet. cap.

cap. quamuis. col. iij. de pact. lib. vj. & in locis relatis per Bonif. in tract. de nobilitate. iij. parte. num. clxxxvj. Stephan. Malereri in tractatu de electione. char. xx. & seq. Est fortis decisio & utilis, quia longè mitius agitur cum delinquentibus in foro ecclesiastico, quam in foro seculari. Et licet non inueniam illam decisionem hactenus a aliquo impugnata.

† Tamen contrariū facit quod vult Specul. in tit. de cleric. cō iug. col. iij. vers. quid si clericus habens. vbi si clericus & laicus fratres habent patrimonium indiuisum: tamen laicus propter hoc non consequetur excusationem à muneribus, quia publica utilitas non debet vacillare obtentu priuilegij clericalis.

† Secundò facit quod vult Bart. in l. fin. col. iij. vers. coram quibus. ff. de colleg. illic. vbi si in vniuersitate sint tot laici quot clerici, bene procedit illa regula, quod magis dignum trahit minus. secus autem quando laici essent plures. & licet al legetur Bartol. contrarius, vt per Nizel. concord. c. iij. incip. notum est. post Matthesil. not. cxliij. incipien. not. quod si in causa indiuidua, tamen ipsi eum concordant.

† Tertiò adduco quod vult Bald. in l. fin. vlt. char. in vj. quæst. principali. C. de edict. diui Hadr. tollen. vbi dicit quod forus delicti rāquam principalior debet attendi. & quia maior pars patrimonij. spectat laico, ideo punitio spectabit iudici laico.

† Quartò facit quod vult Nicol. de Neapol. & Bal. in iuris peritos. §. j. ff. de excus. tut. vbi dicunt quod si vnus arbitratorum sit clericus, alter laicus, ambo iudices superiores arbitratorū debent adiri. in delictis autem, quia de eis non conuenit sapius quæri, is procedet coram quo prius lis fuerit contestata.

† Quintò facit quod vult dom. Alexand. in l. sape. ff. de re iudicata. colum. xj. vbi etiam in connexis delictis absolutoria siue condemnatoria lata de vno ex delinquentibus, non nocet, nec prodest alteri.

† Sextò facit quod vult Panorm. libro ij. consil. xxxij. incip. 42 præsidio. colum. fin. vbi lata sententia per arbitros cōtra duos socios quorum vnus erat clericus, poterit iudex secularis adiri pro executione contra alium socium qui erat laicus, nō obstante connexitate causæ.

† Septimò facit quod vult Felyn. in rubr. de appel. col. penult. vbi vult quod quando qualitas clericatus nō concurrat necessariò ad actum qui tunc fit, puta ad exercitium iurisdictionis, tunc nihil repugnat quominus possit adiri superior laicus.

¶ Octauò facit Felyn. in cap. quem sit. de Iudais. j. not. quem pro contrario allegat Hippoly. in dicto singulari. in fine. vbi laicus ita demum gaudet priuilegio clerici consocij, si aliter priuilegium clerici non valeret. sed hâc bene valet: ergo laicus non gaudebit.

43 ¶ Non obstat quòd præmissa præcederent vbi causa esset diuidua. sed Antonius de Prato loquitur vbi est indiuidua. quo casu omnes videntur velle quòd ecclesiasticus etiam cognoscat de laico, saltem vbi sunt æquales. Roch. in cap. quanto. secundo not. de iudic. Rom. consilio cxcv. in casu præmissò. ad fin. Bologn. consil. xxxiiij. colum. iij. Bertachin. in tractatu de episcopo. secunda parte. libro iij. questione vigesima septima. est charta xxvij. Felyn. in cap. cum M. v. colum. versicul. est tamen. de constitut. in cap. fin. colum. j. versic. fallit quartò. de exceptio. & in terminis questionis nostræ. in capite primò. colum. iij. de præscriptionibus. vbi semper doctores faciunt istam considerationem, An sit pro causa diuidua, vel indiuidua. vnde cum hæc causa sit indiuidua: ergo cognitio spectabit ecclesiastico. imò si esset diuidua, dummodo tantè cum difficultate fieret diuisio, ex quo deberet tunc integra vni assignari. §. fin. institut. de offic. iud. Modern. in l. si idem cum eodem. §. j. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ideo ecclesiastico vt dignior assignabitur. Sed respondet Felyn. in dicto cap. ex tenore. col. fin. versic. extra dictos casus. dum dicit inspiciendam esse originem facti. vnde cum à principio potuerit diuidi processus, & formari inquisitio contra quemlibet de per se, videtur quòd possit adhuc hoc fieri remittendo clericum coram ecclesiastico. Et sic causa erit diuidua. Aliter potest responderi prout Decius in dicto cap. ex literis v. notab. Et ibi Roch. allegando Matianum. in cap. primo. versiculo, decima quarta declarando. & versiculo sequen. de foro competen. Et propterea bene cogita: quia disputariù id dictū velim, iuxta illud Apelles faciebat. vt in simili dicit Ioannes Pyrrhus in l. prima. C. vn

44 de liberi. ¶ Tales enim miserabiles personæ sunt etiam sub protectione iudicis ecclesiastici: taliter quòd ipse de eis licet essent personæ laicæ possent cognoscere. Barbat. Felyn. & alij in dicto capit. significantibus. pulchrè smol. in capit. nonit. de iudic. columna octaua. Et si in Ius Civile contradicat iuri canonico stabimus iuri canonico. Felynus in capit. in causis columna prima. de testibus. in dicto capitulo significantibus. in capit.

cap. ecclesia sancta Maria. de constitutionibus. columna decima quinta. Alexander in apostilla ad Bartolum. in l. priuilegia. C. de sacrosanctis ecclesijs. in Defensorio montis. per Bustum. charta quadragesima quinta. colum. iij. Et affixus decisione ducentesima quinquagesima septima. incipiente, dicit constitutio. ampliat priuilegium huc procedere in ecclesia quòd dicitur miserabilis. & limitat procedere, nisi ille qui aditur pro iudice habeat iurisdictionem in conuentum à miserabili persona.

¶ Item limitat quando reus esset priuilegiatus de iure communi, vt per eum. sed pone quòd persona miserabilis perat se remitti coram præfide, quia non est comp. regis vel supremi domini, nunquid debeat remitti? credo quòd sic, per rationem iurium prædictorum: tamen non inueni in specie decisum. & quòd istis pauperibus & miserabilibus sit fauendum, & in dubio pro eis pronuntiandum, tenet Mattheil. in dicto tract. de elect. verior opin. las. in l. inter pares. ff. de re iudic. colum. j. vbi dicit etiam quòd in omnibus casibus in quibus ius vult alicui fauere in iudicando: pari modo, idem fauor debet præstari in probationibus. idem las. in l. de die. ad fin. princip. ff. qui satisda. cog. Barbat. in tractatu, de Cardin. quæst. xj. col. j. & benignior dicitur illa quæ minus obligat. Ang. consil. cccxxvij. non reuocando. libro ij. colum. ij. Et illa quæ fauet doti & matrimonio, maxime vbi agitur de impedimento inducto à canone. Felyn. in cap. licet ex quadam. de testi. colum. ij. & quòd fauendum sit benigniori, pulchrè text. in capit. fin. de transact. vbi in quibus ius non inuenitur expressum, æquitate seruata procedendum est semper in humaniorem partem declinando, secundum quòd personæ, causæ, loca, & tempora postulant. Signorol. consilio fin. colum. xij. quod tantum procedit, quia licet in dubio probatio sit interpretanda contra probantem. Inon hoc. C. vnde leg. tamen benignior interpretatio solet etiam sumi. Et ideo in cõcursum istarum interpretationum hæc vltima præualet: ita quòd in dubio interpretatur probatio pro producente, si hoc sit benignius. Alexand. in l. diuortio. iij. colum. ff. soluto matrimonio. Ruinus in repet. §. Caro. col. xlij. in fin. ff. de verborum oblig. Benignior etiam dicitur quæ fauet testamento.

¶ Et idem in dubio iudex debet amplecti viam benignior- 45 rem. l. benignius. ff. de legi. cap. fin. de re iudic. idem pro miserabilibus personis & alijs de quibus infra. las. in l. inter pares. ^{Via.}

primo notab. ff. de re iudic. vbi limitat. nisi esset evidens nullitas seu iniquitas. vel nisi vbi agitur de vtilitate animæ, quod illa præfertur via benigniori. Hippol. not. clj. incip. semper.

46 ¶ Item in dubio pro dote, matrimonio, testamento, pro potestare clauium, vt etiam supra dixi in ix. limitatione.

¶ Item pro causa studij. Decius consil. lxx. in fin. Item in dubio capimus partem tutiorē pro corpore. l. imd. ff. de lib. caus. Ripa in tractatu de Peste. charta lxxvij. num. cccclxxxiiij.

Euitatur peccati.

¶ Item pro ea opin. qua euitatur peccatū, & sic quæ fauet animæ. cap. ad aud. de homicid. cap. iuuenis de sponfal. Rosarium Bussi prima parte. fern. xxvij. litera x. ad fin. Ripa vt supra in cap. auditis. col. xxj. de præscript. versic. ij. limita. Ias. in authen. quas actiones. col. viij. C. de sacrosanct. Ioannes de Anan. in cap. de ciuitate. de v. furis. colum. iij. Anton. de Prato in tractatu de secūdis nuptijs. char. xv. col. j. & ij. Ang. in vers. dubium. nam. j. & ij. dicens, ferus in foro cōtentioso. inferens propterea an in dubio quis debeat iudicari irregularis.

¶ Item in dubio existētes in iure matrimonij melius est dimittere copulas, quàm disiungere coniunctos contra statuta Dei. c. licet ex quadam. de testi. Angelica vbi §. in fi. ex quo inferitur, quod in dubio debemus tenere opin. quæ facit seruare iuramentum. Ant. Baueria in tract. de virtute iuramenti. col. fin. versic. item hoc præcipuum. Barb. in tract. de card. vij. q. col. fin. Ferr. cautel. xvij. incip. magna. in fin. ij. col. Alex. lib. iij. consil. xlix. incip. paucis. in fin. & propterea dicebat Gemin. consil. cxij. in fin. quod in dubio iudicandus est contractus vsurarius. Calcanus cons. xxv. col. xij. incip. prima facie. & lxxiiij. quod dictus. in fin. facit Hippol. notab. clj. semper. Marianus in repetit. c. ad audiētiam. de homic. C. pol. de contractibus simulatis. col. fin. sed cōtrariū vult Socin. in l. rogasti in fi. principij. ff. si cert. per. Burgos in cap. ad nostram. de empr. & vend. col. j. facit, quia in dubio quantum ad forum iudiciale iudicamus potius quod quis non sit excommunicatus. Decius in c. præterea. col. fin. de appel. Et sic dicere possumus quod contraria procedunt in foro pœnitentiali. Marianus, vbi supra. & Corneus vol. ij. cōsil. ccj. in hac. ad fin. dicens quod licet sit fauēdum animæ per hoc tamen non debemus à iuris censura recedere.

47 ¶ Item in dubio tutior via est eligenda. c. nisi. circa fin. de renunt. Et in dubio tene certum relinque incertum. c. nullus. de pœnit. dist. vij. Calcanus consilio ccx. spectabilis. col. iij.

¶ Item

¶ Item in dubio pro causa funeraria seu primipilari. Ias. in l. j. col. ij. ff. soluto matrimonio.

¶ Item pro illo qui est in possessione. Ias. vbi supra facit §. cōmodum. institut. de interdictis. hinc dicimus. Beati possidentes. gloss. in cap. j. §. si tres. in versic. à duobus. de pace tenenda. Alexan. lib. j. consil. cxxix. col. j. Decius in cap. ex literis. col. ij. de probat. Sando. in l. si inter. col. ij. ff. de reb. dub. decem alias vtilitates possessionis ponit Curtius Senior in repet. l. admonendi. colum. lxxxvj. & seq. ff. de iureiurando.

¶ Item in dubio iudex debet esse procliuior ad approbādam donationem factam per maritum vxori. Monferr. in repet. l. si constante. col. lvij. in fin. ff. sol. mar. Et quod non sit reuocata, Socin. & Sando. in dicta l. si inter virum. ff. de rebus dubijs.

¶ Item in dubio quod instrumentum non sit falsum. gl. in l. iu rīgentium. §. quod ferē. ff. de pact. Alex. lib. j. consil. lxxiiij. viso testamento. col. penult. & lxx. viso processu. col. j. Cepol. qui in illo casu consuluit consil. xxj. col. viij. & consil. seq. col. iij. Idem vult Barbat. in rubr. de fid. instr. col. v. Corset. sing. ccxvij. in versic. probatio. dicens esse gloss. singularem. vt Bologn. & Ias. super ea. Alexand. lib. v. consil. xcij. in causa & lite. col. penult. Curt. Senior. cōsil. l. incip. præfens consultatio. in fi. col. xj.

¶ Item in dubio quod actus potius valeat quàm pereat. l. quoties. & l. vbi verborū. & vtrobiq. Socin. ff. de reb. dub. Hippol. in l. j. §. si seruus. iij. col. ff. de questio. Decius cōs. cxi. col. ij. Ias. in l. verbis ciuilibus. ij. col. ff. de vulg. & pup. in l. j. not. ff. de eo quod cer. loc. Latius in l. quoties. de stipulationibus. ff. de verb. oblig. vbi quod in dubio tenenda est opin. quæ fauet substantiæ actus. Et ista præsumptio alijs præfertur. Decius cōs. lxxvij. col. v. quod facit ad multa. Sed Ferdinandus in repetit. §. diuina. xxvj. dicit quod interpretatio vt odium excludatur, præfertur isti. Ias. in l. nom. natim. ad fin. ff. de lib. & posth.

Quod actus valeat, non pereat.

¶ Item in dubio quod contractus sit potius censuialis quàm emphyteuticus. Ias. in authen. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. in tract. de iure emphyteu. colum. lxxix. versic. viij. Modern. in apost. Panorm. in cap. cōstitutus. colum. final. de relig. domib. Hippoly. not. xcv. incipien. contractus. vide tamen Socin. consilio clxvij. col. ij. & iij.

¶ Item in dubio debet intelligi vt minus liget, quàm magis. Nata in clemen. sæpe. §. fin. col. iij. ff. de verborum ūgnific.

¶ Item compromissum non esse sciendum. Socin. consil. ccc.

Compromissum.

¶ Item actus principis potius adapteur ad iure factū, quā ad non iure. Felyn. in cap. ex literis. col. ix. de constitut.

¶ Item quōd quis excusetur à muneribus. Angel. insti. de excusat. rut. in princip. in col. penult.

¶ Item pro religione & pro ecclesia sunt personæ. ff. de relig. & fump. funer. Roch. in c. at si clerici. char. xij. de iud. non tantū quōd propterea desit iudiciū rationis. c. non solū. de reg. lib. vj. circa princ. las. in l. si sic. in princ. de leg. j. Decius in c. que in ecclesiarum. col. iij. de constit. nec in tantum quōd propterea enervetur iurisdictio laicorū. lo. And. & alij in c. nouit. de iudic. c. per venerabilē. vers. rationibus igitur. qui fil. sint leg. Moder. in tract. de perfecto clerico. char. lxxv. Bofch. in rep. rub. de constit. col. xv. Hadr. Papa noster in Quodlib. char. xiiij. & char. xv. quia ecclesia est cultrix iustitię. Decius cōf. clj. col. xij.

¶ Item pro reo. Decius in cap. ex literis. col. iij. de probat. las. in l. de die. ad fin. princip. vbi limitat quatuor modis. ff. qui facti. cog. Martheil. vbi suprā.

¶ Item contra illum qui probat. Decius in cap. in presentia. de probatio. col. xj. dicens hoc procedere etiam si materia sit fauorabilis.

¶ Item in materia successione in dubio pro agnatis cōtra agnatos. Bolog. consil. lxxix. vt in presentia. col. fin.

Pro hære-
de. ¶ Item in dubio pro hærede contra legatarium. l. vnum ex familia. §. si rem. de leg. ij. Lancel. in l. talis scriptura. iij. col. de leg. j. Paulus de Castr. & Socin. in l. si fuerit. ff. de rebus dubijs. Decius consil. xcij. col. ij.

¶ Item in dubio iudicamus id quod est vtilius filio in materia filiationis. Decius in cap. per tuas. col. ij. de probat.

¶ Item iudicamus in dubio substitutionem esse prout erit vtilior filiis. Socin. in l. j. col. lx. de vulg. & pupil.

¶ Item in dubio iudicamus quōd substitutio potius sit directa, quā fideicommissaria. Socin. in l. centurio. col. xij. ff. de vulg. & pupil. vbi Aretin. col. xix.

¶ Item in dubio iudicamus quōd dispositio sit potius modalis quā conditionalis. Alexan. lib. j. consil. cij. incip. viiis. col. ij.

¶ Item in dubio quōd verbum stet specialiter, non regulariter. Bartol. in l. hoc legatum. ff. de leg. j.

¶ Item in dubio verba statuti adaptantur ad frequentius continentia. Bologn. consil. xli. col. ij.

¶ Itē in dubio tenere debemus opi. per quā fratres reducuntur ad

æqualitatem. Socin. consil. iij. lib. j. ante fi. & lib. ij. cōsil. cvij. casus. ser. ad fi. in reper. l. cum auus. col. xx. dixi in meis clausulis generalibus. in verb. & hæredes. ¶ In dubio appellatio de-

bet admitti. las. in l. j. col. iij. in vj. nota. ff. si quis cau. Decius cō-

In dubio
appellatio
admittit.

sil. xxvij. col. ij. & fi. & xxxiiij. col. ij. & xlix. col. ij. clxij. col. iij. in c. vt debitus. col. antepen. de appel. Præpot. in c. ex ratione.

col. ij. eod. tit. Socin. consil. cxv. circa primum. col. ij. Felyn. in c. significauerūt. de testi. in prin. ij. col. Alex. lib. vij. cont. cxxx-

ix. viso puncto. col. x. in c. super eod. iij. col. de app. vbi etiā dicit, quōd in iudicio debemus dicere appellationem non esse

defertam, quia secundum eum in dubio iudex debet eligere vi-

am per quam vtriq; parti consultitur. quod limitat Decius ibi, nisi essemus in materia in qua regulariter appellatio non ad-

mittitur: nam in dubio debemus stare regulæ. vt latē dixi paulo s.

¶ Item in dubio omnia interrogatoria debent admitti. Imola & Panor. in c. per tuas. de testib. Idem de positionibus

& capitalis. Curtius de positio. in ix. Breuiloquio. las. in auth. ad hæc C. de iud. ¶ Item in dubio contra fiscum. l. non puto.

Contra fi-
scum.

ff. de iur. fis. & cōtra volentes eum impinguare. practica Petri Iacobi de cōtradi. l. §. quadrupli. insti. de act. col. antep. & rub.

seq. col. iij. Intellige tamen semper quando fiscus tractaret de lucro captando, & priuatus de damno euitando: puta quia fi-

scus ageret de pœna sibi acquirenda: secus si veniret ex cōtra-

ctū, vel successisset alicui priuato: quia tunc in dubio faueremus fisco. vt est de mēte Bolog. ibi in suis nouis interpretatio-

nibus. in j. par. & in Theodotiana. in verbo, die nono. est char-

ra. xxv. cum. & Alex. in l. j. ff. sol. mat. vbi las. col. xj. Ang. de Arc-

tin. quem sequitur las. in l. de die. ad fin. prin. ff. qui facti. cog. Et vtro-

bique allegat Ang. de Arc. & dicit las. se ita consuluisse. Felyn. in cap. pastoralis. col. v. de descrip. in cap. duobus. col.

ij. de re iud. Roch. de Curt. in rubr. extrā de iudic. chart. fin. vbi Decius in ij. lectū. ad finem. intelligit eam procedere quando

agit de priuilegio fisci contra priuatum: quia in dubio contra fiscum ne fiat multiplicatio priuilegiorum: prout etiam ipse dixit in cap. iij. col. iij. de probat. Hippol. in repetitione rubricæ C. de probat. col. lxxix. versic. teneas tamen menti. cōfirmatur hæc opin. ex eo quod suprā dixi quōd in dubio fauendum est pauperiori & debiliori contra fiscū qui est ditior & potentior. Item quia cōmuniter quodammodo iudex in causa propria, quod est valde absonum. Bauerius in §. si seruum. col. iij.

instit. de hered. instit. Maleretus in tractatu de electione. cap. lxxxix. Corset. in tractatu de pot. regia. quaestione xlv. Propterea dicit notanter Bartol. in l. qui iurisdictioni. in secunda lectura. ff. de iurisd. omnium iudic. quod sicut recufatur quis ne sit iudex in causa propria: pari modo potest recufari ille quem ille in iudicem dare voluerit. nec memini me alibi legisse. Est verum quod intellectus illius l. non puto. multum trutinatur per Modernos in d. l. j. solut. matrimon. vbi Socin. columna ij. & Bulgar. columna iij. & Curtius in l. prima. C. de edendo. tenebat opin. Bulgar. quod ille text. non probaret hanc regulam. sed solum ibi dicatur quod iudex non errat si pronuntiat contra fiscum. quasi velit quod fiscus non sit priuilegiatus, quod pro eo in dubio debeat iudicari: sed relinquat in dispositione iuris communis: & secundum eum si haec regula esset vera, destrueretur tota materia tit. C. de iur. fis. & de priuileg. fis. Bald. Nouellus autem in tract. dotu. in ix. part. in j. priuilegio. dicit. d. l. non puto. solum procedere quando esset aliquod dubium super aliquo articulo iuris: quia tunc fieret interpretatio contra fiscum, subdens idem esse quando esset super dubio facti.

¶ Item in dubio promiores iustus ad absoluendum quam ad condemnandum. l. absentem. in principio. ff. de poen. Barbat. lib. iij. consil. l. j. illud ad finem. Et propterea dicit Decius consilio clxxv. in causa falsitatis. columna si. quod curia maiorem honorem consequitur ex absolutione, quam ex condemnatione. fuit dictum Pittaci philosophi quando peperit occisori filij sui. ¶ In dubio minor poena est eligenda. l. penul. & fin. ff. de poen. facit Iac. in inuestigatione. in versiculo, dicti vasalli promiserunt recognoscere dictum feudum. columna v. dices quod poenae ponuntur magnae ut homines magis timeant, non ut exigantur ad vnguem. facit quod vult Ang. in §. furtum. instit. de obligationibus quae ex delicto nascuntur. vbi dicit quod quando poenae fuerunt taxatae, homines erant doctiores, quia habebant rem publicam, nunc autem sunt sub dominis. Ideo non possunt in totum exigi. facit Baldus in l. prima. C. de secund. nuptijs. in figuracione casus, dicens quod poenae imponuntur ad malos mores corrigendos, non ut fiscus locupletetur. facit Felyn. in cap. irrefragabili. §. ceterum. de offic. ordi. dum inuehit contra conditores legum, qui dum fingunt tendere ad correctionem morum, gerunt curam martupij. pro quo gloss. in clementina ij. in verb. consumit. de censu. Faciunt enim

In dubio
minor poe
na eligit.

enim ut Iudas. Ioann. xij. dum fingebat pietatem pauperum dicebat, Poterat vnguentum hoc venundari multo, & dari pauperibus. & volebat implere loculos. Facit illud quod dicitur de lupo, qui dum agnum errantem sine matre conspexisset, compassionem fingens quod expauesceret agnus quia solus esset & sic teneret artatus, illum deuorauit. & vide gloss. in regula Cellariae viij. & xxvj. xxix. & xxxij. vltima chart. & xlvj. dixi in meo inuentario librorum iuris. charta penultima. addo nunc Hadr. Pap. nostrum in Quodlib. q. vj. litera h. est charta. lvj. col. j. a. Luc de Penna in lege mulieres. colum. vij. C. de incol. lib. x. ¶ Item in dubio debemus tenere illum intellectum ad legem per quam videtur eam fuisse conditam super casu magis dubitabili. Ioannes Lupus de don. inter virum & uxorem. charta. lxxvij. columna j. in versic. x. & vltimo. quia lex debet esse de dubitabili. l. quod Labeo. vbi gloss. ff. de Carbon. edic. cap. cum in iure peritus. vbi Panor. & Barbat. primo not. de offi. deleg. capitulo rursus. vbi Prapof. vlt. not. qui cler. vel vouc. qui subiungit quod in quaestione indubitabili, non est aliter respondendum, nisi quod non habet dubium. Panor. in capitul. super quaestione. §. si verò. colum. iij. de offic. deleg. Et dicit Roch. de consuetud. charta. xj. columna j. quod ratio est, quia lex debet esse edita ob necessitatem: ergo non debet esse de casu in dubio, quia esset superflua. pro quo facit Salomon. in repet. l. Gallus. §. & quid si tantum. columna ij. ff. de liber. & posthum. dices quod aliquid non debet lex decidere. Limita tamen praedicta ut sufficiat qualibet minima ratio dubitandi. not. in l. eunuchis. C. qui testam. fac. possita Gammarus in tract. de extensione. columna viij. versic. quintum. igitur. Secundò limita in casu quo essemus clari quod legislator decidit etiam de casu indubitabili: quia tunc non procedunt praedicta. & propterea formata est conclusio in dubio. Decius in cap. j. prima lect. de iudic. colum. xj. versic. & idem aliàs semis. & saepe exemplificari potest in legibus Imperatoris: quia ipse respondebat super facti contingentia. ideo si proponebatur factum indubitabile, oportebat quod super illo responderet. Lancel. in l. quod in rerum. §. j. colum. iij. ff. de leg. j. Tertio limita ut sufficiat fuisse dubium ante talem legem conditam, & quod non fuerit postea. l. iij. ff. de nat. rest. & inst. pro socio. ibi, nec vnquam fuit. Bartolus in repetitione l. vbi unq. ff. de inter. act. colum. sexta. versiculo. vltimo oppo. vbi ponit quartam limitationem

vt sufficiat fuisse dubium apud imperitos. licet non esset apud doctos. facit l. fin. C. de indict. vidu. tol. circa princ. verfic. nec tamen. ¶ Item in dubio debemus euitare absurdum. dixi supra in argumentis. Præpos. in cap. rufus. col. v. qui clerici. vel vouen. Cepol. in l. si fugiriui. col. vj. & seq. C. de ser. fug. Claud. in l. ex facto. §. facto. colum. fin. ff. ad Trebell. vbi inter plures decisiones quas referuntur. not. vnam quam ibi ponit. & etiam in repet. l. vt vim. col. xxvj. verfic. ad id. ff. de iusti. & iur. quod si statutum pro delicto ponat pœnam capitalem vel capitis. intelligitur de minori. & sic de deportatione. quæ etiam pœna capitis dicitur: dicens esse signandum. quia quis possit de hoc lucrari vnam bonâ vestē: quia vbi agitur de vita. pecunia concurrit: quia vbi agitur de causa capitali. debet aduocato benè solui. Ang. & Roch. in l. si pater. ff. de donat. & quod intelligatur de minori. vlt. Ioann. de Vilemati in repet. l. diuus. ff. de fidei. not. l. vij. Idem Iason in l. transgredere. col. iij. C. de pact. in l. si quis iniquum. §. hæc pœna. col. j. ff. quod quis iur. in diuortio. col. iij. ff. sol. matr. Decius in capitulat. si clerici. in princ. columna xxv. de iudic. Alexander libro tertio. contul. cxvj. in causa inquisitionis. Bolog. in suis nouis interpretationibus primæ partis. in l. ij. C. ne Christianum mancipium. Felyn. in capitulo ex literis columna x. verficul. & tenēdo hanc partem. de constit. Card. in c. dictum est à domino. §. quod dicā. in fin. j. quaestiois. j. vbi dicit quod propterea Bonon. fuit liberatus quidam falsarius monetæ. Idem Gaspar Portugalensis in repet. l. imperium. ff. de iur. omnium iud. colum. xlviij. verli. circa tertium gradum. & col. xliij. verficul. est tamen aduertendum. Est verum quod in contrarium vidi aliàs ponderari. l. quoniã nouella. C. ad legē Iuli. de vi publ. vbi appellatione supplicij venit pœna mortis. & text. cum gloss. in l. j. §. fin. ibi. supplicio capitali. iuncta etiam alia gloss. fin. l. ij. C. de fal. mo. Idē vide Rimina. in dicta l. imperium. col. xvij. ff. de iurisd. omnium iudic. vbi disputat nunquid prædicta procedant quando statutum vteretur verbo capitis. Et ibi limitat. nisi aliter appareret de mente statuentium. Item nisi esse mus in casu quo ius civile pœnam mortis imponeret: quia tunc tale statutum deberet intelligi secundū ius civile. super qua cogita. quia mihi non placet. ¶ Inrellige primo hæc regulam. dummodo per eam non recedamus à proprietate vocabuli. Iason in l. stipulatio ista. §. eum qui ita. ff. de verborum oblig. in l. si quis testamento. in princ.

princ. de leg. j. Lancel. in l. si. ff. de annu. leg.
 ¶ Intellige & secūdo regulam procedere prout loquitur. scilicet quando agitur de maiori vel minori pœna: secus quādo dubitaretur an pro delicto de quo constat quis sit puniendus vel absoluedus in totum: quia potius est condēnandus. quā absoluedus. Socin. qui dicit esse not. in l. quidam relegatus. columna iij. ff. de rebus dub. Iason in l. cum quidam. colum. fin. verfic. & si contra istam. ff. de liber. & posthum. Et isto modo potest saluari dictum Bart. in l. quemadmodum. C. de agri. & consil. lib. xj. vbi circa med. dicit. quod cum sit fauor reipublicæ delicta coërcere. quod lex pœnalis est extendenda. refert Ias. in l. si certis annis. in principio. C. de pactis. in l. si quis id quod. col. ix. & in verb. v. ff. de iurisd. omnium iudic. vbi etiam Clau. colum. ij. Ias. in l. si quis qui pro emptore. ff. de v. cap. col. lxxxvj. verfic. vj. pro ista. Decius in consil. lxx. ij. col. Roch. in capitulo. quāto. colum. v. de iudic. in capitulo at li clerici. §. de adult. char. xij. eodem tit. vbi per multa ponit qualiter exorbitantia possint dici fauorabilia. Claud. in l. vt vim. colum. xxv. ff. de iur. sit. & iur. in l. ij. columna. ff. de oper. noui nūtia. in l. qui Roman. §. ea lege. vlt. colum. ff. de verb. oblig. in l. ij. colum. penul. C. de in ius vocand. vbi etiam ponit quādo dicatur pœna statuti esse fauorabilis. & sic extendenda. Angel. in maleficijs in verbo nec non. ad denuntiationem. colum. xliij. in §. in perso. nam. viij. colum. in l. de act. in §. ius autem civile. colum. xvij. in l. de iur. nat. facit Bal. per illum text. in cap. j. §. porro. quæ fuit prima causa benef. admit. dicens esse meliorem text. de iure. quod statuta pœnalia extenduntur. Auch. in capitulo canonum statuta. penul. chart. Alexand. in l. j. in princ. ff. de verb. oblig. vbi Socin. colum. iij. dicit. quod causa mediata est odium delinquentis. Et immediata est vtilitas publica. Lancel. in l. cætera. §. sed & si quis. ad fi. ff. de leg. primo. Nata in clem. sepe. §. fin. colum. xxxliij. verb. signific. Corset. ling. c. incipit. licet est in verb. extensio. Monferr. in c. ij. col. si. de const. libr. vj. Et dicit Ias. in l. fratres. in fi. ij. col. C. de inoffi. testa. quod in correctorijs dummodo agatur de fauore publico. secundario. licet non principaliter licita est extensio.

¶ Tertio limita in grauioribus delictis. quia in illis seueritatem legum subsequi oportet. l. respiciendum. ff. de pœn. Cepol. conf. xxxiiij. incip. si vnquam. col. antep. vert. x.

¶ Item in dubio dicimus. quod quis censetur condemnatus

eo modo quo euitatur infamia. Decius in l. certi cōditio. vij. col. ff. si cert. per.

¶ Item in dubio poena videtur temporalis, non perpetua. Decius in cap. ex literis. col. v. de constitut. vbi col. ix. dicit quōd in dubio quis praesumitur potius condemnatus ex contumacia, quā ex delicto.

¶ Item ad poenam euitandam in dubio contractus diceretur conditionalis. Decius consilio ij. col. iij.

¶ Item in dubio sequitur illud quod est minimum. l. cum testamento. vbi Socin. limitat. ff. de reb. dub.

¶ Item in dubio fauemus illi qui tractat de damno euitando. l. fin. §. si verō. C. de iur. delib. Item est aliquando ita fauorabilis vna causa sicut alia: vt in causa filij quae est ita fauorabilis sicut causa ecclesiae. Propterea infert Socin. in l. j. iij. colum. ff. de reb. dub. quōd sicut in legato fundi factō ecclesiae veniunt adiacentia postea empta: ita in legato fundi factō filio, quia sicut dispositio cap. in praesentia. de probat. locum non habet ecclesia instituta: ita non habet locum filio instituto: & quōd ita fuit iudicatum Senis. Catel. in ij. parte Memoral. in ver. amor. licitus. & idem Socin. in repet. l. cum auus. ff. de condit. & demonst. col. xx. infert. q. dispositio l. si vnquam. C. de reuoc. do. procedit etiā in donatione facta ecclesiae. Idē vult Alex. lib. iij. consil. xcij. super eo. col. ij. Fab. in repet. auth. nouissima. char. xiiij. q. xiiij. Corset. sing. lxxxvij. incip. licet donatio. est in ver. donatio. Quod tamen nō procederet in donatione remuneratoria. Marian. in d. tract. de oblat. lib. xv. in primo casu. Imō in legitima plus fauetur filio, q̄ ecclesiae. gl. in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. Panor. in repet. cap. cum esset. col. vj. de testam. Signorol. consil. lxxvij. quādam mulier. in fin. Baueria. instit. de testam. in princ. in col. xxxij. & in §. testes autem. col. v. quia filius etiam si sit haeres patris, illam detrahit de legatis factis ecclesiae. Marian. in tract. de obla. lib. xv. in primo casu. Doct. in l. j. §. ad municipium. ff. ad leg. Falcid. Felyn. in cap. ecclesia sanctae Mariae. col. xxxvj. vers. vbi lex. de constit. Scrutinium chart. xxij. Ias. in l. si fundum sub condit. §. Stichum. col. ij. de leg. j. Bart. consil. xxxij. Maximus Barb. j. volum. consil. xiiij. clementissim. col. vij. xxxij. scribitur. colum. j. xxix. illud col. ij. xxxiiij. clementissim. col. j.

¶ Item limita dictam glof. l. si quis ad declinandam. non procedere in legato factō pro exoneranda conscientia testatoris.

Barb.

Barb. libro ij. consilio v. praclarè. col. xj.

¶ Item limita vt procedat quantum sit pro legitima debita filio: quantum verō ad residuum vltra legitimam bene plus fauetur ecclesiae quā filio. Barb. Fabian. Marian. & Socin. & alij in locis praedictis. Decius in cap. in praesentia. col. xxxvj. vers. & circa istam. de probat. Ias. in l. j. ij. lect. col. v. C. de sacrosanct. eccles. in l. licet. iij. not. C. de pact. in l. tale pactum. §. fin. col. iij. ff. eod. in l. generaliter. §. cum autem. col. ij. de instit. & substitit. in l. si cui legerur. §. hoc autem. col. fin. de leg. j. Alexand. & Riminal. in l. pactū quod dotali. col. ij. C. de pact. Et propterea inferūt Alex. in d. consil. & Socin. in d. l. cum auus. col. xx. q. si est substituta ecclesia nō habet locū dispositio. l. cum auus. cū siml. Idē vult Hercul. in disput. incip. Perusinus. col. pen. Paul. de monte Picho. in repet. §. Titia. q. xiiij. Cornel. lib. j. consil. cclxxvj. viso. Et sic vna causa est fauorabilior altera. Item pro causa fauorabili in dubio iudicabimus contra reum, licet aliā diceremus quōd in dubio pro reo. Ias. in l. de die. ad fi. princ. ff. qui satisd. cog. Decius in rubr. de probat. col. liij. vers. vj. limita. & consil. cix. col. fin.

¶ Item quia potius pro mulieribus religiosis quā pro religiosis masculis. Prapof. in cap. verum. col. iij. de cond. app. Decius in cap. in praesentia. col. x. de probat.

¶ Item plus fauemus minori; quā mulieri in dote. Mōser. in repet. l. si constante. col. liij. ff. sol. matr.

¶ Item in materia feudali plus fauemus filio. Prapof. in cap. j. col. iij. de eo qui sibi vel haered. suis masc.

¶ Item plus fauemus libertati, quā pupillo, vel reipub. l. illud sciendum. la. ij. de app. imō plus quā pia causa. l. Papinian. §. quarta auth. vbi Fulg. iij. not. ff. de inoffic. testam. Ias. in l. si cui legerur. §. hoc autem. col. fin. in l. si fundum sub conditione. §. Stichum. col. ij. ff. de leg. j.

¶ Item in dubio plus fauemus ecclesiae Rom. quā alijs ecclesijs. Card. Alexan. in cap. omnes. xxij. distin.

¶ Item plus fauemus animae, quā cunctis alijs rebus. c. praecipimus. xij. q. ij. cap. cum infirmitas. de poenit. & remis. l. fancimus. C. de sacrosanct. cum sim.

¶ Viso qualiter debeat se continere iudex in iudicando, superest videre qualiter debet se cōtinere in exequēdo. Sed quia duo magna luminaria, scilicet dom. Alexan. & Felyn. cumulatissimè commentarunt illos titulos extrā & ff. de re iud. ad eorum

rum

rum dicta recurri potest.

49 **¶** Qualiter autem debeat se continere in exequendo rescripta principis, dicendum est quod si iusta sunt, illis parendū est: si iniusta, debet iudex superfedere & rescribere principi & exspectare secundam iunctionem. §. fin. in auth. de iudicibus. in auth. vt nulli iudicium. §. & hoc verò iubemus. laf. & Parpal. in l. nec damnosa. C. de precib. imper. off. Decius. consil. cxxxvij. col. ij. ~~Barb. dicit quod si Papa peccat, est sine potestate & non iudex~~ ~~in l. v. r. ipse not. in cap. si clericus col. penult. in d. not.~~ Presumitur enim talia rescripta per importunitatem obtentata quando ledunt tertium, vt per eos. & Riminal. in l. caufas. col. j. C. de tranfact. Alexand. lib. j. contil. xxxvij. incip. in causa mota. per Ang. col. ij. vers. & ita repetitio. ij. volum. enof. xxxvij. Imò tales multoties impetrantes puniuntur. Bald. in rubric. de rescrip. col. ij. vers. quarto nunquid debeat. Guido Papalib. iij. cōf. lxxv. incip. in causa. col. ij. Etenim princeps contentatur si rescriptum quod videtur iniustum continere, non mandatur executioni per inferiorem: & ei nullam iniuriam facimus, si eum bonum & æquum reputamus. Barbat. inter consilia Alex. lib. iij. consil. cxxij. Riminal. in d. l. caufas. Marafco tus in repet. c. j. col. luj. de constit. lib. vj. vers. amplia. adeò post Cepol. ante. ij. in fin. ij. col. iij. ~~in d. l. caufas. Marafco tus in repet. c. j. col. luj. de constit. lib. vj. vers. amplia. adeò post Cepol. ante. ij. in fin. ij. col. iij.~~ ~~quod si iudex superfedere & rescribere principi & exspectare secundam iunctionem.~~ ~~facit Papa Pius epistola xix. Bal. lib. iij. cōf. lxxliij. d. Baillardinus. Ioan. Montolon. in Promptuario iuris. in vers. Ozias. ante fin. nam quando imperator facit contra ius, dicitur vnum pecus. Laud. in cap. si facta. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat. & propter peccatum citius moreretur. dixi inter feudalia Bruni consil. xij. in fin. prima orationis. hinc dicit Socin. consil. clxv. col. viij. in fin. quod mors regū est frequēs.~~ ~~facit Ioan. Andr. in cap. j. col. ij. de priuil. lib. vj. qui subiungit quod si esset contra publicam vtilitatem, deberet rescriptū auferri de manibus exhibentis. Card. consil. cxlij. incip. punctus quaestionis. col. penul. dicens quod saltem cogitur impetrans cum literis redire ad principem. licet quidā officiales qui conueniunt seruire domino per fas & nephas. Felyn. in cap. in literis. col. ij. de restib. pulchre Vldar. l. ij. ff. de orig. iur. col. xxij. & seq. Bald. in cap. quanto. de translat. epis. & qui fortè sunt hi de quibus loquitur Sidonius lib. v. epistola vij. incip. indagauimus. qui faciunt vt Pilatus, qui ob timorem CHRISTI VM~~

iniu

iniuste damnauit. & stulti præponentes amorem principū diligentius obediētiōres non aduertūt quod obediendo peccent. Lancel. Polit. in tract. de offic. aduoc. in rubr. de feruli timore. text. & ibi Ang. in §. fin. in auth. de indic. Afflictus decif. cccxcj. col. penul. in simili. Iacobi. in inest. in vers. & promiserunt. debita seruitia col. iij. q. j. An vassallus debeat iuuare dominum in bello iusto, & deberent dicere, da veniam ò Imperator, tu carcerem, ille gehennam minatur. cap. qui resistit. xj. q. iij. Cyprianus Benetus in tract. de autoritate Romana. ecclesie. chart. viij. & plus obediendum Deo, quàm hominibus. Actuum v. Hadr. Papa noster quodlib. ij. litera g. est chart. xix. col. j. Pet. Bertrandi in tract. de orig. iuris. q. ij. Et videtur rationabile, quia principes aliquando iubent in iracundia, quæ quantum noceat principi, ponit Guil. de Monteferr. in cōsilio pragmaticæ Sanctiōnis. v. parte. est chart. lxx. frater Lud. de Veritate contritiōnis. in tract. de ira. cap. iij. quod ira tollit misericordiam & compassiōnem. & alia pulchra. & frater Ildorus de regim. princ. lib. iij. cap. x. Iodocus in tract. de nobilitate. c. xiiij. char. ij. allegādo versus Senecæ. & cap. xiiij. vbi latius. hinc dicimus quod si Dominus iratus expellat famulum qui debet seruire per annum, non intelligitur famulus liberatus. Benedict. de Plumbino in l. statuliberos. §. si ita sit, qui est §. fin. ff. de statuli. dixi s. de ira mulierū. vel inaduerterter aliqua concedunt postea dolere esse executi: vt dicitur de Theodosto in **Princeps** **dolet inf-** **ium suum** **fuisse exe-** **cutum.** peratore in cap. apud Thessalonicam. xj. q. iij. qui propter ea facit. l. si vindicari. C. de pœ. ad quam Cepola cautel. ij. col. ij. Felyn. in cap. purgantium. col. fin. de re iudic. lat. in l. j. i. lect. col. iij. C. de sum. Trin. in l. puniri. in fin. C. si contra ius vel vtil. public. in l. debitoribus. col. fin. ff. de re iud. vbi enumerat vij. casus in quibus superfedetur ab executione sententiæ. Paris de Syndicatu. chart. v. de excess. consiliariorum. & chart. lxxxix. e. mandauit. & chart. lxx. est in vers. resistentia. col. ij. Iodocus in tract. de nobilitate. cap. xiiij. Marti. de Laude in tract. de consiliarijs. princ. q. vj. incip. consiliarij. maximè Igneus in repet. l. donationes. col. v. & in disput. seq. incip. cum me legitente. col. xlvij. vbi responder ad quædam dicta Cy. Honoratus in Arbo re bellorum. lingua Gallica cōposito. chart. vltim. de quo meminit curia Delphinatus. q. cxiiij. in facto guerrarum. circa si. facit Guil. de Monteferrat. in commeto Pragmaticæ Sanctiōnis. v. parte. chart. lxx. Bene faciunt quæ moraliter dicit Pon-

tanus

50 tanus in tract. de obedientia lib. iij. in rubr. ¶ an parendum sit decreto quod iniustum videtur. vbi refert plures principes antiquos & Moder. in iracundia quosdam iussisse interfici, quos postea desiderauerunt. latè Decius in cap. si quādo. ij. not. post Felyn. de rescrip. vbi dicit quod saltem debet rescribi principi & expectari secunda iussio. Riminal. vbi s. & dicit esse tutius. Igneus d. col. xlvij. & Parpal. in d. l. non dānoſa. Paris in tract. de Syndic. chart. xij. vers. si per statutū. & chart. lvij. col. ij. vers. officialis non debet. & chart. lxix. in fin. col. ij. quā si emanauerit adhuc non debet obedire. vt latè inuehit Fortun. in repet. l. Gallus. §. & quid si tantūm. num. 230. ff. de lib. & posth. facit Corſet. in repertor. ad abbatem. in vers. absolutio. col. ij. maxime vbi agitur de vita hominis. Aristot. quem allegat Afflictus d. decif. cccxj. vbi vult quod licet aliquando ex causa toleretur factum iniustum principis, nunquam tamen vbi agitur de vita hominis. facit d. cap. qui resistit. & potius debet renuntiare officio si vult esse tutus in conscientia, quā parere. Felyn. in cap. confanguinei. de re iudic. in cap. veniens. col. fin. de simon. vbi loquitur de rectore collegij. & ita tenet glos. Pragmatica.

51 chart. xxvij. col. j. reprehendendo Cy. ¶ melius est enim pro veritate pati supplicium quā pro adulatione beneficium. cap. nemo peritorum. xj. q. iij. potius pati omnia mala quā malo consentire. xxxij. q. v. ita Hadr. Papa noster in quodlibet. ij. est chart. xx. col. ij. pulchrè Afflictus constitutione, inquisitionis. §. etiam dura. in fin. Luc. de Penna in l. quoriens. C. de naufr. lib. xj. col. iij. vel intret religionē, vt frater Io. de Capistr. quem refert Hippol. in l. de minore. col. iij. ff. de quest. Afflictus in cōstitutione patarenorum. col. iij. Barbat. in cap. j. col. iij. de iura.

52 cal. ¶ quia hodie quandoque principes plus mouentur voluntate, quā ratione. Ias. in l. si testamentū. col. j. C. de testam. ideo si principibus seculi plus liceat quā par est, plus valent quā liceat. Steph. Malereti in tract. de elect. chart. xliij. in fi. col. iij. vbi chart. lxx. col. iij. quod à Deo non capiunt potestatem peccandi. Quandoq; & secundo ¶ princeps ita inuerecūda petentium inhibitione constringitur, vt etiam non concedenda tribuat. l. i. C. de petitionib. bon. sublat. lib. x. cū sim. vt Dec. post Felyn. in cap. quā in ecclesiariū. col. antepen. de consti. Hippol. not. vj. incip. in princ. Barbat. lib. ij. consil. xxxij. clemētissimi. col. iij. Arct. consil. xv. reuerentissime. col. iij. versicul. præterea quando. Fulg. consil. xx. pro pleniori. vers. superest tertius. & consil.

consil. lxx. domina Caterina. col. ij. vers. iij. quia rescriptum. Io. Lup. de donat. inter vir. & vx. car. xlix. vers. tertius casus. Quandoq; & tertio ¶ princeps per curiales & magnates in curia infestatur: & talia rescripta etiam praesumuntur impetrata per importunitatem. l. j. C. de fun. linitroph. lib. x. & dicit ibi And. de Barulo, quem sequitur Bar. & Iac. Rebut. quod est ipso iure nullum quando infert alicui praedictum. Lancel. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. col. iij. vers. ij. not. de leg. j. Fulg. d. cons. xx. Et allegat illud Lucan. Nulla fides pietasq; viris qui castra sequuntur. & c. Corf. sing. cclxxxv. rescriptum Ioan. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor. char. xlix. Quandoq; & quarto ¶ praeniam latitia. quo casu quod faciūt nihil valet, tanquam sint extraneam. arg. c. vnusquisq; iuncta gl. xxij. q. iij. tex. cum gl. bene intellecta. instit. de liberti. §. serui verò. in vers. balneum. gl. in proccm. regularū Cancellaria. Io. de Selua in tract. de benef. j. parte. q. ij. col. x. vers. j. beneficium est. char. v. vbi dicitur quod signaturae quas fecit Papa antequam exiret in Italiam, & in multis propter inuicem latitiam. Io. de Selua in rub. de donat. inter vir. & vxor. chart. xliij. col. iij. dicit quod donatio per Regem facta tēpore guerrae vel in principio acquisitionis status & regni, non valet. Est enim latitia consilio inimica. vt Perrarcha epist. liij. ancipiti. & dicebat Cato senior, quod secundae res latitia transuersum trudere solent à vero consulendo & intelligendo. Vdalr. in l. ij. ff. de orig. iur. col. lj. ¶ Quandoq; & quinto ¶ ad requisitionem mulierū. propter ea Burgos in l. 56. penult. col. v. de emp. & vend. refert Barbat. in l. quod Papa ad allegationes vnus mulierum fecerit illam de iura. in l. ideo tunc succedit quod in simili dicit Fely. in c. si quando. col. viij. vers. vbi verò. col. ij. de rescript. dum loquitur de rege Franc. Bald. in c. j. col. fin. de consti. vbi refert Imperatorem dicentem quandam mulierem, cuius amplexus dicebat illicitos, Imperatori dixisse: Domine, si libet, scilicet facere quid vis de plenitudine potestatis. Et meritò Bald. adducit, quod est dictum mulieris impudicae. prout in simili de Virgini. dicit Cepol. in tract. de imper. mil. delig. chart. xij. est in c. pro imperatore ve rogentili. col. v. ij. vbi dicit quod meritò Virgil. induxit illud, Dolus an virtus, quis in hoste requirat. esse dictum pueri, non autem viri grauissimi. ¶ Quia plenitudo potestatis non extenditur ad aliquid iniquum. Curtius consil. lxxij. col. xxix. in fin. ¶ Pleniendo Fulg. in d. consil. lxx. col. penult. Barb. lib. ij. dicto consil. xxxij. Potestatis.

col. iij. Card. conf. cxlij. incip. punctus. col. ij. Barb. in c. quāto, de iureiur. dicēs figendum cordi in c. cūm omnes. in prin. de cōstit. Moder. in l. rescripta. C. de precibus. imper. off. Nec debet exerceri nisi cum magna causa. lat. in l. Barbarius. col. vij. ff. de offic. p̄rator. Inn. vbi Panor. ad fin. in c. innotuit. in c. illa quotidiana. ij. not. de elect. aliās diceretur vti plenitudine tēp̄staris. Ioan. de Selua in tract. de beneficio. j. q. ij. partis. col. vj. & tribus seq. Socin. lib. iij. cōf. cxx. memini. col. pen. Alberic. in Dictionario. in vers. argumentū. col. vj. Perus. in rub. de testa. lib. vj. col. fin. vbi loquitur in Papa qui habet maiorē potestātē in subditos, quā imperator. secundum Præpos. in rub. de appel. col. vj. vers. sed diceret quispiā. posui inter feudalia Bruni, cōf. xij. col. xxvj. & disp̄satio sine causa dicitur dissipatio. Archid. in c. cōsequens. xj. dist. io. And. in c. de multa. col. v. de præbend.

88 Roch. in c. fin. de cōsuet. char. x. col. j. vers. extra istā. ¶ Et nō debet exerceri plenitudo potestatis, nisi præmissa clauē discretio nis. innotuit. de quāto. de iureiur. Et de raro. Bal. in l. j. §. cūm atq̄. C. de cad. ro. in l. iij. C. de com. rer. alien. & nō in præiudicium subditorū. Per. de Rauē. in alphabeto iuris. vers. privilegiū. col. ij. aliās peccat mortaliter. Paul. de Cast. consil. xxvj. incip. super primō. videtur dicendū. est in ij. vol. cont. xxxiij. Paris de Syndicatu. iij. char. de excessibus. col. ij. in fin. & propter peccatū princeps quādoq; perdit dominū. c. si de rebus. xxiiij. q. j. & citius moritur. c. episcopi. xj. q. iij. potest ad prædicta videtur Socin. cōf. cxliij. incip. visa bula. & ex pluribus alijs etiam causis quādoq; coguntur principes ad complacendum postulantibus. in debita quæ vix enumerārī possent. Sed caueāt indebitē cum istis impetrationibus opprimentes tertiu à precibus quas dicit se pro episcopo suo effudisse Francisc. V. uillonus in suo testamento lingua Gallica composito: nā cū vox oppressorum clamitet ad cœlū, vili sunt plures annum nō superuixisse.

¶ Et hæc pro nunc sufficiant, & omnis quæ dicit Andr. Barbat. in fin. rubr. C. qui admit. si quid boni est, laudetur Deus: si mali, compatiatur benignus lætor, & dignetur corrigere sen sumq; verbis præferre. Cupiebam enim prodesse, & nemini displicere, quod est valde difficile loquēti de moribus, qui saltem seruare deberet illud Horat. quod refert Persius satyra v. vbi Britannicus commentator, Omne vaser vitium ridēri Flaccus amico & c. & quod feci quoad potui. veritas enim, quia corrigit, odium parit. Matth. Bosius. epist. vij. col. j. processiq; celeri faciliq;

faciliq; compendio, vt se dicit fecisse Gellius in vlt. c. Noctium articularū. & potius per modum cuiusdā repertorij, vt se facere dicit Nellus in tract. bannitorum. col. j. licet aliter Præpos. in proce. feudo. ad fin. sed ibi erat in lectura licet tacita, hic quisq; ex inspectione facile percipiat nō me ex repertorijs collegisse sed longo discursu variorum operum. quia de his copiosius disserui. de quibus nulla mentio in aliquibus repertorijs habetur. nullius autoritatē spreui, modernam vel antiquam, postquam omnes scripturæ de quarum improbatione non constat possunt allegari. Io. Bagnioni in trac. de potestate dominorū, imō & hæreticorum in his quibus non errarunt. Bal. in c. si. de sum. Trin. vbi de origine. facit Luc. de Péna in epistola ante lecturā triū librorū. C. de Ifern. in prologo feudorū. q. vj. col. fin. facit frater Syluest. cōtra Luth. char. lx. vij. dū loquitur de Ioan. Taulero. facit Barb. in c. cūm omnes. col. xij. de cōstit. vbi dicit q̄ licet in causis allegare Philosophos & sacram Scripturā. latē lat. in l. j. col. vj. ff. i. cert. pet. Felyn. in c. ex parte. el. j. de rescrip. char. pen. in c. qualiter & quādo. el. ij. dē accus. Bertach. in tract. de episcopo. j. parte lib. ij. q. xlviij. est chart. xij. facit illud Ouid. quod suprā retuli loquēdo de exēplis in iij. ratione, q̄ est vitile nubere, fas est & ab hoste doceri. Et quæ s. dixi respondendo ad vj. de fatuitate, q̄ etiam dicta fatuorum, imō & ab anniculo paratus est August. edoceri. Bertach. vbi s. pulchrē Symphoriana in bello Medicinali. char. ix. allegādo August. de Christiana religione dicere, q̄ ab Ethnicis ea quæ ad doctrinā faciunt Christianā, esse surripēda, tanquam ab iniustis possessoribus. Et dicit Hug. lib. iij. Didascalicon. q̄ sapiētior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris. & allegat Chryppū. Quod tu nō nosti, fortassis nouit asellus. facit quod dixi s. de iuuenibus doctorib. & de laudibus Homeri, & q̄ allegetur à Iurecōsultis. Codrus serm. ij. latē. & in illo opere. chart. xxix. lvj. lxx. lxxvj. & septē vrbes certant de eius ortu, vt ibi. & Iac. Bonon. in annotationibus variorum. chart. cxv. ij. ad epistolas Plinij. & in obene verficarum est illud quod cæcorum sunt perfectiora fantasmata. Lâcel. in l. cæcus. ff. de iudic. & ad illud Hier. quod fuerit vapulatus, quia legeret Ciceronē, vide Carmelitanū in apologia ante Parthenices Marianas. incip. quoniā char. pen. Imō q̄ fuerit somniū, non veritas. testatur ipse Hieron. quem refert Politia. centuria. j. c. j. col. ij. Quinimo & Vetus testamentū allegauī sæpius, quia licet omnis obligatio dispositione veteris

legis inducta, morte Christi sit extincta Hadr. Papa noster in Quodlibet. q. v. col. v. & multa permittitur in Veteri testamēto, quorū exemplis hodie vti non licet. xiiij. q. ij. c. quod ait fratibus suis Ioseph. multa q; cōcedebantur, quā nunc prohibentur. c. nos si incōpetenter. ij. q. vij. col. ij. §. his ita. & pater in exēplo quod ponit Præpos. in rub. de spōsa duorū ad fin. quōd hodie etiam pro habenda prole, quam quis non potest habere ab vxore, nō est licitum tenere concubinam. Item multa sunt Dei opera quæ admirari magis conuenit, quā imitari. Papa Pius epist. v. col. vij. & d. c. nos si incōpetenter. §. his ita. Mart. Laud. in tract. de primogenitura. col. penul. Hostiū. in summa de cleric. pugn. in duello. §. an sit offerēdum. tamen si quis negat historias Veteris testamēti, pertinaciter est hereticus Afflictus constitutione, inconstitilem. col. vij. in ix. q. vbi an liceat tenere libros hereticorum. Et Vetus testamētū & Iudæis & Christianis & Sarraçenis commune est. Papa Pius epist. vij. in opere est chart. lx. vbi subiungit quōd vana est argumentatio sine diuinæ legis veritate; & testimonio. allegauit etiam philosophos, & poetas, & historicos, & medicos, quoniam veritas à quocunq; dicatur, à Spiritu sancto est. Zacha. in sermone cōcilij Pis. in principio. varietas huiusmodi omni operi plurimum ornatus & gratiæ solet afferre. secundum Iodocum in tractatu de nobilitate. in sua peroratione, quam posuit in fine operis. char. pen. & vt varietas ciborum inducit appetitum, ita varietas allegationū excitat appetitum videndi. facit Bagnionus in tractatu de preest. te dominorū in j. membro ij. ratione. Item quia multiplici lectori melius est satisfactum ex aliqua allegatione sue professionis. Et etiam quia fortè horum scripta sunt diutius durata quā n Legistarum, cum propter multitudinem scriptorum necesse sit iura reformare. secundum Petrum Iacob de statu Curie Romanæ, quem refert Formarium Cancellariæ. char. l. seq. Et inter Iuristas nouissimos libentius allegauit non pro autoritate: quia fons, nō riui, esset adducendus. c. ieiunium. el. ij. lxxvj. dist. Augustinus in Scrutinio consiliorū. char. xlix. sed hoc feci studio breuitatis: quia per hos riuius fontes possumus inuenire de facili, qui ad eos nos ducant, cum moderniores antiquos referant. & ita fieri docet Felynus in cap. Rodulfus col. xiiij. versic. ortus autem. de rescript. Afflictus in decis. Neapol. quest. cap. incip. in causa. Petr. Francis. de Ripa in tract. de Peste, char. lxxij. num. xxij. vbi propterea damnat

damnat consuetudinem taxandi salarium allegationum per numerum chartarum. nullius nomen subricui, quia vt Aeneas Syluius in tract. de educatione liberorum in rubr. qui oratores legi debent. post Plinium nullus liber est tam malus, ex quo non possit aliquid vtilitatis excerpti. Et quamuis liceat de libris antiquis elicere & in suos transportare. gloss. iij. in auth. de mand. princ. & quæ dixi suprā. char. j. facit Luc. de Penna in proœmio trium librorum C. Ros. post suum tractatum libellorum, in proœmio suarum questionum Sabbatarum Antonius Zazi. in florida corona medicinæ. cap. ij. d. Sapia in oratione funebri. las. charta ij. Imò magnarum virium est auferre clauam de manu Herculis: vt respondebat Vergilius, quem refert frater Ludouicus Viualdus in tract. de Veritate contrit. dum loquitur de Inuidia. vbi per plura capitula sequentia ibi proximè. Et si aliqua cogitamus quæ scripta & cogitata sunt, non minus nobis debetur, quā his qui prius cogitauerūt. intelligendum semper est, dum tamen furtum non committamus. nec credendum eos modernos fures qui diuitijs ingenij suis fati fruuntur Fortun. in Iurifigentium. §. prator ait. col. x. ff. de pact. licet quidam dedignantur modernis allegare vt inuehit Barbat. contra dedignantur allegare Panorim. in cap. in præsentia. colum. lxxx. de probationibus. in cap. significasti. columna finali. de foro competenti. Alij dedignantur referre aliquos, contra quos Igneus in disputatione an rex Franciæ recognoscat Imperatorem. colum. ij. benignum tamen & plenum ingenui pudoris est, fateri per quos profeceris. secundum Plinium, quem refert Cardin. Alexander in fin. commenti ad iij. Decretal. las. in fine commenti institut. de actio. Barbat. in fine proœm. de constitut. in cap. nonnulli. §. sunt & alij columna v. de rescript. regula Cancel. xxvij. in commento, in annotatis varijs. Baptista Pius in posterioribus. cap. xx. facit Curtius Senior consilio lxx. super præmissa, dicens quōd fecus facientes possunt dici fures aliena: laudis. l. haereditatum. §. fin. ff. ad l. Falci. las. de iure emphyteutico. col. clx. Sandol. in repetit. l. quod te. ff. si certum pet. col. xxv. Parpal. in princip. prælud. feud. Lucas de Penna in l. j. C. de stud. lib. lib. xj. col. viij. vbi allegat Victruium. Barbat. in rubr. C. qui admittit. col. vj. Alber. in proœm. C. incipien. quoniam. col. ij. & cōtra tales etiam inuehit Lancel. in l. licet. in fin. ff. de iudic. Felyn. in cap. ex parte. in vers. periurus. ad fin. est col. iij. de rescript. Opizo.

in repet. §. diui. col. lxxj. & xliiij. vbi taxat de hoc Alexādrum col. lxxxiiij. fallen. Et ibidem de hoc eum dānat postea Mon ferr. columna xviiij. versic. demum. Bart. meritō ergo. Lancel. Politus in tractatu Sublit. in materia exemplaris. columna quarta, exclamat quōd homines quandoque in alijs reprehendendis sunt adeō incircumspecti quōd in illud vitium in reprehendendo incidunt: cuius alterū arguunt, vt quidam qui composuit tractatum contra superbiam & vanam gloriam, & ipse semper inter scriben. illum suum tractatum adeō extollebat quōd se gloriosissimum demonstrabat. videretur Plato de Diogene, quōd factum fastu calcaret. taxant enim alios de furto, ipsi qui nedum fures, sed trifures existunt. secundum Codrum. At non sic fecit Hostiē. in summa de testibus. §. quis possit esse testis. columna penultima. dum dicit, quōd nescit si scriptor errauerit etiam de tali furto. Baldus taxat Bartol. in l. precibus. columna antepenultima. C. de impub. Et in l. si donatione. columna secunda. C. de collationib. quod ibidem sibi attribuit quaedam dicta Nicol. de Matarel. eum etiam taxat Barbat. in cap. licet. columna quinta. de foro competenti. dicens quōd Bart. sibi appropriauit vnam distinctionem Pauli de Lea za. & Ioannes Petrucius idem facit de motiuis. Imol. secundum Barbariam in Ioānina. columna cix. vbi columna cxiiij. vbi dicit, quōd multi hac aetate miseri ascribunt sibi dicta. Et ambo Raphaēles idem de opin. dom. Christophori de Castel. subtilitatum principis eorum præceptoris, cuius nouas opin. semper sibi impudenter ascribunt. secundum Iason. in l. prima. columna liiij. ff. de pact. idem fecit Ias. de dictis Cornei, vt detegit. Lancel. in l. prima. C. de secund. tab. Et de Salyc. d. Alexan. vt idem Lancel. in l. si quis duobus. C. de impub. & Ioan. And. in addi. Spec. de consilijs. Oldr. vt Ias. saepe legendo dicebat. & patet ex locis glomeratis in si. consiliorum. Oldr. & dicit Brunus in tractatu. de augmento. charta. xxiiij. colum. ij. quōd illorum consiliorū solebat Ioan. Andreas esse fur. & fecit idem practicus Pap. de practica Perri Iacob. secundum Cepol. de ferui. vrb. in cap. l. de furno. & Alber. d. Signorol. in rub. ff. de verb. oblig. columna prima. & prout & Raynerius vt in consilijs Signor. consil. lxxiiij. quaedam. columna iij. in princ. & Io. Igneus allegando pulchrum text. in disput. sua. An rex Franciæ recognoscat Imperatorem. col. ij. & contraqueritur Ang. de Are. in lit. de exhered. lib. in si. prin. qui quidem sibi appropriauit

priauit quosdam casus, quos sibi cumulauerat. Et etiam Fely. in c. j. de treug. & pac. col. vj. de vna apostilla sua quam alius sibi appropriauit, nimirum si doleant de tali furto. vt Virgilius dum fecit, Sic vos non vobis. Dicerentur enim nati quarta Luna, hi qui exemplo Herculis alijs tantummodo laborant. Politianus centur. j. in c. viij. licet ipse non curet in si. primæ centuriæ, & facere vt candela quæ se consumit pro illuminando alios. c. fin. xv. q. fi. vbi ille piger Neapolitanus nolebat operari. dicēs quōd nobilis suus sibi postea pecuniam extorquebat, à nobili postea baro, à barone rex, et quōd rex ipse operaretur si vellet, alteri tamen prodesse cogēris si tibi vis viuere. Bald. in l. liberti libertæque colum. iij. C. de oper. liber. Et licet Ias. legendo saepe diceret talia furta non mereri furcam. pro quo Luc. de Penna vbi suprā. & Græci magni fures fuerunt. vt Eusebius de Euangelica præpa. lib. x. c. j. sunt tamen irridendi. Politianus in Lamia. col. j. Fely. in c. postulasti. col. ix. de rescrip. vbi irridet Barbat. quia multiplicata impræflura omnia eius furta detegit, & idē nullo modo cōmittenda: vt patet ex prædictis. Quinimo nedum alia dicta furari prohibemur, sed & eorum longa recitatione vt vituperosum semper fuit de tempore antiquorum: vt Cyn. & Ioan. Fab. statim allegandi, quando magis in tāta librorum vbertate, quam vt dicit cauda addita gl. in verb. tribus annis. in l. ij. C. de vete. iur. enucl. Felyn. in d. c. postulasti. impræflura nobis præbuit. & de recitatione vide quomodo Cy. in li. iudices in prin. C. de iud. irrideat Specul. quod referat tractatum Ioann. Falsoli de Pisis de verbo ad verbum, more corniculæ ad consilium accedentis. facit quod dixi suprā. charta. j. & Barbat. in cap. quæretij. not. de offi. de leg. nec debemus transplantare de charta in papiro. Ias. in l. non dubium. in fin. vj. col. C. de leg. Panor. in c. relatā. de cler. non res. Felyn. in cap. etū conquestus. de simo. col. fin. Igneus in auth. ex causa. C. de libe. præter. col. lxxviij. Afflictus in constitutione, si quis in posterum. in si. post Io. Fab. in §. adeō. instit. loca. ad fin. qui dicit quōd dicuntur lauare sinapum: id est mutare de vna scutella in aliam. Monfer. in repet. §. diui. col. xij. nisi fieret cum aliquo addramento. Bon. in tractatu de nobilitate. iij. par. num. clxx. possunt enim vocari pedarij senatores: id est qui sententiam in senatu non dicerent, sed in aliam sententiā pedibus irēt. Gellius libr. iij. c. xvij. non pauci. hinc Barb. in c. si diligenti. col. iij. de foro cōper. dicit quōd non cū

rat referre alios: quia habito vno videtur haberi omnes, quia nihil noui afferunt. hinc Bald. in l. j. ad fin. C. de sacrosan. dicit, quod non intendit esse transcriptor, sed aut inuentor, aut declarator, vel nisi in legibus dubijs: quia non debet pudere totum reperere. Igneus in d. auth. ex causa. col. lx. facit Gellius libro ix. c. ix. quando. & sic vides quomodo vnus doctor alium mordet. vt etiam in l. Gallus. ff. de libe. & posth. per discursum. & frater Ludouicus Viualdus de Veritate contritionis, dum agit de inuidia, vt Polidorus Prouerb. c. cxlvij. & Erasmus in parte j. Prouerb. deccxcviiij. suspendio arbor eligenda. in annotationibus varijs. chart. xxix. Ang. Polit. cetur. prima. c. xc. post medium. & in chart. cv. Baptista Pius c. incip. August. Luc. de Penna in epistola ante commentum suum trium librorum C. & Celsus irridebat sententiam Labeonis in l. sed an vltio. §. j. ff. de neg. gest. postea Labeo irridebat consultationem Celsi. l. Domitius Labeo. ff. de testam. ad quam Fortu. in l. Gallus. §. idem credendum. col. iij. ff. de libe. & posth. vbi Galiaura in primis verbis illius l. in princ. Baeria in §. sed hanc. col. penul. instit. de testam. Et plures valentes scriptores qui habuerunt detractores, refert Rom. & inuehit singul. delxxj. incipi. quid aliud. & de Grammaticis & Philosophis quomodo vnus alium mordeat, Lancel. Paxius in proem. Quintil. de literatura non vulgari. vbi in fin. excusat eos per illud Columellæ de Re rustica, quod nulla est ars quæ singulari consummata sit ingenio: & sufficit alijs viam parare veritatis inuestigandæ. Alber. in proem. C. incip. quoniam. colum. ij. & secundum Quintilianum, reru cognitio quotidie crescit. facit Bald. in c. post translationem. j. not. de renunt.

¶ Et sic fin. capit Sylua Nuptialis, in qua vt inquit Fely. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõstit. in vltimis verbis. nihil proderit emendasse librum, nisi emendatio Librariorum diligentia conseruetur: quia impressores saepe deprauant, vt videmus quotidie. & de deprauatione lect. Alexand. dolet Ias. in l. maritus. col. j. C. de procur. facit Codrus sermone j. charta. xx. Sabellicus in annotationibus Liuij. lib. xxj. est chart. penult. vide vnam epistolam post Diodorum Siculum & Nicolaũ Siphontinum in fin. Cornucopia. epistola incipien. solebam nuper. vbi colum. j. deplorat hanc corruptelam. & colum. ij. ponit remedium quod posset adhiberi. Adde quod esset necesse quod impressor haberet tot literas quæ possent sufficere compositori

toribus pro duobus diebus, absque eo quod oporteat eodiscomponere formas iam compositas, proponendo subsequenter: nam quado vnã aliam sic statim infectatur, & stimulat, non est possibile quod correctores adhibeant eam diligentiam quæ esset necessaria. Item esset opus quod transiret per manus trium vel quatuor correctorum qui essent docti & experti, vt quod vnus non aduertisset, alius suppleret: quia plus vident oculi, quàm oculus. cap. in nostra. de testib. l. hac consultissima. in fin. C. qui testam. facere possunt. cap. prudentiam. de off. deleg. At Bibliopole conquerantur quod libri sunt in eam vilipretio quod non possent hanc ferre impesam: sed bene sciunt quod malè dicunt: quia lucrantur vltra ceteros artifices, & optime, vt experientia docet: sed eorum avaritia hæc causat: ideo bonum esset vt principes quando concedunt eis priuilegia, quod nemo possit imprimere vel vedere aliquod opus preter eos, vt imponerent eis conditionem: dum tamen tales codices emendatissimos proferant: aliàs careant tali priuilegio. Benè scio quod non fient, sed sufficiat dixisse. Audiui tamen quendam principem super huiusmodi speciales deputasse officiales qui habeant aduertere: & contra facientes punire. quod esset opus sanctissimum & reipub. vtilissimum.

¶ Satisfaciendo promissis in respondendo ad nonum de iniustis sinistris moribus. Sequuntur carmina magnifici Equitis sacri Sepulchri, Philippi Vagnoni de Monte calario, illustrissimi ducis Sabaudia hospitiij magistri Iuriconsulti & poëtræ famosissimi, nondum impressa.

¶ De conditionibus hominum huius temporis.

¶ Si modò quid faciant homines fortasse requiris
 Quid quoque Vagnonus fortè Philippus agat:
~~Domitius Celsus Gellius Iulianus Suetonius~~
 Principibus Cæsar quod iuber, ipse facit.
 Impius ignescit miles Mauorte rapaci:
 Aulicus infidus ambitio præmit:
 Opprimat & populos, nec Rex sua fœdera seruat:
~~Quod vultis, quod vultis, quod vultis, quod vultis~~

~~Septemius credunt sepe nos qui in manu tenentur.~~

~~Magister in Coma, gremio pueri.~~

Inuehit incasum qui publica crimina taxat:

Laudat & auditor verba, nec ullus agit.

Quas coluit sectas delirus apostata damnat.

Arserat aurigam cura rebellis equi.

Blasphemar lutor, protellat crastina iudex.

Quæ reus obtulerit munera prætor amat.

~~Sportulæ iudicium non dicitur peruenire,~~

~~regibus deum fœderum esse fœde.~~

Iuriconsultus promittit, & accipit aurum:

Orator mendax, ære poetæ caret.

Scriba notat lites, inter distantia sulcus.

Linqvitur, vt medio rana natare queat.

Fertile caufidicus studium, venator inane.

Prosequitur, minus pigmata, scurra iocos.

Accelerat lites actor, differre reorum est:

Augur ab incerto sydere falsa canit.

Publica res curis agitur, nauta periclis,

Spe quoque piscator fallitur, arte magus.

Vana sophistarum replent præludia circos:

Si necet aut sanet phyliscus, æra petit.

Semper amat lites chirurgus, vulnera rixas:

Oderunt fures lumina, vincla, crucem.

Rustica difcentiat tonfor subitarius ora,

Solus & hic domino furta sciente facit.

Furatur pauper, diues vult ditior esse:

Peierat mercem venditor æris amans.

Mercedem ex vno duplicem vult sumere pacto

Proxenetæ fugam quærit ab arce reus.

Infamis leno græcatur panibus vnctis,

Miraq; licetori carnificina placet.

Segnis & assiduo sibi parcit seruulus astu,

Et meretrix fallax, ingluuiosa, procax.

~~Nutibus & tortis & thasfa manent amantes,~~

Exurdat coniunx garrulitate virum.

Interdicta cupit diuortia sæpe maritus,

~~Vestibus & thasfa manent amantes,~~

Defraudat verum qui vendit aromata pondus,

Atq; loco milij sæpe manentia pennis.

Officina tenet lanium carnaria, cultro

Decipit emptores, vendit & ossa simul.

Tesserulis geminat numerum si voluis ocellum,

Et premitur digito prona libella graui.

Radit inæqualem Cererem pistoria tractans,

Lixiuo si vis pintere, farra tument.

Pollice sub refuio cubitalis labitur vlna,

Pennis in obscuro venit & ipse loco.

Vendet & inuitos blandus Cæropa merces:

Cerdo, Faber, lucrio tendit in arte dolos.

Et ful'o & sartor, sunt hic, velt ille, sed vrit:

Hic cita puncta trahens feita, profacta facit.

Vestibus agninas hyemalibus addere pelles.

Pellio promitti, vellera ponit ouis.

Hic quoq; dente trahit crepidas, sandalia, soccos,

Vt premat alluces solea parca tuos.

Excreat in palmis lignarius vt requiescat,

Duraq; languidula tigna bipenne dolat.

Quique locant operas, tardo conuitia foli.

Dicunt, conductor sole cadente doler.

Deferit instabili cœptum mercede recepta.

Pictor opus si vis finiat, æra tene.

Rara inter cruftas ponit cementa redemptor,

Fartaq; cementis mœnia calce carent.

Vrere vis clibanum, vini fornacis obam

Fac bibat, aut panes cornua nulla ferent.

Hic tenues inflat calices vt sæpe lucretur:

Sunt figulo fragili vasa caduca luto.

Cruftas inter miscent farcimina muscas

Fartores, sorbent iuicula crassa coqui.

Aurifices mixtum liquefactum dicitis aurum:

Non focus, at furtum garrula lima facit.

Ducite fusores, veloces ducite folles,

Transmutat species totus & æra Deus.

Fercula conuiuij laudat dum cursitat hospes:

Verficulos laudat Bihapola meos.

Simia turpiculos catulos putat esse decoros.

Nec fecus egregium quilibet author opus:

Negligit authorem si quid super additur, author,

Tertia cui medium litera iungit onus

Sunt tamen auctores quibus est suprema potestas,
Ex authorari quos facit aura leuis.
Inter delitias gemebunda puerpera pinguet,
Et lac sub rimio neque colostrā negat.
Et quæ conuertit vuluas, dicitque fœcundas,
Infantis nasum indicat esse patris.
Pastillos nutritrix petit, oua, vinumq; merumq;,
Nec verat in venerem pernicioſa malam.
Basiat in fumis arſura venefica Manes:
Rheria sæpe carent aucupis alitibus.
Sunt cita tutori pupillo tempora longa:
Postulat vt solem villicus, imber adest.
Subdola rusticitas patitur violenta, superbit
Nobilitas, hospes mitis & inde rapax.
Difficile est iuuenem sapientem, & cernere sanum
Decrepitum, inuidia vel caruisse pares.
In columis nescit sese superesse beatum:
Vt valeat, Crœſi traderet æger opes.
Discordant fratres, communio, particulones:
Et male communi bulliat olla foco.
Pignora damnitæ prescribunt, tempora vendunt:
Lanifices pannum tuncq; rotisq; trahunt.
Piraris misera est, & suspiciosa tyrannis
Vita, pater durus vel pia mater amant.
Pascit herus famulos tantum durante labore.
Est quoque priuignis dira nouerca suis.
Sic vbi fellis abest saliunt per scrinia mures:
Sic domina ancillæ digrediente domo.
In speculo gaudent faciem spectare puellæ:
Infanti quærulo dulcia præbe, silet
Non opus est placeat sibi qui laudare choream,
Te nisi cantator sæpe rogante canit.
Dic hera conuetae velut redimita recedas,
Es Tethys & tergo sanna parata sonat.
Semper habent lites vicini, iurgia glores,
Et petit infesto tibicen ara tono.
Histrioq; alludit plebi, sed puluiger affert
Mandragoram medio pharmacopola foro.
Anguibus inuoluit guttur, Galliç; cerebrum
Pungit acu, & modico puluere curat auem.

Qui

Qui iumenta locat meritoria seu veterina,
Dat succussorem quem male seſſor alit.
Verberat inſonantes hic post conuitia mutos:
Hic celerem sæuo calcare pungit equum.
Sæuit & in tauros sumpto perone bubulcus:
Nec verat in vites argolus ire capras.
Dumque sues vastant fegetem dormite subulci:
Sic ouium custos prata secunda terat.
Et meſſor pueris post terga relinquit aristas:
Fœniſecæ falcem cute madente parant:
Et qui poma legunt opplent melioribus aluum,
Vua replet qualos super acerba ruos.
Non se, non alios felix cognoscit amicos:
Cogitur infelix quilibet esse pius.
Et sapiens qui se sapientem credidit, errat:
Dicitur inſipiens qui putat esse sciens.
Prosperitate licet careat bonus, ardua temnit:
Sera licet veniant debita pœna mala.
Auriculas pretio mulcent tuadente coraules:
Ardua contemnit delitioſus homo.
Victuros semper dum viuimus esse putamus:
Victurum stadio super athleta putat.
Vxorem moriens raperet cum prole Penates.
Si tergum Aeneæ posset habere Phrygis.
Condat & elogium si, ult cum testibus octo:
Nuper apud Samios mortua musa iacet,
Hæres pullata gemitu sub veste, sub imo
Pectore dat risum, nœnia parua placet.
Et fideicommissa negat, negat æs alienum:
Et nisi successor dictus inuncat opes.
Ducitur affectu testis qui traditur obſes,
Vincla terat, rumpet vel tibi calce fidem.
Euaduntque vades, capitisq; pericula vitant,
Desponsore reus, præ quo que fiet in ops.
Currite Legulei cuncti sunt festa per vrbem:
Mergite lectoris pulpita sub paleis.
Frangite nocturnis res tardis hostia rixis:
Mitte pater nummos, scribite, mitte pater.
Mitte pater nummos, pariunt fœnuſcula fœctum,
Et crescunt nostris credita codicibus.

Fœne

Fœnerat Hebræus nummos damnifera, sed vsque:
Nam tua tranſacto pignora menſe facit.
Addite, ſi fuerit argentum mandare moroſus
Et citò quæretis religionis iter.
Ibitis ad bellum, vel quòd pergetis ad Indos,
Interea cœptum continue inus opus.
Curramusque inter laruas agalenata læti,
Inter delicias tympana, vina, iocos
Quiſque choris, epulis, ludis, & amoribus inſtet.
Ille vorat numerum, pſalteria luna ſuum.
Per fora, per choreas, per tenpla, per arua, per hortos,
Hanc ſequor arte fidem, lumine, mente, pede.
Diſcipuli ferulam fugiunt: ludiq; magiſter
Sæuit in ignaros deſiciente ſtipe.
Ipſe ego quicquid agam, vel qualia carmina ſcribam,
Luna meos actus format & vna modos.

¶ Quid ergo agendum, alter ſic dixit.

Quiſquis amas mundi fallacia dona caduci,
Inſpicias cur ſis natus in orbe miſer.
Reſpice quamq; breuis mundi ſit gloria: nõnne
Quotidie vitæ pars fugit vna tuæ?
Vive memor læthi: nuueneſ libitina ſeneſq;
Obruit, & ſoli parcit auara Deo.
Cur igitur tantum te cœtor detinet huius
Fallacis mundi, nec ſua ſceptra fugis?
Eia age rumpe moras, mundi cœtore relicto,
Fac ſubeas gratum religionis onus.

¶ Ioan. Neuizanus Legum Doct. ciuis Aſtenſis. Ad laudem
Dei & ſub correctione cuiuſlibet melius ſentientis.

LIBRORVM SEX SYLVARVM
NVP TIALIS,
FINIS.

L V G D V N I,
EXCVDEBANT IOANNES ET
FRANCISCVS FRELLO-
NII, FRATRES.
ANNO M. D. XLV.